# DECISIONES

# SVPREMORVM TRIBVNALIVM

## Regni Neapolitani,

REGII COLLATERALIS CONSILII, ET S. R. C. CAPVANAE,
nec non Regiæ Cameræ Summariæ.

AVCTORE

THOMA ANELLO SALERNITANO

I. C. PRÆSTANTISSIMO,

Eiuſdem R. C. olim Præſidente, poſtmodum S. R. C. Præſide, Viceq; Prothonotario, Regij Collateralis à latere Conſiliario, Regenteq; Regiam Cancellariam benemerito.

OPVS QVIDEM OMNI DOCTRINA REFERTVM, [illegible]

Acceſſerunt nonnullæ Allegationes diuerſorum Præſtantiſſimorum Iuriſconſultorum, vna cum Deciſionibus eorumdem Supremorum Tribunalium Regni huius, in calce ſingularum ipſarum annotatis propriæ manus ipſiuſmet Domini Regentis.

CVM ADDITIONIBVS [illegible]
IO. BAPTISTAE [illegible] NEAPOLITANI.

*Summarijs, Indicibusq; locupletiſſimis.*

[illegible] de la — Colegio mayor 3 e





NEAPOLI, Excudebat Ægidius Longus Regius Typographus. 1631.

SVPERIORVM LICENTIA.

*EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.*

Digitized by Google

# PERILLVSTRI VIRO
## REGIO CONSILIARIO
# D. DIDACO SALINAS
## REG. CAM. SVMMARIAE
### PRAESIDENTI DIGNISSIMO.

IOSEPH SALERNITANVS. S.

CVM quas meus Patruus, Deciſiones multo labore conquiſitas, morte anteuertente non edidit: in lucem proferre ſtatuiſſem; nec diù, nec ancipiti conſilij lance deliberandum mihi fuit DIDACE quem potiſſimum tanquam Genium prę ficerem harum ſyluæ multiplici; tibi debebatur nec vno, aut altero nomine. beneficia in me tua, tua lenitas, munus deniq; tuum, nec non ipſum operis argumentum, (hoc quidquid eſt operis) ſuo propè iure tibi vendicant. Beneficijs tuis mea omnia, ſi minus reſpondere; at laborare ſaltem debent officia. Tuæ lenitati pręclariſſimo Soli in tuarum choro virtutum, poſthumi operis, atque adeo à patrijs ſubſidijs deſtituti, tutela debetur. Deciſiones illud amplectitur. Legalis res eſt. Cui igitur inſcribatur, niſi tibi, qui iuris es peritiſſimus, & ſeruandi, & dicundi? cuius



Digitized by Google

tanquam ad aram conſecretur niſi tuam, cui adeſt æquatis ſemper Aſtręa lancibus è cœlo redax. Iam, ſi minus (quod tua facilitas, & humanitas negat) meum erga te ſtudium tibi munus hoc leuidenſe conciliat, eius intuearis Auctorem; profectò, quæ à à me deſideratur, ab illo abundabit auctoritas, quæ auctoritas? illa profectò, quæ ſumma cum doctrina commiſſa, cœteris officij partibus candidum adijcientibus calculum, cauſam dederunt Neapolitani Regni Proregibus eum eligendi, quem ad multas, & maximas præfecturas admouerent, ac primo quidem inter Regios Procuratores, tum inter aſſeſſores Principis (quo dum ille munere fungitur legatione quoq; ad Poloniæ Regem pro Barij rebus, eſt functus egregiè) poſtremò inter Principis collaterales cooptarent. quæ cùm ita ſint, æquo animo, & gentilitia humanitate tua opus hoc excipias etiam, atque etiam rogo. A tenebris illud, atque obliuione, ſub tui nominis lucem reuocatur. quin igitur illud tuo præclariſſimo nomine illuſtras, tuo certiſſimo tuere præſidio,

Digitized by Google

# AD LECTOREM.

## Eiuſdem.

INTER hiſtoriæ fructus, amice Lector, Ego illum eximium habeo, qui narratione rerum, quas geſſere maiores, à nobis quoquè gerendas; veteri format exemplo. Cùm enim vnum ex animantibus hominem, natura, alienis tueatur præſidijs, cæteris variè, pro eorum ingenio, inſtructis; niſi ille ſibi comparauerit, ab hiſtoriarum lectione prudentiam; niſi animum, quo cæteris præſtat, rerum cognitione excoluerit, inops profectò erit ab his, quæ maximè eum decent, quà ſubſidijs, quà ornamentis. Iam, quem latet eodem rationum momento pendenda eſſe Hiſtoriarum, ac Deciſionum commoda, & fructus? eodem? immò potiora ſunt Deciſionum emolumenta, quàm hiſtoriæ. quid enim? haurimus ab hiſtoriæ fontibus Principum, ac vulgi res cum laude, & cum dedecore geſtas: has quidem, vt auerſemur, illas vt proſequamur. Verùm, quæ vis? quod acumen? quę ſolertia iudicij opus eſt, vt virtutes, ac vitia non rarò pœnè indiſcreto diſcreta confinio, ſecernamus? At in Deciſionibus veterum, nihil vulgare, anceps nihil, nihil ſolet ambiguæ veritatis occurrere. Sunt *illæ* tanquam Senatuſconſulta Prudentiæ, Decreta Iuſtitiæ, Sapientiæ iura, nec enim à quibuſque, ſed ab his tantùm profecta, qui ſibi Magiſtratus, tum doctrina, tum virtutibus compararunt. Cùm igitur apud me aliquot eſſent earum, quas à ſedula mei Patrui coactas induſtria, in lucem prodire eiuſdem inoportuna paſſa non eſt mors; ne me rudem oſtendam Platonicæ ſententiæ, aſſerentis, hominem non ſibi tantum, ſed patriæ, ac cęteris natum: nolo, opus hoc ſubducendo mortalibus, de communi vtilitate detrahere. En igitur tibi illud vltro trado, atque ita trado, vt tuo tantum commodo ſeruiam. Tu tamen illud eadem accipe animi propenſione, qua conſecro. Vale, & fruere hoc dono.



Digitized by Google

# IO. BAPTISTAE DE THORO V. I. D.

## *IN LAVDEM AVCTORIS.*

*PRætermictendas non eſſe exiſtimaui laudes huius Præſtantiſſimi I.C. Thomæ Anelli Salernitani, viri ſiquidèm ſua tempeſtate doctiſſimi, quas recenſere auſi ſunt nonnulli noſtri ſolertiſſimi Regnicolæ in eorum eulogijs, quorum anteſignanus Io. Vincentius Anna Præclariſſimus I. C. in alleg. 71. num. 10 eundem Thomam Salernitanum Acutiſſimum I.C. nuncupauit, & ad præſens Regentem Cancellariam digniſſimum; & in all. 140. nu. 3. Illuſtrem Regentem Salernitanum, Virum generis Nobilitate, & eruditione præclariſſimum appellat; & iterum in alleg. 52. in fine ibi, & poſtea remiſſa in Regia Camera coram illo Peritiſſimo Viro Thoma Salernitano, Præſidente poſtea meritiſſimo Patritio, ac Regente Domino meo; & in ſing. 259. ibi, ſolemniter allegauit D. Thomas Salernitanus Magnus Doctor; præterea Reg. Camill. de Curte in diuer. iur. feud. §. tenor ergo num. 60. inquit, Thomas Salernitanus tunc temporis Præſidens Regiæ Cameræ, & poſtea meritiſſimus S. C. Præſes, & demum in Collaterali Conſilio Regens, Vir quidem inſignis, omniq; tempore memorandus; inſuper Vincentius de Franch. Præſidens S.C. dec 411. num. 3. dicit, Regens Reuerterius, Salernitanus, & Fęlix de Rubeis Doctiſſimi Viri, & in dec. 18. in fi. ibi, de qua Doctiſſimus Thomas Salernitanus tunc S.C. Præſes dixit, dubitare, & in dec. 73. in fi. ibi, de quo cum dubitaſſet vnus ex Doctiſſimis Conſiliarijs, Ill. D. Regens Salernitanus tunc Sacri Conſilij Præſidens, & pariter dec. 140. in princ. ibi. Domino Thomæ Salernitano S.C. meritiſſimo Præſidi. Rurſus Io. Franciſcus de Ponte Marchio Murconi in conſ. 75. nu. 9. vol. 2. dixit, quod Regens Salernitanus miſſus fuit pro compromictenda cauſa Reginæ Poloniæ; de quo etiam teſtificatur Regens de Curte loco ſupra relato, & deniquè is Præstantiſſimus Vir Regens Salernitanus, cùm fuißet Procurator Sereniſſimæ Margaritæ ab Auſtria, quæ fuit prima, vt de Regio ſanguine in Parlamento generali propoſito in anno 1570. primum ipſe votum protulit inter Barones, prout ex Regente Moles tradit Regens Carolus Tapia Marchio Belmontis in deciſ. Italiæ 21. ſub num. 37. ex quorum teſtimonio refertur, quanta, & qualis fuerit istius Auctoris eminentia; & vt adhuc posteris notitia fiat, libuit hæc omnia patefieri ad studioſorum augendam voluntatem, virtutis aſſequendi gratia, nam exaltat virtus nobilitatq; genus. Vale.*

Digitized by Google

Dominus Canonicus Io. Vincentius Iuuenis videat, & referat.
Dat. Neap. die 4. Martij 1630.

*Alexander Ruſſus Canonicus Locum tenens.*

Infraſcriptas Deciſiones olim Domini Regentis Salernitani, cum Additionibus Doctiſſimi Viri Domini Io. Baptiſtæ de Thoro, nec non infraſcriptas Allegationes perlegi, & deletis quæ ſunt deleta, & appoſitis quæ ſunt appoſita, eas poſſe imprimi cum tali cenſura cenſeo, ſi ita Perilluſtri, & Reuerendiſs. D. meo Vicario Generali videbitur, cùm nil contra fidem, vel bonos mores contineant. Neap. die 8. Nouembris 1630.

Io. Vincentius Iuuenis Cimiliarcha, & Canonicus Deputatus.

Imprimatur. Fœlix Tamburellus Vicarius Generalis.

---

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſsimo Signore.

Gio. Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V.E. come tiene da ſtampare di nuouo le Deciſioni del quon. Regente Salernitano, con le Additioni del Dottor Gio. Battiſta de Thoro, & alcune altre Allegationi de diuerſi. Per tanto ſupplica V.E. reſti ſeruita commetter la reuiſione di eſſe, acciò reuiſte poſſa ottener il Regio Imprimatur, & lo riceuerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnificus Iudex M.C.V. Aloyſius Piſcicellus videat, & in ſcriptis referat S.E.
Rouitus Regens.

Prouiſum per S.E. Neap. die 16. Decembris 1630. Lombardus.

Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Domine

Eruditiſsimas Deciſiones Supremorum huius Regni Tribunalium per Præſtantiſsimum Virum Thomam Anellum Salernitanum olim R.C. Præſidentem, S.R.C. Præſidem, Regentemq. Reg. Cancell. alacri ingenio digeſtas, ſapientiæq. ac virtutis ornamento diſpoſitas, necnon & alias Iuriſconſultorum Peritiſsimorum Iurium Allegationes; luculentiſſimis Additionibus Io. Baptiſtæ de Thoro I.C. Neap. locupletatas, ſedulò percurri de mandato Veſtræ Excellentiæ, & perlegendo comperui adeò eruditè, & copioſè, ſumma cum dexteritate, & doctrina compoſitas eſſe, vt nil præter honeſtatis zelum in Reipublicæ detrimentum, continere conſpiciatur; ſed ſumma cõmendatione dignas fore exiſtimo, quare optimo iure pro Iuris Profeſſorum delectabili vſu, ac in foro verſantium vtilitate, & pro vniuerſalis Reipublicæ litterariæ commodo typis dari illas non vereor, niſi aliter Veſtræ Excellentiæ videbitur.

Tuæ Excellentiæ
Seruus additiſsimus
Io. Aloyſius Capicius Piſcicellus.

Imprimatur.

Tapia Reg. Enriquez Reg. Lopez Reg. Rouitus Reg.

Digitized by Google




Iam redit & virgo, redeunt Saturnia Regna.

Digitized by Google

# ARGVMENTA DECISIONVM D. REGENTIS SALERNITANI.


*Deciſio I.*

AN nomina debitorum exiſtentia extra diſtrictum Ciuitatis Neapol. ſubiaceant Conſuetud. Neap. circa illorum diſpoſitionem. fol. 1.

*Deciſio* II.

Antephatum legatum à marito vxori, an debeatur, declarato inde matrimonio nullo, ob cauſam conſanguinitatis inter coniuges exiſtentis. fol. 4.

*Deciſio III.*

Exceptio captiuitatis, an opponi poſſit aduerſus citationem ſententiæ foriudicationis à reo exiſtente capto penès hoſtes, fol. 8.

*Deciſio* IV.

Immunitas conceſſa Ciuibus Neap. an pariter conceſſa videatur Ciuitati Neap. fol. 14.

*Deciſio V.*

Soror an admitti debeat ad faciendum partem in iudicio, ſtante remiſſione facta per fratrem defunctum de vulnere, & morte inde ſequuta. fol. 20.

*Deciſio VI.*

Mulier habens filios ex primo matrimonio, ſi de antephato ſuperlucrato ex dicto matrimonio diſpoſuerit in beneficium filiorum ex ſecundo matrimonio, an poſſit, vel illud reſeruari debeat filijs primi matrimonij. fol. 21.

*Deciſio VII.*

An bona donata mulieri à primo viro alienata, quorum pretium extabat, poſſint ad filios primi matrimonij deberi, non obſtante diſpoſitione facta de illis per mulierem in beneficium filiorũ ſecundi matrimonij. fol. 23.

*Deciſio* VIII.

An bona donata mulieri à conſanguineis viri, cenſeri debeant, ac ſi à viro donata fuiſſent, ita quod eodem iure debeant iudicari. fol. 23.

*Deciſio* IX.

Dos à patre filiæ naturali data, an imputetur in compotum duarum vnciarum ei de iure debitarum à patre decedente abſque prole legitima, & abſque vxore. fol. 26.

*Deciſio* X.

Numerus Magiſtrorum Actorum Regiæ Cameræ, an poſſit augeri, in eorum præiudicium. fol. 29.

*Deciſio* XI.

Prior in tempore conceſſionis officij, & acceptationis illius, an præferri debeat poſteriori in tempore reſpectu conceſſionis. fol. 30.

*Deciſio* XII.

Immunitas conceſſa ciuibus, an etiam ad Ciues effectos per conſtitutionem veri domicilij extendatur. fol. 32.

*Deciſio* XIII.

Pater an poſſit facere partem in iudicio pro iniuria illata filio. fol. 33.

*Deciſio* XIV.

Renunciatio facta à fratre primogenito de ſucceſſione aliorum feudorum, mediante iuramento in beneficium eius fratrum, an valeat in præiudicium filij primogeniti renunciantis, eo amplius ſi aſſenſus non interfuerit. fol. 35.

*Deciſio* XV.

Diſpoſitio auth. ex teſtamento C. de ſecund. nupt. an locum habeat in fructibus, quos filius ex primo matrimonio


con-

Digitized by Google

cōſequutus eſt ex bonis habitis ex paterna hæreditate, & ſucceſſione. f.37.

*Deciſio* XVI.

Hypotheca an detur pro vſuris rei, ſeu quantitatis legatæ. fol.38.

*Deciſio* XVII.

Retrotractio ad tempus mortis teſtatoris, an detur in legato conditionali, purificata conditione. fol.39.

*Deciſio* XVIII.

Perceptor, ſi vno, eodemq; tempore, & anno ratione vnius impoſitionis ab Vniuerſitate exigerit, & in alia impoſitione minus quàm quantitas debita exigerit, an teneatur ad pęnam inſtructionis Reg. Cameræ Summariæ. f.42.

*Deciſio* XIX

Dirictus debiti per Mercatores in Regno pro mercibus, quas contrectant, vel extrahunt, an debeantur ex poſt facto. fol.43.

*Deciſio* XX.

Immunitas conceſſa ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs, an compræhendat impoſitionem pro cōſtruendis Turribus, ob defenſionem Regni. fol.48.

*Deciſio* XXI

Alueus antiquus Fluminis exiccati, an erit prioris Domini illius, ita vt in eo poſſit ædificare. fol.49.

*Deciſio* XXII.

Adiutorium peti an poſſit per nepotem ſuccedentem Auunculo, ſororem maritantem à vaſſallis Terrarum ipſius Auunculi. fol.51.

*Deciſio* XXIII.

Beneficia an concedi debeant Collegio Artis Serici. fol.52.

*Deciſio* XXIV.

Officialis, qui ꝓhibetur mercaturas exercere, ſi diuerſis vicibus illas exercuerit, & non fuerit de aliquibus inquiſitus, an puniri debeat pęna priuationis officij vltimò impoſita illis, vel pœna primęua pro dicto delicto ſtatuta, iuxta Pragmaticam. fol.53.

*Deciſio* XXV.

Exequutio primæ ſentētiæ prolatæ ſuper aſſiſtētia à primo Iudice, & à ſecundo reuocata ſentētia, an reuocari debeat, pendente appellatione in S. C. f.57.

*Deciſio* XXVI.

Remiſſio facta à parte offēſa ſimpliciter, dummodo inquiſitus morari non poſſit, vel ingredi Ciuitatem, aliàs ſit nulla, & inualida, & habeatur pro non facta, ſi ob contrauētionem Inquiſiti, cenſeri debeat inualida, ita vt iterum accuſari poſſit reus. fol.58.

*Deciſio* XXVII.

Falſificans prouiſiones Regiæ Cameræ Summariæ, hoc eſt ſubſcriptiones manus Locūtenentis, Præſidentis, Rationalis, & Notarij Curiæ, qua pœna erit afficiendus, diſcutitur prolixius. f.60.

*Deciſio* XXVIII.

Procedi an poſſit aduerſus reum inquiſitum de homicidio liberatum ſub fideiuſſione, & iterum captum ob aliam cauſam ſpontè confeſſum de ipſo homicidio, non obſtante peremptione inſtantiæ. fol.63.

*Deciſio* XXIX.

Confeſſus occidiſſe hominem, an poſſit pœna mortis damnari, ſi de corpore mortui non conſtat. fol.65.

*Deciſio* XXX.

Annus inſtitutus ad promulgationem ſententiæ foriudicationis, an à die contumaciæ, vel ab annotatione bonorum incipiat currere. fol.67.

*Deciſio* XXXI.

Immunitas à Rege conceſſa alicui Oppido, an in compotum Regis, vel Vniuerſitatis, ſub qua eſt ſitū cedere debeat fol.68.

*Deciſio* XXXII.

Ciuis nouellus an teneatur ad ſolutionem collectarum impoſitarum ante illius aduentum. fol.69.

*Deciſio* XXXIII.

Ius exiturę an contineatur ſub conceſſione immunitatis, examinatur. fol.69.

*Deciſio* XXXIV.

Filius clerici an rectè inceſtuoſus dici poſſit, & ſi diſpoſitio l.fi. C. de nat. liber. procedat in filio naturali, vel locum ha-

Digitized by Google

habeat in filio inceſtuoſo; Deniquè ſi diſpoſitio facta in beneficium ſpurij, vt habeat vſumfructum, dicatur facta in fauorem filiorum naſciturorum ex dicto ſpurio, latius diſcutitur. fol.70.

*Deciſio XXXV.*

Ceſſio iuriũ facta per creditorẽ anteriorẽ in beneficiũ poſterioris,an ſit translatiua iuriũ,vel extinctiua,& an ſibi præiudicauerit cedẽs,dùm poſtea ius aſſiſtendi ſuper eadẽ re intẽtauerit,& talis ceſſio nedùm hypothecariam, ſed verius perſonalem contineat, & conſequenter ſententia lata in fauorem cedentis obſtare videatur ceſſionario. fol.72.

*Deciſio XXXVI.*

Ius *fun*daci an debeatur pro Seta, quæ eſt immiſſa in Dohanam Neapol. & poſtmodum extracta pro vſu Artis Serici, quæ conuerſa fuit in tortam, ſeu manganam,diſſeritur altercatio prolixius. fol.76.

*Deciſio XXXVII.*

Replicari an liceat aduerſus exceptionẽ Pragmaticæ editæ Thori de defectu voluntatis illorum Regum,quaſi quod ex *falſa* cauſa diſpoſuiſſent, ſicq; apparente cauſa non vera,diceretur,voluntatem diſponẽdi defeciſſe,examinatur articulus principaliter,vna cum altera quæſtione, ſi talis exceptio obſtet, ſi fortè non appareret,opponẽtem illum habuiſſe poſſeſſionem rei conceſſæ tẽpore illorum Regum, ex verbis illius Pragmaticæ actentis illis verbis, ſicq; teneantur, &c. Pariterq; ſi talis exceptio contra fiſcum militabit, aut contra Vniuerſitatem opponi poſſit, vel cõtra illum, qui agit vigore priuilegij conceſſi per dictos Reges. fol.79.

*Deciſ.* XXXVIII.

Collectari licet debeant Ciues pro bonis ſitis in Territorio,ſin autem eſſent bona extra territorium poſſeſſa, quomodo, & qualiter collectari debeant, reſoluitur. fol.81.

*Deciſ.* XXXIX.

Collecta impoſita omnibus ſoluentibus pro rata ad eos ſpectãte, an etiam ipſi teneantur pro ratis illorum,qui non ſunt ſoluendo, copioſius examinatur articulus. fol.82.

*Deciſ.* XL.

Focularia Sclauonorum,& Albanenſium quolibet anno numerantur, & quare, perpenditur in diſcurſu. f.85.

*Deciſ.* XLI.

Teſti aſſerenti,ſe alitèr dixiſſe, quàm per Notarium fuerit ſcriptum, an ſit credendum, dilucidè altercatio reſoluitur. fol.86.

*Deciſ.* XLII.

Cedens an poſt litem inſtitutam à ceſſionario contra debitorem ceſſum in actione perſonali, in qua ſuccubuit, quia non erat ſoluendo, poſſit iterato agere hypothecaria contra eundem debitorem, diſcutitur exactè controuerſia. f.88.

*Deciſ.* XLIII.

Intereſſe quantiplurimi an debeatur ex mora contracta ob conſignationem frumenti non factam tempore præfixo. f.90.

*Deciſ.* XLIV.

Verba illa, vulgò concepta in Regia Dohana Neap.*facta partita*, an intelligi debeant, quod ſoluere teneantur extrahentes ius Fundici pro futuro emptore, & quid in extrahẽtibus pro eorum apothecis.fol.91.

*Deciſ.* XLV.

Perceptor ſi non poſuerit in compotum exigiſſe ab aliqua Vniuerſitate, an propterea Rationalis debeat ſignificare iuxta poſita, vel ſecundum Cedularium, in quo dicta Vniuerſitas erat taxata,& quid ſi ipſe ſuperexigerit,talis ſuperexactio poſſit in minori exactione facta compenſari. fol.92.

*Deciſ.* XLVI.

Girata falſa in aliqua apoca facta,ſi ſolutio ex ea ſequatur, an cedere debeat in damnũ Bancherij,vel Domini apocam facientis, dilucidè declaratur. fol. 93.

*Deciſ.* XLVII.

Pactum de vendendo feudum an valeat

ſine

ſine aſſenſu,& quid ſi interceſſerit partium declaratio,aſſenſum interueniſſe, itaut per tale pactum detur actio ad intereſſe. fol. 96.

Deciſ. XLVIII.

Trebellianica an poſſit prohiberi,etiam in filijs primi gradus. fol.99.

Deciſ. XLIX.

Ceſſionarius an poſſit vti iure ceſſo, petendo aſſiſtentiã ſuper feudalibus pro tertijs ſibi ceſſis,etiam accedẽte aſſenſu, in quo virtute clauſulæ quoad expreſſa videatur ius ſibi fouere.fol.106.

Deciſ. L.

Fiſcus an dicatur propriè hæres,ita vt bona ſubiecta fideicommiſſo per crimen hæreſis,fiſco acquirãtur, & an filij iàm nati ante crimen hæreſis commiſſum per hæredem grauatũ faciant deficere conditionem in fauorem fiſci.fol.109.

Deciſ. LI.

Conceſſio facta per Regem alicui ſimpliciter,an dicatur facta ſolùm eius vita durante,an verò pro ſe, & hæredibus.

Confirmatio inſerta cum aſſenſu, an & quãdo probet,licet non appareat inſtrumentum originale confirmationis, & de clauſula,quatenus in poſſeſſione exiſtet cauſalitèr, vel conditionalitèr. fol.116.

Deciſ. LII.

Maſculinum an concipiat fœmininum in terminis l.quiſquis C.ad leg.Iul. Maieſt.fol.123.

Deciſ. LIII.

Renunciationis contractus ex quibus reſcindatur,& an,& quando liceat patri officium filij,etiam ſi proprium ſit,vẽdere,& renunciare. fol.126.

Deciſ. LIV.

Text.in l.fi.§.donec C.de iur.delib.an & quando habeat locum,quando hæres conuenitur actione reiuendicationis. fol.130.

Deciſ. LV.

Mater in Baliatu an præferatur Auo paterno, ad deciſ.Affl.183.& 281. & D. de Franch.10. fol.132.

Deciſ. LVI.

Electio Cancellariorum an ſpectet ad Regem, vel ad Secretarium Regiæ Cancellariæ. fol.136.

Deciſ. LVII.

Officiali delinquẽti in officio an, & quãdo poſſit pœna minorari, diſcutiuntur plures articuli.Quãdo tortura ſit inferenda;ſi tortus abſque indicijs moriatur.Qua pœna Iudex teneatur; Fama quando ſit ſufficiens indicium ad torturam; Et quando Iudex excuſetur in ſindicatu, ac de alijs iuris articulis. fol.142.

Deciſ. LVIII.

Regiſtro quando ſtetur,& quando Originali. fol.149.

Deciſ. LIX.

Conductor an teneatur ſoluere Gabellas ex fructibus,qui ex feudo proueniunt. fol.152.

Deciſ. LX.

Fiſcus an, & quando præferatur cæteris creditoribus Banci, habentibus actionem perſonalem anteriorem non priuilegiatam. fol.154.

Deciſ. LXI.

Promiſſio ſolutionis annuæ certo loco faciendæ,an tranſeat in ſucceſſorem ſingularem.fol.155.

Finis Argumentorum.

Digitized by Google

# DECISIONES SVPREM.RVM TRIBVNALIVM REGNI NEAP.

## Regij Collateralis Conſilij, & Sacri Regij Conſilij Capuanæ,necnon Regiæ Cameræ Summariæ.

AVCTORE

## THOMA ANELLO SALERNITANO

I. C. PRAESTANTISSIMO.

Eiuſdem R. C. olim Præſidente,ac poſtmodum præfati S.R. C.Præſide, Viceq; Protonotario,Regij Collateralis à latere Conſiliario,Regenteq;Regiam Cancellariam benemerito.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo Neapolitana incip.ſi quis,vel ſi qua, quatenus diſponit de bonis,non comprehendit bona ſita extra diſtrictum.*

2 *Intellectus ad conſuetudinem prædictam verus traditur.*

3 *Diſpoſitio facta de bonis ſitis, vel exiſtentibus in aliquo loco,non comprehendit nomina debitorum.*

4 *Intellectus.l.quæro.ff.de ſolut. pertractatur.*

5 *Nomina debitorum non ſubiacent Neapolitana conſuetudini.*

6 *Gloſ.in.l.vxorem §.legauerat in ver.reliquit. ff.de leg.3.reprehenditur.*

### DECISIO PRIMA.

IN cauſa vertente inter Illuſtriſſimũ Comitem Brunelli,& Illuſtriſſimum Ducem Montis Alti, in qua fuerat per laudum latum per Arbitros declaratum, ad Illuſtriſſimum Comitẽ prædictum ex perſona Illuſtriſſimæ Suſannæ de Gonzaga communis auiæ maternæ ſpectare ſextam partem hæreditatis quondam Illuſtriſſimi Don Petri de Aragonia fratris primogeniti dicti Illuſtriſſimi Ducis.

Fuit dubitatum, an quædam nomina debitorum in Regno Siciliæ dependentia ex introitibus Comitatus Coliſani ſubiaceant Neapolitanæ cõſuetudini, attento, quod per decretum Sacri Conſilij erat declaratum, quod

in bonis omnibus ſitis intra diſtrictū Ciuitatis Neapolis ſuccederet dicto Illuſtriſſimo Don Petro dictus Illuſtriſſimus Dux eius frater, vtrinq; coniunctus, excluſa auia vigore Neapolitanæ cōſuetudinis incipientis, ſi quis, vel ſi qua, &c.

1 Et quia cōſuetudo, quatenus diſponit de bonis non comprehendit bona ſita extra diſtrictū, vt habetur in proemio conſuetudinis pupillus in fine, fuit dubitatum, vt dixi, quo Iure, ac cuius loci, iſta nomina dictorum debitorum cenſeantur; omnes Domini dicti Sacri Cōſilij fuerunt concordes, quod iſta nomina debitorum nō ſubiacerent diſpoſitioni cōſuetudinis, ſed cenſerentur tanquam bona extra diſtrictum, quia ſi inſpicimus locum deſtinatæ ſolutionis, ſolutio erat ibi facienda tex. eſt in l. quæro. ff. de ſolut. & in l. contraxiſſe. ff. de act. & oblig. & pariter ſi inſpicimus locum, vbi cōtra debitores eſſent exercendæ actiones, nemo dubitat, quin ibi cōueniendi erant, allegabatur Lap. in quæſt. 2. incipiente. In primis videndum eſt Alex. conſ. 16. in fine primo volum. & Tiraq. de retract. conſang. §. 36. gloſ. 3. num. 16. & ad materiam idem Tiraq. alios congerens in tract. primog. quęſt. 49. vbi videtur aliqualiter differere alio modo, Dominus Ioannes Andreas de Curte, & ego diximus, quod nedum prædicta nobis Iuridica videbantur, ſed etiam ſi iſta nomina debitorum eſſent in Ciuitate Neapolis, quod ſatis dubitandum erat ſi com-
2 prehendebantur in conſuetudine, nam cum conſuetudo prædicta loquatur de diſtrictu, & Neapod. intelligit de bonis ſitis in loco, infertur, quod nomina debitorū non poſſunt dici ſita in loco, & propterea remanent ſub diſpoſitione Iuris communis.

Et ego dixi, quod hoc videbatur determinari per tex. in l. vxorem. 39. §. legauerat. ff. de legat. 3. vbi ni fallor videtur tex. formalis ad hoc, vltra tex. in l caius. 88. in princ. ff. de leg. 2.

3 Per quę Iura fundatur, quod diſpoſitio facta de bonis ſitis, vel exiſtentibus in aliquo loco, non comprehendit nomina debitorum.

Nec his videntur refragari Iura, & Deciſiones Doctorū in quæſtionibus occurrentibus de bonis reſpectu vnius Territorij, ſeu Prouinciæ vni, & alterius Prouincię conſignandis alteri dicūt, quæ ſupra ſcripſi, nam eſt animaduertendum, quādoq; neceſſe eſſe vniuerſum patrimonium diuidi inter plures hęredes, vel ratione adminiſtrationis, vt inter plures tutores, vel inter plures hæredes, vel ratione iuriſdictionis, vt inter plures Dominos cōfiſcantes bona omnia alicuius, & tunc quia, vt dixi neceſſe eſt, vt nomina debitorum, vel quoad adminiſtrationem, vel quoad proprietatem adiudicētur vni, vel alteri, fit ea diſtrictio, quæ *aptior*
4 videtur, & iſto caſu loquitur tex. *in d.* l. quæro. ff. de ſolut. cum concord. ibi traditis, & in l. ex facto. ff. de hæred. inſt. & DD. ſupra citati ita tradunt & poteſt applicari quod conſiderat Tiraq. de retract. lignag. §. primo gloſ. 7. num. 15. & 36. At quando non ita omne patrimonium eſt exhauriendū, ſed tantum facta eſt diſpoſitio de bonis, quæ ſunt ſita in aliquo loco, in qua diſpoſitione ſi nomina debitorum nō comprehenderentur, remanerēt incluſa in reſtanti diſponentis patrimonio,
5 tunc ſuccedit diſpoſitio dictorum Iurium, quæ videtur punctualis.

Nec minus dicat aliquis, quod tex. in §. legauerat ſup. allegatus procedit, ſeu intelligitur, quando Calendarium erat in loco ad tempus, ſecus autem ſi in perpetuū ibi extet, vt conſeruetur,
6 prout videtur intelligere gloſa ibi in verb. reliquit, nam gloſ. loquitur expreſsè contra text. qui præſupponit Calendarium eſſe in domo propria teſtatoris, & in patria eiuſdem, quę duę demonſtrationes indubitatum reddūt teſtatoris propoſitum, quod ibi perpetuò

Digitized by Google

petuò eſſet, & Sacrum Conſilium determinat, non comprehendi in legato, & ſic contra gloſ. quam reprobat ibi Iacob.de Aren.dicens, quod etiam ſi Calendarium eſſet ſcriptum in muro, ita quod amoueri non poſſet, in legato non contineretur, & idem tradit ibi Alex. & ante eum Bart. qui dicit iſtam veram eſſe reſolutionem.

Igitur cum conſuetudo vocet proximiores ex parte patris ad bona ſita in diſtrictu, & in reliquis veniant agnati, & cognati, prout de Iure communi vocantur, iſta nomina debitorum non videntur includi in illa ſpeciali prouiſione, non totius patrimonij, ſed bonorum in vno loco ſitorum tantum.

Et ideò fuit concluſum, quod decretum conciperetur ſimpliciter dicẽdo, quod nomina debitorum non ſubiaceant Neapolitanæ conſuetudini, non exprimendo, quod cenſeantur tanquam res ſitæ extra Regnum, ne quãdo caſus cõtingeret de nominibus debitorum hic Neapoli decretum prædictum faceret aliquod præiudiciale exemplum, quia ſatis dubitauimus, quod forſan, nec iſto caſu conſuetudo procederet. 4. Iunij 1568.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio, quod nomina debitorum exiſtentia extra Ciuitatem Neap. non ſunt ſubiecta diſpoſitioni conſuet. Neap. ab alijs Auctoribus refertur, & alia noua adducitur n. 2.*

3 *Locus deſtinatę ſolutionis erit attendendus, nõ autem locus contractus, ad hoc vt nomina debitorum cenſeri debeant ſubiecta conſuetudini Neap.*

4 *Nomina debitorum non circumſcribuntur loco, qualiter intelligatur.*

5 *Nomina debitorum an conſtituant tertiam ſpetiem, vt nec immobilia, neque mobilia dici poſſint.*

1 EX iſta deciſione percipitur, quod nomina debitorum exiſtentia extra Ciuitatem Neap. non ſunt ſubiecta diſpoſitioni conſuet. Neap. eandem deciſionem refert Iacob. Anell. de Bott. in proem. conſuet. Neap. incip. dum in S. C. fol. 46. de qua etiam memor eſt Præſ. de Franc. deciſ. 93. in princ. & Molfeſ. in conſuet. Neap. tom. 2. p. 2. tit. de bonis quæſt. 11. num. 2. & nos in prima par. Compend. dec. Regni verbo no-
2 mina eandem retulimus, At cum poſtea de eodem articulo accidiſſet dubitari in S.C. in cauſa Io. Alphonſi Bisbal, cum eius nepote, ac in cauſa illorum de Marcheſio, & illis de Lembo, contrarium deciſum fuiſſe refert Præſ. de Franc. in eadem deciſ. in fine, vltra eundem Conſil. de Bottis in conſuet. ſi quis moriens in Addit. incip. ſecundũ hanc opinionem fol. 162. & Felix de Rubeis in Addit. ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua incip. Aduerte, quia non dicit fol. 2. poſt conſuet. quos citaui in alio verbo nomina debitorũ in eodem Compend. & quamuis prius quã articulus decideretur diſſeruiſſet Ant. de Alex. in cõſuet. ſi quis moriens incipit nota, quod poteſt fol. 162. nouiſſimè autem deductis rationibus hinc inde conſideratis, atq; deciſionibus, pro vtraque parte compactis ſub fœdere diſtinctionis eas opiniones cõ-
3 cordare conatur Lelius Caput. in conſuet. Neap. in prælud. §. 6. n. 2. cũ ſeq. vnanimiter tamen concludere videntur, attendendum eſſe, vbi ſolutio deſtinata fieri debeat, locus ipſe deſtinatæ ſolutionis in hoc attenderetur, vbi conſuetudo vigeret de illorum nominum diſpoſitione, non autem locus contractus, vt poſt Præſid. Rouit. in pragm. 1. de iurib. & exact. fiſcal. n. 77. & ſeq. Conſil. Fab. Anna conſ. 92. num. 50. & Præſes Amatus conſ. 77. num. 37. cum ſeq. declarat qualiter intelligendum erit, quod nomina debitorum loco non circumſcribantur, dum an-
4 tea num. 31. citatum articulum, ſi nomina debitorum cenſeantur eſſe in loco deſtinatæ ſolutionis pertractauerat, ad hoc vt locum habere videatur conſuetudo prædicta de quo latius per eundem Molfeſ. in d. conſuet. Neap. tom. 1. p. 2. tit. de bonis quæſt. 12
5 num. 12. & ſeq. Demum pro coronide ſi inter mobilia, vel immobilia, aut conſtituant tertiã ſpetiẽ dicta nomina debitorum multos collexit Auctores Viſcont. in ſuis concluſ. iuris, verbo nomina debitorũ, vbi alias quæſtiones adduxit.

Thoro.



Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Repetitio dotis, ſeu donationis propter nuptias an detur, matrimonio putatiuo nullo declarato remiſſiuè.*
2 *Repetitio dotis, vel donationis propter nuptias non aliter conceditur, quando vterque coniux ſciens fuerit, & matrimonium fuerit conſumatum, ſed Fiſco applicatur.*
3 *Repetitio dotis, ſiue donationis propter nuptias, an detur data ſcientia, vel ignorantia alicuius ex coniugibus de matrimonio nullo, & inualido.*
4 *Tex. in l. qui contra C. de inceſt. nupt. qualiter procedat num. 22.*
5 *Tex in l. pen § ſi dolo. ff. quod falſ. tut. ponderatur, & qualiter.*
6 *Sciens matrimonium nullum eſſe, non repetit, & ſic ſe habet communis opinio.*
7 *Sciens matrimonium nullum, dum non repetit, multò magis non acquirit.*
8 *Nuptias prohibitas contrahentes delinquunt meritò puniendi ſunt.*
9 *Repetitio dotis, vel donationis propter nuptias conceditur ignoranti, & contrahenti matrimonium nullum, nec ob id aliquid acquiritur num. 10.*
11 *Ignorans matrimonium nullum, ſi repetitio fieri debet, et res pęnes eum ex natura actus remanere debet, an detur acquiſitio, et qualiter ei ſuccurratur.*
12 *Bona contrahentis inceſtas nuptias, ignorāti, an Fiſco quærantur.*
13 *Ignoranti inceſtas nuptias, quæ nam bona quærantur, excluſo Fiſco.*
14 *Ignorantia vtriuſque coniugis de matrimonio nulliter contracto, an operetur repetitionem dati, vel accepti.*
15 *Dos non dicitur, neque donatio propter nuptias matrimonio nullo exiſtente.*
16 *Actus agentium vltra eorum intentionem, non operatur.*
17 *Diſpoſitio facta in beneficium alicuius vti talis, an eo non reperto tali operetur.*
18 *Cōiugis qualitate contemplata, an ea ceſſante ceſſet diſpoſitio.*
19 *Priuilegia dotis vera, an concedantur putatiuę doti, & qualiter intelligatur.*
20 *Donatio facta inter coniuges putatiuos ignorantes morte non confirmatur.*
21 *Donans ſi ignorauit impedimentum matrimonij non aliter Fiſco bona donata applicantur, ſed ea repetit.*
23 *Ignorantia, quæ prodeſt ad conſeruandum, an proſit ad acquirendum lucrum.*
24 *Coniuges ignorantes impedimentum matrimonij, præuijs monitionibus ſolitis fieri Chriſtianè viuentes, præſertim in vltimo vitæ ſpiritu, piam diſpoſitionem facientes excuſantur à pęnis.*
25 *Deciſio S. C. circa antefatum, an debeatur coniugi ignoranti matrimonij nullitatem.*

## DECISIO II.

DOnna Catharina de Cardines vidua relicta quondam Don Ioannis Gaetani contraxit matrimonium cum Don Hercule de Gōzaga, per quem habito reſpectu ad dotes duc. 30m. receptorum, fuit conſtitutum antefatum ducatorum 10m. lucrifaciendum per mortem viri, iuxta conſuetudinem procerum, & nobiliū, quo matrimonio per carnis copulam conſumato ſucceſſit mors dicti Don. Herculis, ſuperſtite Donna Catharina eius vxore, quæ quatuor poſt dies & ipſa deceſſit, modo hæredes dictæ quondam Catharinæ petūt ab hęredibus dicti Don Herculis antefatū prædictum, veluti lucratum per eam ad ſuos hæredes translatum, ac pariter legatū eidem D. Catharinæ relictum.

Pro parte verò hæredis dicti Don Herculis dicitur, quod dictum matrimonium fuit nullum, ex quo inter primum virum dictæ Donnę Catharinæ, & dictum Don Herculem erat conſanguinitas in tertio, & quarto gradu affinitatis coniuncta dicto Don Herculi, quo impedimento ſubſiſtēte nuptiæ prædictę dicebātur inceſtæ, & proinde matrimonium nulliter contractū prout ſic mortuis coniugibus præditis declaratum fuit per Iudicem Eccleſiaſticum competentem, & conſequenter, vbi non fuit matrimonium,
1 ibi non dos, & vbi nulla dos, ibi nullū antefatum; fuit dubitatum, quis iſtorū iuſtiùs indueret arma, Et ꝑ reſolutione huius articuli, ſcilicet, an ſtāte matrimonio putatiuo declarato poſtea nullo detur repetitio hinc inde datorū, vel pacta de lucrando, aut donationes locum habeant, Doctores plura adduxere, & plerique varias diſtinctiones

nes

nes fecerunt, diſtinguendo caſus per qualitatem rerum.

2 Ego autem breuiter dicam quod collegi, & ſentio, diſtinguendo caſus per qualitatem perſonarum, vnde dico, aut vterque coniux fuit ſciens, & matrimonium fuit iam conſumatum, & tunc caſus eſt expeditus, quia modo ſumus in dote, modo in donatione propter nuptias, modo in legato, aut alia donatione, & clarum eſt, quod dãs, vel conſtituens non repetit, & ille, cui datum eſt, non retinet, & Fiſco applicatur. iux. tex. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & in authent. inceſtas eod. tit.

3 Aut vnus tantùm fuit ſciens, alter verò ignorans, & tunc ſi loquimur ex parte ſciẽtis, dicendum eſt, illud, quod dedit, non repetit, nam tex. in d. l. qui contra loquitur, & procedit, tã ſi ambo

4 ſciuerunt, & ambo volunt repetere, quàm ſi vnus ſciuit, & ipſe vult repetere, cũ enim indiſtinctè loquatur, indiſtinctè debet intelligi, & idem Iuris debet eſſe in vno ſciente reſpectu ipſius, quod vtroque ſciente reſpectu vtriuſque, Iuribus vulgaribus, ad idem

5 eſt text. elegans in l. penult. §. ibi ſi dolo malo verſatus eſt is, ad quem dos pertinet poſſe maritum doli mali exceptione contradicentem repellere in caſibus in quibus dotem, in totum, vel in partem, ſi matrimonium conſtaret lucraturus fuerat ff. quod falsò tut. auctor. hinc Paul. de Caſtr. in l. ſi cum dotem §. fin. in princ. ff. ſolut. matrim. dicit, quod diſpoſitio illius tex. accomodantis actionem pro dote putatiua, & facientis eam priuilegiatam, non vendicat ſibi locum, ſi impedimentum erat ex parte mulieris, ita ꝙ ipſa decepit, & hoc idem ſequitur ibi Alex. & allegat in argumentum optimum text. in l. ſiue hæreditaria. ff. de negot. geſt. & quod ſciens non repetat, eſt cõmu-

6 nis conclusio, vt tradit Bald. Nouel. in tract. de dot. in par. 11. membro 10. columna 7. ibi de quo tamen infra tangetur, bene verũ eſt, quod poſſet eſſe dubiũ, an applicẽtur Fiſco, text. eſt in d. l. qui contra, de quo inferius dicam vnũ verbum tantum, quia non eſt pręſentis ſpeculationis.

7 Et per partem dicendum eſt, quod ſi ſciens non repetit, multò magis non acquirit, text. eſt in l. vxori maritus. ff. de vſufructu legato, vbi loquitur de legato facto vxori, quod vxor declarato matrimonio illicito, omne perceptum reſtituit, & gloſ. ibi dat rationem, quia mulier erat ſciens, hoc idem probat text. in l. fin. ibi illa quidem ex teſtamento eius capere poteſt, ipſe autẽ

8 non poteſt, delinquunt enim, qui prohibitas nuptias contrahunt, & meritò puniendi ſunt, quod mulieri imputari non poteſt, quæ à tutore decepta eſt. ff. de leg. primo, & tradit gloſ. in l. præfectus ff. de rit. nupt. Idem etiam ſcribit Bald. Nouell. in dicto trac. in dicta par. 11. in 10. membro in principio, dum allegat text. in l. 2. §. videamus. ff. donat. int. vir. & vxor. & in l. ſi ex voluntate C. eod. tit. & poſſunt adaptari omnia, ea quæ dicentur in tertio caſu inferius ſubnectendo, ſcilicet quando vterque eſt ignorans.

9 Si verò loquimur ex parte ignorantis, dicendum eſt, quod omne id, quod per ipſum datum eſt, repetit, text. eſt in dicta l. qui contra, & in dicta l. vxori maritus, ſin autem à ſciente eſt data ignoranti res, quæ reſtituenda eſſet ex natura cõtractus, puta dos, vel donatio propter nuptias, & ignorans nõ acqui-

10 rit, quia actus non tendebat ad hoc, ſciens verò, qui dedit non repetit, vt ſupra dixi, & Fiſcus aufert per Iura

11 prædicta, ſi verò debebas res ex natura actus remanere pœnes ignorantem recipientem, puta lucrum dotis, vel donationis propter nuptias, legatum, vel alia donatio, & tunc ſi contractus eſt talis, qui ſine matrimonio eſſe non poteſt, vt dos, vel donatio propter nuptias, non acquirit, ſed per viam actionis de dolo, vel exceptionis, ſi ipſe pœ-

nes ſe rem haberet eſſet ei ſuccurren-
dum,text.eſt in l. à Diuo pio ff. de rit.
nupt.& text. in l. prima iuncta gloſ. C.
de condit.ob cauſ.in dicta l. penult. §.
fin. ff. quod falſ.tut. auth.& Paul.de
Caſtr.in dicta l. ſi cum dotem §. fin. ff.
ſolut.matrim.eſt bene verum, quod in
12 iſto caſu, vt dixi eſſet dubium, an Fi-
ſco quæreretur, & Bald. Nouell. in d.
part.11.col.25.verſ. vnde ſecundùm
prædicta firmat, quod ignorans acqui-
rit, & Fiſco non applicatur, de quo
ego dubito, quia pœna ſcientis, eſt,
quod Fiſco applicetur, & ignorans nõ
acquirit, ſed agit de dolo, niſi velle-
mus dicere, quod quando non ſuffice-
rẽt bona pro cõſequutione eius, quod
petitur actione de dolo, deberet præ-
ferri coniux ignorans Fiſco, quia ea
eſt creditrix, Fiſcus autem pœnæ inni-
13 titur tot.tit. Codic.pen.Fiſcal.ſi verò
actus poteſt eſſe ſine matrimonio, ꝙ
donatio inter viuos, vel legatum, &
tunc ignorans acquirit, & Fiſco non
applicatur, text. eſt in l. finali ff. de le-
gat.primo,& in l.ſecunda §.fin. ff. de
his quib.vt indig.& Bald.Nouel.in di-
cta part.11.membr. 10. in principio.
14 Aut vterque eſt ignorans, & tunc ſi
agitur de dote data, vel donatione
propter nuptias repetenda, etiam qui-
libet repetit, dicta l. qui cõtra, aut agi-
tur de acquirendo, & tunc ſi contra-
ctatur de dote, vel donatione propter
nuptias lucranda vigore pacti, vel ſta-
15 tuti, indubitatum apud me eſt, quod
non quærit, quia iſta omnia, ſine ma-
trimonio eſſe non poſſunt, & cùm
nullum ſit matrimonium, nulla eſt dos,
& nulla donatio propter nuptias, hoc
probat text. in dicta l. à Diuo Pio, per
quem text. expreſsè probatur, quod
acquiſitio non poteſt fieri vigore pa-
cti, & dum prouidet ignoranti contra
ſcientem per actionem de dolo, infer-
tur, quod ſi vterq; eſt ignorans, non po-
teſt fieri acquiſitio, ſi verò agimus de
alia donatione, vel diſpoſitione, quę
ſine matrimonio eſſe nõ poteſt, & tũc
dicendum eſt, quod ignorans non po-
teſt acquirere ex defectu voluntatis
dantis, qui ea contemplatione dedit,
vel diſpoſuit, quia credebat illum in
cuius fauorem diſponebat eſſe coniu-
gem, quod multipliciter fũdatur, nam
ſi genericam iurium rationem conſi-
deramus, illud eſt expeditũ, actus agẽ-
16 tium vltra eorum intentionem nihil
operari, et rurſus ſi diſpoſitio aliqua eſt
fundata in aliqua cauſa, ſi illa cauſa nõ
ſubeſt diſpoſitio ceſſat. l. demonſtra-
tio falſa, §. quod autẽ, & quod ibi Bar.
ff. de condit. & demonſtr.
17 Præterea ſi ſimilem Iurium diſpoſi-
tionem quærimus, adeſt illa concluſio
vera, quod ſi quis diſponit in fauorem
talis, vt talis, & poſtea non reperto ta-
li, diſpoſitio non operatur. tex. in l. ſi
pater, & in l. nec apud. C. de hæred.
inſt.& propterea ad caſũ, quod acqui-
18 ſitio non fiat, quia contrahentium lex
voluntas diſponentis, & ſtatuti diſpo-
ſitio videntur, coniugem, vt cõiugem
cõtemplaſſe, quo ceſſante ceſſant om-
nia. probat tex. in §. ſi verò ab initio in
authent. de nupt. ibi neque lucrum
ex matrimonio contemplandum eſſe,
neque aliquid tale, ſed puram rerum
competentium per congruas actiones
redditionẽ. Ad idem facit, quod licet
19 doti putatiuę dentur priuilegia dotis
veræ, tamen illud procedit quoad fa-
ciliorẽ exactionem tãtũ, & ſic dũ tra-
ctatur de recuperando ſuum, non autẽ
de acquirẽdo, ita Paul. de Caſtr. Alex.
& alij in dicta l. ſi cum dotem §. fi. & eſt
elegãs deciſio Bal. relata per DD. præ-
dictos in l. eam quam C. de fideicom.
vbi tradit, quod donatio facta inter
20 coniuges putatiuos ignorantes, mor-
te non cõfirmatur, allegat tex. in l. cũ
hic ſtatus. §. fin. ff. de donat. inter virũ,
& vxorẽ, et ex hoc firmat Bal. Nouell.
21 in prædicto tractatu part. 11. membr.
10. in princ. quod ſi donãs ignorabat,
non applicatur Fiſco, nam ipſe repetit
et morte non confirmatur, allegat. tex.
in l. 2. §. idem videamus. ff. de donat. in-
ter

ter vir. & vxor. & in l. ſi voluntate C.
eodem tit.

22 Nec ad hoc obſtat tex. in dicta l. qui
contra in exceptione, quam facit de
ignorantibus, quia ille tex. in dicta
exceptione intelligitur, quoad effectũ
non commiſsionis, non autem, quoad
effectum acquiſitionis lucri, prout ibi
Bal. declarat, alioquin eſſet con-
tra tex. in d. l. prima. C. de cond. ob
cauſam, & contra omnia iura prędicta,
& nullibi reperitur cautũ, quod igno-
rantia, quæ prodeſt ad conſeruandum
proſit ad acquirendum lucrum, prout
23 in ſpecie, de quo quæritur, tradit Caſ-
ſan. in conſ. 49. Rolan. in tractatu de
lucr. dotis quæſt. 47. Fanut. in conſi-
mili tract. fol. 169. et Neapod. in con-
ſuet. incipiente. Quartam num. 39. &
24 Hipp. ſing. 129. applicando iſta ad ca-
ſum, habuimus vtrumque pro igno-
rante, gradus enim erat ſatis remotus,
matrimonium fuerat palam contra-
ctum, fuerunt factæ, & intercesſerunt
conſuetæ, & requiſitæ in talibus acti-
bus monitiones, vt ſi quis impe-
dimentum aliquod interuenire ſciuiſ-
ſet publicaret, oſtenderet, atque reue-
laret, vt coniuges vixerunt, Sacramen-
ta, vt Chriſtiani ſumpſerunt in vltimo
vitæ ſpiritu, omnia, quæ bonos Chri-
ſtianos decet expleuerunt, & in loco-
rum piorum fauorem, piam diſpoſitio-
nem fecerunt, quæ omnia ignorantiã
præſeferunt, & poteſt applicari tex. in
l. fin. ff. de rit. nupt.

25 Præſuppoſita igitur ignorantia in-
fertur per prædicta, antefatum, quod
ſine matrimonio eſſe nõ poteſt, lucra-
ri non potuiſse, donationes, & legatũ
in fauorẽ Dõnæ Catharinæ veluti col-
lata in eã, vt coniugem, quæ non erat,
non deberi. Et ſic per Sacrum Conſiliũ
iudicatum fuit die 24. Februarii 1569.
Actuarius Hieronymus Bozzauotra,
& cum eſſet reclamatum, & obtẽtum,
vt cauſa reclamationis iunctis duabus
aulis videretur, & relatio in Collatera-
li Conſilio fieri, fuit concluſum bene
iudicatum, & perpetuum ſilentium
fore imponendum; die octaua Februa-
rij 1574. Coram Illuſtriſſimo, & Reue-
rendiſſimo Cardinali Granuelano,
huius Regni Prorege, sũmæ authorita-
tis, doctrinæ, & prudentiæ, meo Domi-
no Colendiſſimo.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Deciſio, vt non debeatur antefatum mulieri legatum, matrimonio nullo declarato ab alijs, quam ab Auctore aſſertur.*

2 *Repetitio dotis, vel donationis propter nuptias an detur ex cauſa matrimonij prohibiti.*

3 *Datum in cauſam illiciti matrimonij, an repetatur.*

4 *Fiſcus, quando donata ob turpem cauſam capiat.*

1 PErcipitur ex iſta deciſione non debe-
ri antefatum mulieri legatum, ma-
trimonio nullo declarato, & de ea-
dem deciſione teſtantur Præſ. de
Franc. dec. 52. eundẽ ſequutus eſt Molfeſ. in
conſuet. Neap. p. 7. quæſt. 7. nu. 17. vbi alios
allegat, & pro articuli comprobatione, &
ante eum Viuius in ſylua cõmun. opinion.
in opin. 1057. nu. 3. Nuntius Pellicc. in con-
ſuet. Auerſæ. cap. 5. num. 166. & ſic in conſi-
mili caſu obtinuiſſe refert Reg. Lanar. conſ.
86. quem ſequitur idem Pellicc. in Addit. ad
cap. 4. incip. Addo an mulier fol. 122. quos
omnes probaui in prima par. noſtri Com-
pend. vero donatio propter nuptias, quibus
addo Fontanell. de pact. nuptial. to. 1. clauſ.
3. gloſ. 1. num. 69. vbi exacte hanc materiam
proſequitur, Molfeſ. etiam in 2. tom. d. p. 7.
q. 2. num. 22. Hanc eandem quæſtionẽ Doct.
2 communiter pertractauerunt, ſi detur repe
titio dotis, vel donationis ex cauſa matri-
monij prohibiti, de quo ſatis per Gomez. in
l. 50. Tauri num. 55. Barboſ. in l. ſi cum dotẽ
§. fin. ff. ſol. mat. num. 2. & 21. & l ſi ante nu.
41. eo tit. Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 6. §. 8.
Lopez Palat. in rubr. de donat. inter vir. &
vxor. §. 36. ampliat. 3. & in cap. per veſtras
§. 22. Caſſan. in conſuet. Burgund. Rub. 4. §. 2
Gloſ. 2. num. 5 Honded. conſ. 87. lib primo.
Tiraq. de leg. connub. gloſ. 8. nu. 235. & ſeq.
& 251. & deciſum teſtatur Ant. Fab. in eius
3 Codice lib. 4. tit. 6. definit. 2. quod datum in
cauſam

çauſam illiciti matrimonij repetitur, quia ob nullam, potiuſquam, ob turpem cauſam datum intelligitur, & num. 8. ad noſtrũ propoſitum de repetitione dotis, ſeu donationis agit in caſu huiuſmodi inualiditatis matrimonij, ſed quoties fuerit contractum matrimonium per ambos coniuges cõſcios
4 impedimenti, & ſic nulliter Fiſcus donata ob ipſam cauſam conſequitur ex adductis per Fontanell. loc. cit. n. 66.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Foriudicationis forma ſeruari ſolita in magna Curia, quæ ſit.*
2 *Andr. deciſ. in Conſtitutione pœnam eorum declaratur.*
3 *Foriudicatus an debeat admicti ad allegãdũ ſe fuiſſe impeditum aliquo impedimento.*
4 *Verba geminata enixam voluntatem demõſtrant, & omnem caſum, omnemq; cauſam excludunt.*
5 *Dictio omnium æquiparatur dictioni omnimodo.*
6 *Reſtitutio eſt remedium aperiendi limina, ſeraſque Iudicij agitandi.*
7 *Conſtitutio Regni pœnam eorum dilucidatur.*
8 *Contumacia eſt delictum.*
9 *Culpa, quando præcedit caſum, ſemper quis tenetur de caſu.*
10 *Abſens comparere impeditus, non poteſt ad mortem condemnari.*
11 *Ad hoc, vt poſſit quis foriudicari, quid requiratur.*
12 *Equitas, vbi res expoſtulat exercenda eſt.*
13 *Banditus pendente reſtitutione in integrum, an ex forma banni poſſit offendi.*
14 *Correctoria conſtitutio ſemper eſt odioſa.*
15 *Abſens condemnari prohibetur.*
16 *Indicia ſola non ſufficiunt ad pœnam ordinariam.*
17 *Auctoris optima diſtinctio.*
18 *Actus ſequens demonſtrat intentionem præcedentis.*

## DECISIO III.

1 CONtingit in Sacro Cõſilio de quodã dubitabili puncto dubitari; lata enim per Magnam Curiam ſententia foriudicationis cõtra quendam, pro homicidio per eum commiſſo, & demum in fortijs M. C. peruento, fuit allegatum, nõ poſſe, nec deberi ſententiam foriudicationis cõtra eum emanatæ ad dicendum cauſã, quare foriudicationis ſententia proferenda non eſſet alias ad comparẽdũ, & ſe defendendum exequi, iuxta formam in M.C. ſeruari ſolitã, ipſe citatus erat captus ab hoſtibus, per quos in ſeruitute detinebatur, ita quod etiã ſi comparere voluiſſet minimè potuiſſet, & licet tempore citationis prædictæ frater ipſius foriudicati comparuiſſet, allegando ipſum fuiſſe abſentem in Ciuitate Meſſanæ, quæ abſentia admiſſa non fuit, & dum poſtea prætendebatur propter hanc non admiſſionem ſentẽtiam eſſe nullam, per M.C. primo loco, & poſtea per Sacrum Conſilium non fuit de prædictis aliqua ratio habita, tum quia abſentia prædicta non fuit allegata tempore primæ, & ſecũdæ citationis, tum etiam, quia ſi in prima citatione fuiſſet allegata admicti non debuiſſet, quia tempore delicti fuerat viſus, per cap. Regni poſt commiſſum;
2 tum etiam, quia deciſio Andr. in Conſtitutione pœnam eorum, quando dicit, quod abſẽtia debet allegari, tunc, & nunc, debet ſecundùm meam opinionem intelligi, ſcilicet, quod tẽpore primæ citationis ad capitula fuerit allegata, & dum debuiſſet admicti non fuit admiſſa, ſecus autem ſi in prima non fuit allegata, & ſic rectè cõtumacia fuit contracta, tunc enim ſi tempore ſecundæ citationis allegatur abſentia, & dicitur, quod vtroq; tempore erat abſens, nihil releuat, quia prima contumacia remanet legitimè contracta, propter non allegationem abſentiæ, quæ tunc debuit allegari, vt

de

Digitized by Google

de abſentia allegata tempore ſecundę
citationis,ſtante perſeuerantia in pri-
ma cõtumacia ratio haberi nõ debet,
dicebat tamẽ foriudicatus prædictus,
ſe nõ tueri ex cauſa allegatæ abſentiæ
per fratrem in Ciuitate Meſſanæ, &
ſucceſſiuè ex nullitate propter ipſius
non admiſſionẽ,ſed ex cauſa neceſſarij
impedimenti, quod frater prædictus
ignorabat, quia erat pœnes hoſtes, &
ab eis captus tunc detinebatur, quod
ipſe nunc data dilatione probaturum
ſe offert, vt ſic etiam per viam in inte-
grum reſtitutionis admictatur, & ſic
3 punctus eſt, an foriudicatus poſſit ad-
micti ad allegandum ſe fuiſſe impeditũ
tali impedimento ad comparendum
tempore citationis prædictæ,vt eo cõ-
ſtito, ſaltem per viam in integrum re-
ſtitutionis,exploſa foriudicationis ſẽ-
tẽtiæ exequutione in cauſa principali
audiatur. Hic punctus tractabatur in
aula,in qua reſidebat Dominus Gon-
ſaluus Bermudez.Et cùm ab antiquio-
ribus dictũ fuerit,non fuiſſe alias in fa-
cti cõtingẽtia diſcuſſũ,& deciſum,de-
creui pro illius reſolutione vnire con-
ſiliarios dictæ aulæ, & alios aſsidentes
in aula, in qua reſidebat Dominus Io-
annes Andreas de Curte.

Et ꝓ parte negatiua fortiter ſtringũt
verba Conſtitutionis Regni pœnam
eorum, nam præſuppoſita nullitate
prædictæ contumaciæ contractæ ſuper
citatione ad capitula, & ſecundæ con-
tractæ ſuper citatione ad foriudican-
dum, quando allegatur impedimentũ
dicto foriudicato prodeſſe poſſet,vtiq;
ad remedium reſtitutionis in integrũ
eſſet recurrendum, vt ſic reſtituto in
integrum ſuper principali negotio ei-
dem audientia concedatur.

Et in hoc verba conſtitutionis præ-
dictæ reſiſtunt,ibi nulla omnino licen-
tia remanente ſe ſuper principali cau-
4 ſa criminis defendendi, quæ verba
tanquam geminata enixam diſponen-
tis voluntatem demonſtrãt, & omnem
cauſam excludunt,vulgata L. Baliſta.ff.
ad trebell. & dictio illa omnino, quę
5 eſt pręciſa,& ęquiparatur dictioni om-
nimodo ſecundùm Alber. in Diction.
in verbo omnimodo, & Geminian. in
cap.ſi quis presbyter.8.quæſt.prima,&
Andr.in cap.primo de eo, qui fin. feci.
& in c.primo de vaſſallis decrep. ætat.
in princip. auget hoc, vt geminatè ſit
pręcluſa omni via redeundi ad defen-
ſionem cauſæ principalis, cum illa di-
ctio omnino omnem modum,& caſum
complectatur,vt per DD. ſupra allega-
6 tos. Reſiſtunt etiam fortius alia verba
Conſtitutionis prædictæ, ibi iudicij li-
mina præcludentem, & cum reſtitutio
ſit remedium limina aperiendi,ſeraſq;
iudicij agitandi, ipſa ſublata per præ-
dicta verba videtur, & apertius hoc vi-
dentur importare verba ſequẽtia, quę
dicunt,quod ſi contumacem negare
non poſſit,qui nec per ſe tanto tempo-
re comparuit,nec per alium ſuæ abſen-
tię legitimam cauſam prætendentem,
& probantem extitit excuſatus, & ſic
expreſsè innuere videtur, quod legiti-
ma cauſa abſentiæ debuit allegari, &
probari ante ſententiam foriudicatio-
nis,& hoc modo verba prædicta intel-
ligit Affl.in conſtit. prædicta in 8. no-
7 tab. vbi notat per illa verba limitari
tex.in l.ſeruum.§.publicè. ff.de procu-
rat.& non poſſit allegari iuſta cauſa
abſentię poſt ſententiam foriudicatio-
nis,nec etiam ſibi competat remediũ,
etiam per viam in integrum reſtitutio-
nis,& ſubdit in ſequẽti notabili, quod
dubitat ſi Princeps conceſſit foriudi-
cato, vt poſſit petere reſtitutionem in
integrum probato iuſto impedimen-
to,an ſi non adſit clauſula, nõ obſtante
Regni Conſtitutione tale reſcriptum
ſubſiſtat,& hoc ratione etiam cõpro-
batur,nam foriudicatus prędictus non
comparendo tempore pręictę cita-
tionis ad Capitula, & permictendo ſe
8 contumacem reputari deliquit, quia
contumacia eſt delictum. §. contuma-
cia.ff.de re iud. & conſequenter quan-
to diutius in cõtumacia perſeuerauit,
tanto

Digitized by Google

tanto magis perfidia in non comparendo effecta eſt maior, & ſi ea durante fuit captus ab hoſtibus, ſibi imputari debet, cùm ſit regulare quando culpa caſum præcedit, quem de caſu teneri. l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commodat. cum concord. traditis ibi per glo. & in allegante ſe deberi excuſari, ſi non comparuit tanquam impeditus, quod nõ audiatur, ſi ante impedimentum fuit in culpa in non comparendo eſt tex. in l. ſecunda. §. quod diximus, ibi cum poſſet non incidere in tempeſtatem ſi ante profectus eſſet, & ibi nulla neceſſitate vrgente, ſed voluptatis cauſa in municipiũ profectus eſt. ff. ſi quis caut. per quem tex. non eſt neceſsè in huiuſmodi caſibus recurri ad theoricam Bar. in dicto §. ſed interdum, ſcilicet, quod attendatur, an culpa ſit ordinata ad caſum, nam tex. aperit, quod qui comparere tenebatur, licet ſit vi fluminis impeditus, ſi tamen ante potuit comparere, & non fecit, ſibi imputetur. Et ſic iſte foriudicatus non debet excuſari, ex eo, quod tempore ſecundæ citationis prædictæ erat vi hoſtium impeditus, quia nedum antea potuit comparere, & non comparuit, ſed etiam contumaciæ delictũ contraxit. Immo plus dico, quod theorica prædicta facit pro Fiſco, nam hoc impedimentum captiuitatis allegatur pro inquiſito ad effectum, quod tunc non potuit comparere, & in cauſa principali ſe defendere, & certè ad hoc ordinata eſt culpa præcedẽs, quia fuit citatus in prima citatione ad Capitula, vt compareret ſe defenſurus, & noluit, nam ſi voluiſſet nõ ſuperueniſſet neceſſitas dicendi, quod tempore impedimenti non potuit ſe defendere, & ideò ſatis ad propoſitum adducitur alia deciſio eiuſdem Bar. in l. fin. ff. de in integr. reſtit. in quinto genere abſentiæ, vbi dicit, quod ſi citatus eſt contumax, & poſtea pœnituit, & volebat comparere, niſi fuiſſet impeditus, quod ſi dolus, vel culpa præceſſit impedimentum non auditur, & non ab re dicendum videtur, quod iſta ſit neceſſaria reſolutio, quia aliàs Conſtitutio prædicta effectu euacuaretur, cũ quilibet timorem foriudicationis deponeret, ſperans in allegatione impedimẽti, quod ex abundantia falſorum teſtium de facili probare poſſe conſideret, ſicque grauandi animus vigeret, & creſceret, & non ſine ratione, hucuſq; allegatum non vidimus.

10 At pro contraria parte fortiter etiã argui poteſt, quod nedum videtur à naturali ratione abhorrere, vt abſens comparere impeditus cõdemnetur ad mortem, ſed etiam ciuilia iura reſiſtũt, nam vt teſtatur Andr. in dicta conſtit. pœnam eorum poſt gloſ. ibi recepta eſt interpetratio, quod ad hoc, vt quis

11 foriudicari poſſit non ſufficit prima contumacia ſuper citatione ad capitula cum anni circulo, ſed debet iterũ citari ad foriudicandum, & ſuper illa citatione contumax reputari, igitur ſi hoc tempore, quo citatur potuiſſet comparendo foriudicationis ſententiam euitare fecit, comparere impeditus videtur ei ex prætoris edicto ſuccurrendũ, ad hoc tex. in. l. prima. §. primo, ibi hoſtiumue poteſtate eſſet, iunctis verbis, ibi in integrum reſtituam. ff. ex quibus cauſis maior. ad idẽ tex. in l. item ei ſuccurritur, qui in hoſtium poteſtate fuit eod. tit. quamuis enim nihil facilè de ſollemnibus mutandum

12 ſit, tamen vbi æquitas euidens poſcit ſubueniendum dicit tex. in l. Diuus. ff. de in integr. reſt. ad quod faciunt ea, quæ traduntur in. l. quæſitum. ff. de re iud. vbi tractatur de nullitate ſententiæ latæ contra comparere impeditũ, & videbatur ad hoc adaptari deciſio Bar. in pręallegata l. fin. ff. de in integrum reſtitut. poſt gloſ. magiſt. vbi loquendo de tertio genere abſentiæ, ſcilicet neceſſaria dicit, relegatum qui propter hoc impeditus comparere nõ valuit, in integrum debere reſtitui, & Nellus in tract. Bannit. in 3. par. primi

temp.

Digitized by Google

temp. quæſt. 6. format quæſtionem, an
13 bannitus pendente reſtitutione in integrum poſſit ex forma banni offendi, præſupponit, quod bannitus ritè, & rectè fecerit, taliter quod verè bannitus dici poſſet, determinat taliter bannitum non eſſe. Vlterius ſuper negotio principali audiendum, vt pluries in dicto tract. dixerat, poteſt tamen secũdum eum ex aliqua iuſta cauſa aduerſus bannum allegare, & reſtitutionem in integrum petere, allegat tex. in d. l. prima. §. primo, & tex. in l. ſecunda. C. eod. tit. ex quibus cauſis maior. quæ loquitur in carcerato.

Et huic opinioni non videntur refragari verba Conſtitutionis ſupra ponderata, nam poſsũt iſta ſtare ſimul, ſcilicet, quod nulla omnino licentia concedatur circa principalem cauſam ſe defendendi, & limina iudicij ſunt præcluſa, dum foriudicatus vellet circa negotiũ principale quomodolibet prætendere delicti excuſationem, innocentiam, vel impunitatem, non autem ſi aduerſus ſententiam foriudicationis vellet ſe tueri ope in integrum reſtitutionis, quæ de Iure ex iuſta cau-
14 ſa concederetur, vt ſic Cõſtitutio prędicta, quæ eſt correctoria, et pœnalis, & conſequenter odioſa et minus, quã poſſit Ius cõmune lædat, de Iure enim communi abſens condemnari prohi-
15 betur l. abſentem. ff. de poen. Rurſus propter inditia ad pœnam ordinariam
16 nemo condemnatur, vt habetur in locis vulgaribus citatis per Fœlin. in ca. afferte extra. de præſump. Dicere ergo, quod Conſtitutio prædicta inducat, quod abſens cõdemnetur ad mortem naturalem, prout clarè dictat Cõſtitutio prædicta rigoroſa, quippe determinatio eſt ex dictis per Specul. in tit. de accuſ. §. fin. col. 5. & vltra hoc excludere foriudicatum à beneficio reſtitutionis in integrum, quod lex impeditis ex iuſta cauſa impartiri ſolet certè eſſet nimis prædictam diſpoſitionem extendere, & quamuis ponderata ſint illa verba, neque per aliquem extitit excuſatus, qui iuſtas abſentiæ allegaſſet cauſas, & probaſſet, tamen dici poſſe videtur, quod iſta verba inferunt, ipſum rectè dici contumacem, non autem inferunt, quod ipſi poſtea impedimentum alleganti ex iuſta cauſa in integrum reſtitutio concedenda non ſit, poſtquam (vt dixi) de iure impeditis conceditur, ſicut actus contra eum expletus ſit validus.

Nec minus obſtare videtur, quod hoc impedimentum poſt contumaciã rectè contractam ſuper citatione ad capitula ſuperuenerit, nam poſtquam, vt dicit Andr. hoc vſu receptum, quod requiritur ſecunda citatio ad foriudicandum, cuius citationis forma eſt, quod citatus compareat ad purgandũ primam contumaciam, & ad ſe defendendũ in cauſa, propter quam iam eſt habilitatus ad comparendum, infertur quod ſi hoc temporę, quo poterat cõparere, & illam purgare fuit impeditus non poteſt reſpectu iſtius impedimenti mora primæ citationis conſiderari.

Diſcuſſo negotio in eodem S. C. iunctis duabus aulis, oẽs domini inclinauerunt in partem Fiſci, quod exequatur ſententia foriudicationis, inter quos aliqui conſiderabant, quod ſi tempore citationis prædictę fuiſſet allegatum hoc impedimentum, debuiſſet dari terminus ad illud probandum, & eo pendente non potuiſſet procedi ad ſententiam foriudicationis, vnus tantum ex dominis fuit voti contra Fiſcum.

17 Ego autem diſtinguendo conſiderabam, quod aut lata ſententia foriudicationis, foriudicatus quamprimnm potuit ceſſante impedimento vltro comparuit, petens admicti per viam in integrum reſtitutionis ad illam comparitionem, quam facere poterat tempore dictę citationis, & quam feciſſet ſi impeditus non eſſet, & hoc caſu nullo modo ſententia eſſet exequẽda, ſed admictendus ad petitam reſtitutio-

tutionem, conſtito de impedimento per rationes,& Iura adducta ſupra pro ſecunda parte.

Aut verò ceſſante impedimento prædicto,foriudicatus comparere non curauit,& tranſactum eſt tantum tempus, infra quod comparere potuiſſet, ſed perſeuerando in cõtumacia, & foriudicatione fuit captus, & tunc nullatenus audiatur, per allegata pro parte prima.

Quod patet euidenter,nam ſi foriudicatus vellet ſe tueri per viam nullitatis ſententiæ,non poſſet, quia non allegato impedimento ſentẽtia remanet rite, & recte lata,aut per viam reſtitutionis in integrum, & nequaquã, quia quamuis alias capto ab hoſtibus reſtitutio competat,illud tamen intelligitur,ſi reuerti potuit,& eſt reuerſus, alias ſibi denegatur,tex. eſt qui hoc probat in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cauſ. maior. & melior tex.in l.item hi, ibi dolum malum,eo pertinere accipi, vt qui reuerti poſſet, & non reuerteretur,non audietur,& appoſitiſſimus tex. in l.non omnes §.qui captus.ff. de re milit.vbi captus ab hoſtibus, cum poterat redire, & non rediјt,pro transfuga habetur.
18 Actus enim, qui ſequitur demonſtrat intentionem actus præcedentis. §. pauonum inſt.de rerum diuiſ.& ſic iſta perſeuerantia in nõ comparendo poſtquam ab hoſtibus reuerſus eſt oſtẽdit, quod ſi tempore citationis non fuiſſet ab hoſtibus captus,nequaquam comparuiſſet,ad quod benè facit in ſimili, quod tradit Rom. ſing. 396. cum alijs congeſtis per Det.in conſ.241.

Et per iſta,attento,quod foriudicatus iſte erat huiuſmodi, inclinaui in opinione,quod foriudicationis ſentẽtia exequeretur,& ſic fuit concluſum die 29. Martij 1568.

# ADDITIO.

## SVMMARIVM.

1 *Impeditus non comparere ex iuſto impedimento ob quod ſe præſentare non poſſet,an ei currat dilatio,vel detur reſtitutio.*

2 *Bannito debet reſtitutio concedi, vt oſtendat iuſtam ſibi fuiſſe cauſam non comparendi.*

3 *Exceptiones tales opponi poſſunt lata ſententia,quæ ſi ante foriudicationem fuiſſent oppoſitæ, non potuiſſet reus condemnari, ſed hoc de licentia Principis permictitur num.4.*

5 *Foriudicatus hoſtis publicus reputatur.*

6 *Condemnatio ſtatim ſequitur capto foriudicato.*

7 *Recognitio foriudicati fit ad cautelam.*

8 *Foriudicatus allegando captiuitatis exceptionem,an erit audiendus,noua deciſio affertur.*

9 *Exceptio captiuitatis an et quando executionem ſententiæ impediat.*

10 *Diſpoſitio cap. Regni poſt delictum procedere non videtur, exiſtente præſumpta calumnia.*

11 *Forma recognitionis foriudicati fit per teſtes, & principali examinato, & qualiter noua Praxis hoc admictit.*

12 *Recognitio foriudicati per teſtes, quando fieri debeat pro cautela.*

13 *Nullitas euidenter apparens, & notoria poteſt opponi à foriudicato, & ſic deciſum; ſimiliter ab agnatis,et cognatis,qualiter procedat refertur.*

COncluditur decidendo in hac deciſione,non debere admicti foriudicatum ad allegandum impedimentum captiuitatis eius aduerſus ſententiam contra ſe latam foriudicationis dum in prima citatione expedita comparere poterat,& non comparuit,hãc ſiquidem quæſtionẽ ſpecificè tractat Campagn.in cap.Regni,ſiue quis num. 24. ſi ali-
1 quis non potuerit comparere ob diſcrimina viarum, vel aliud iuſtum impedimentum puta,quia fuit captus à piratis; vel ab hoſtibus, & non potuit ſe præſentare infra annum ad purgandum contumaciam,ſi currat ei dilatio,& detur reſtitutio in integrum,& dixit de facto, hoc accidiſſe, concludendo debere ei concedi reſtitutionem prædictam non obſtante lapſu anni, & ſententia foriudicationis lata ex Innoc. Bal. & Felin.in ca.

vltra

vltra tertiã col.3.in princ. extra de teſtib. & Albert.Brun.in Tract. de Conſt. decret. ſtatut.in verbo confeſſio col.5. & 6. & in hanc etiam ſententiam inclinare videtur Anton.de Ballis in Tract. Criminal. lib. 5. tit.de pragm.Regni tit.de nullit.foriudicat. non audien.ſub nu.17.ex Alex. Marſil. Auguſt. ad Angel. & Napod. ibidem relatis
2 Cartar.in tract.de execut. ſent. capto reo cap.1.n. 209. vt bannito ſit concedenda reſtitutio in integrum,vt poſſit oſtendere iuſtam ſibi fuiſſe cauſam non comparendi allegat vltra Nellum ab Auctore citatum Boſſ.in titul.de liter.Princip.num.5.& ita cõcludere videntur cõmuniter Doct. quod lata ſententia opponi poſſunt exceptiones
3 tales, quæ ſi ante foriudicationem fuiſſent oppoſitę,non potuiſſet condemnari ex Bertazol.conſ.119.tom.1. probat Conſil. Rouit in Rub.de ſent.foriud. num.8. ſed vltra eos copioſè Farinacc.in ejus praxi crimin. tit.de inquiſit.quæſt.11.num.45. quamplures ad hoc Doctores allegat,ſed in ſublimitatione probat,hoc fieri non poſſe niſi cõ-
4 ſulto Principe, ac de eius mandato de ſpeciali licentia ad opponendum tales exceptiones, prout Romę ſeruari ex Cartario probat, ac Mediolani ex Iul. clar. & Boſſ. atque Francię ex Caſſan. ibi relatis,ſed in
5 Regno ex quo foriudicatus hoſtis publicus reputatur maieſtatem lędens ex Capua in Conſt.pœnam eorum num.17.perpendunt Camill.de Medic.conſ.71.n.15.& Maſtrill. dec.285. nu. 13.

Idcirco ipſe iuxta formam Conſt. Regni efficitur ſeruus penæ,& condemnatio trahit ſecum executionem, ita quod delinquente conſtituto in fortijs ſtatim ſequi-
6 tur condemnatio ex Affl. in dict. Conſtit. in 2.notab.& Franch. deciſ.102, num. 31. firmat idem Medic.conſ.69. num.11. Maſtrill.deciſ.249.num. 18. Muta in pragmat. Sicil.tom.1.tit.12. num.6. Conſil.Rouit. conſil.96.num.6.p.2.Paul.Bellon.in Tract. de Poteſt. eorum quæ in conf.fiunt lib.2. cap.75. & hoc præuia recognitione, quæ
7 facienda erit pro cautela, vt probat Scappa de iure non ſcripto lib.5.cap.177. num. 1.& 2. Cartar.dict.Tract. cap.2. num.3. Franch.deciſ.688. in princ. latius Caball. reſolut.crimin.caſu 270.num.1.tom.3. nouiſſime Reg. Tapia meus dominus deciſ. S.C.53.in princ.& deciſ.54.num.1.vbi eandem quæſtionem noſtri Auctoris examinat
8 licet in alio caſu inde occurſo in perſonam cuiuſdam de domo Caballo Ciuitatis Amãtex, qui allegauerat ſimilem exceptionem captiuitatis aduerſus executionem ſententiæ foriudicationis, & refert ipſo fiſci partes defendente fuiſſe per Coll. Conſil. abſque alio termino proceſſum ad executionem ſententiæ foriudicationis, rationem de his reddens num. 5. quod licet talis exceptio impediat executionem,intelligendum erit quando fuiſſet captus ante citationem, & non poſtea, vt ibi etiam aduertit Anton. de Ballis,prout in enarrato facto Auctoris conſtabat, & eo magis, quia abſentia allegata prius per conſan-
10 guineum ei non proderat, cum eo tempore delicti viſus fuerat,iuxta diſpoſitionem capit. poſt delictum,cuius diſpoſitio non procedit exiſtente præſumpta calumnia quod reus viſus fuerit eadem,vel pręcedenti die cõmiſſi delicti, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. deciſ. 589. cæterum reſpectu iſtius recognitionis formæ, erit aduertendum, multifariam fieri poſſe, vt per
11 eundem Cartar.dict.cap.2.num.15.& maximè per teſtes ipſum foriudicatum cognoſcentes, vt num. 34. probat, quamquam talis recognitio fiat regulariter examinato principali, & eo deponente, quod eſt talis,mandatur ſententia exequutioni abſque alio proceſſu, & ſi negat,conuincatur vt tradit Præſ.de Franch. dec.213.ſub num. 59. in fine. Attamen prout audiui ab experto ſcriba Fiſcali M. Cur. Vic. Vincentio Migliaccio veterano, & ſummo practico in rebus criminalibus tutius fieri poſſet per vocationem inquiſiti capti coram teſtibus, eo quod dum vocatus reſpondit
12 ex ſua confeſſione probatur ipſa recognitio, prout aduertit Cartar. eodem loco num.15. nam poſſet contingere,ſi interrogatus eſſet, vt communiter fit in talibus recognitionibus negare ſe talem eſſe, ita vt opus eſſet probatione extrinſeca,vt ibidem proſequitur Cartar. & Caball. Reſol. 270.num.2.pariter contingi poſſet ob mutationem faciei non amplius fieri potuiſſe recognitionem certam per teſtes,qui cum viderant, vel cognouerant ex temporis interuallo, vt conſiderat Præſ.de Franch. in conſimili caſu in deciſ.590. in princ. quapropter tuta redditur recognitio vſu practico recepta ſuperius relata, quinimo ex quo ſi vera captura rei ab hoſtibus verificaretur, vtiquè nulla ſententia foriudicationis,non immerito de iure permiſſa eſſe videtur poſſe reum de nullitate ſententiæ
13 dicere, dummodo nullitas euidenter appareat, & notoria eſſet, vt poſt Ant. de Ballis, vbi ſupra num.2. Muta num.17. Maſtrill.



Digitized by Google

ſtrill.deciſ.161.num.16.& 18.Reg.Tapia vbi ſup.in fine, & ſic deciſum teſtatur Præſ. de Franch.deciſ.687.& 688. vbi licet referat deciſum fuiſſe poſſe allegari nullitatem ſententiæ foriudicationis notoriam poſt ſententiam, tam à principale reo capto, quam per agnatos, & cognatos, non tamen reſpectu ipſorum cognatorum, & agnatorum admiſſum, ſed ſuperſeſſum in executione fuit, prout etiam memor eſt Rouit.vbi ſupra num. 32. alia verò conferentia circa materiam nullitatis foriudicationis vltra Doct. allegatos cumulauit nouiſſimè Baldaſſ.de Angel.in Addit. ad deciſ. 13. Gizzarelli,ibiq; etiam Didacus de *Mari* nouiſſimus Additionator.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Ciues Neapolitani frumenta, cęteraq; victualia ementes, illaq; in Ciuitate introducentes, mediam gabellam ſoluere debent.*
2 *Ciues ementes frumentum pro vſu eorum, & familiæ, ſunt immunes à ſolutione gabellarum.*
3 *Ciuitas vice patrisfam. habetur, & fungitur.*
4 *Diſpoſitio facta de particularibus, vel ſingularibus comprehendit vniuerſitatem, ſiue Collegium.*
5 *Statutum circa perſonam, cenſetur ſtatutum de Vniuerſitate.*
6 *Anglicani citra mare conueniri non poſſunt.*
7 *Gratiæ ampliandæ ſunt, & non reſtringendæ.*
8 *Perſonarum appellatione venit Vniuerſitas ex quadam extenſione.*
9 *Extenſio non permictitur quando diuerſa ratio militat inter caſum diſpoſitum, & caſum ad quem diſpoſitio eſſet extendenda.*
10 *Ratio vbi deficit diſpoſitio ceſſat.*
11 *Diſpoſitio loquens de rebus ad vſum vnius, non continet ea, quæ ſunt vſus promiſcui.*
12 *Immunitate alicui conceſſa pro mercibus ad eius vitam deſtinatis, non comprehenduntur merces deſtinatæ pro vſu ſuo, & familiæ ſuæ.*
13 *Immunitate conceſſa alicui nobili reſpectu ſuorum caſtrorum, non includuntur caſtra, quæ eſſent communia inter ipſum, & alium.*
14 *Diſpoſitio facta in vno ſimplici non extenditur ad mixtum inſeparabilibus.*
15 *Ciuitas non poteſt ſubiacere ſententiæ excommunicationis.*
16 *Diſpoſitio prohibens venditionem cuilibet cuiuſcunque ſtatus, & conditionis fuerit non comprehendit vniuerſitatem.*
17 *Vſus qui poſtea ſequitur, plurimum confert ad interpetrationem priuilegij.*

## DECISIO IV.

IMmunitas conceſſa ciuibus, dubitari poſſet, an competeret Ciuitati, & de hoc contingit tractari in Camera, in quadam cauſa vertente inter Ioannem Dominicum Spinam arrendatorem gabellę boni denarij, vulgò dicta *delle sbarre*, & fideliſſimam hanc Ciuitatem Neapolis.

Cùm enim annis præteritis exhauſta eſſet annona Ciuitatis, deſtinati fuerunt quamplures Commiſſarij, qui Regni Prouincias obeuntes frumenta coadunari in Ciuitate procuraſſent, qui quidem Commiſſarij hoc exequentes, empto frumento nomine Ciuitatis, illud ad eandem Ciuitatem tranſuehendum curauerunt, & ex hoc eſt orta prætenſio arrendatoris, quod Ciuitas pro frumento immiſſo modo prædicto ius gabellæ prędictę pro medietate ſoluere tenetur, eſt enim expe-
1 ditum, quod Neapolitani Ciues frumenta, cęteraq; victualia ementes, illaq: in Ciuitatem introducentes mediam gabellam ſoluere debent, Et è contrario Ciuitas ipſa ad ſolutionem aliquam ſe non teneri prętendebat, ea ratione attenta, quod frumenta prędicta coadunata, & conducta fuerunt, non vt Ciuitas frumentariam mercantiam exerceret, neque circa hoc negotiaretur; ſed tantum pro vſu, & graſſia Ciuitatis huius.

Sicque hoc fuit exequutum, quia frumenta prędicta dietim intra piſtores diſtribuebantur, qui panem ex eis coctum iuxta aſſiſiam eis pręfixam ciuibus vendiderunt; vnde cũ ex diſpoſitione capitulorũ Neapolitan. ac ritus ſub rubrica de Salmis, & curribus

Ciue

2 ciues ementes frumẽtum pro vſu eorum,& familiæ ipſorum ſint immunes à ſolutione prædicta; conſequens eſt, vt Ciuitas emens pro vſu ciuium eadẽ immunitate gaudeat, quia in effectu
3 ciues emere dicuntur,& Ciuitas vicepatrisfamilias functa videtur,cert mihi viſa eſt iſta quęſtio pulchra, & magna conſideratione digna.

Et pro Ciuitate illud ſeſe offerebat,quod diſpoſitio facta de particu-
4 laribus,vel ſingularibus perſonis comprehendit Vniuerſitatem, ſiue Collegium,vt probat text.in l.1. verſ.ne cui ff.ad Maced.iuncto tex. in l.nihil intereſt ff.eod.tit. Senatus enim cõſultum interdixerat, ne cui filiofamilias mutuare liceret, ne ex hoc bonum debitoris nomen acquireret, & demum text.in d.l.nihil intereſt decidit, nihil intereſt an à particulari, vel Ciuitate fuerit mutuo data pecunia, ad idem tex.in l.1.verſ.ſi eius bona diminuta ſint, iuncto tex.in l. item ait §. fi. alias eſt l.ſi ergo ff.ex quib.cauſ.maior. per quę iura Alex.in conſ.17.vol.6. conſu
5 luit,ſtatutum de perſona cenſeri ſtatutum de Vniuerſitate, & magis ad caſum videtur deciſio Petr. de Anchar. in cap. dilecti extra de for.competen. vbi dicit, quod priuilegium de quo in tex.prædicto.ſ.quod Anglicani ci-
6 tra mare conueniri non poſſunt, competit nedũ ciuibus,verumetiã Ciuitatibus, pro hac opinione Nell. in tract. de bann.in 3.par.2.temp.in q.50. & faciunt quæ ſcribit Roman.conſ.436. & maximè quia immunitas videtur fundata in fauore, & beneficio Principis,
7 cuius gratiæ ampliandæ,& non reſtringendæ videtur,vt in iuribus notis,ſed certè in præſenti diſceptatione mihi viſum fuit debere contrarium iudicari, & propterea præſuppono in facto vnum,quod eſt ſcopus, atq. cardo huius determinationis .ſ.quod frumenta modo prędicto introducta,quæ abundantiorem annonam Ciuitati reddiderunt, non poſſunt verè dici introducta pro vſu ciuium Neapolitanorum, ſed pro vſu promiſcuo omnium,tàm ſcilicet Neapolitanorum, quàm exterorum in Ciuitate degentium, Piſtores enim coctũ panem vendere tenentur vnicuique ad emendum confluenti,non habita Neapolitanorum, & exterorum differentia, & pari, ac vnico pretio venditur panis, immò quando particularis prohibitio non adeſt,& in portis Ciuitatis Cuſtodes non apponũtur,emptores panis prædicti ad cõuicinia loca tàm per mare, quàm per terram extrahunt,qui omnes exteri ẽt ſi pro ipſorum vſu emerent, & introducerent,immunitatem prætendere nullo modo poſſent. Alterum etiam in iure præſuppono, quod iura quę fundare videntur,appellatione perſonarum
8 comprehendi Vniuerſitatem, non ex propria ſignificatione, ſed ex quadam extentione procedunt, nam vero ſermone attento, aliud eſt perſona, & rurſus aliud Vniuerſitas, vel Collegium, probat tex.in l.fi.C.de erog.mili. ann. lib. 12. ibi milites deputati ad cuſtodiam Ciuitatis,vel perſonę, & ad idẽ tex.in c.1.§.conuenticulas de pac.iur. firm.ibi inter perſonam,ciuem,& Ciuitatẽ,ac perſonã,& Ciuitatẽ,in quibus iuribus ponuntur tanquam diuerſa,& hoc eſt ꝙ apertius probat tex.in l.mortuo ff.de fideiuſ. dum dicit,hęreditatẽ iacẽtem vicẽ perſonę gerere,ſicut Ciuitas,& municipiũ,& ideo appoſitiſſimè dixit Iuriſconſ.in l.metũ §.animaduertendũ ff.de eo ꝙ met.cauſ.animaduertendũ eſſe,ꝙ Prętor in rẽ, & non in perſonã loquutus eſt, & ideo ſiue Collegiũ,ſiue corpus metũ fuerit,edictum locũ habet,quaſi ꝙ ſi in perſonã loquutus eſſet,forſan non de ſtricto iure cõprehenderetur, nec alia perſona, & id quoq.dixit Ang.in d.l.nihil intereſt,& Ant.de But.in c.graue 4.not. de pręb. & benè fundat Rom.in cõſ.400.vbi ex hoc infert,quod ſtatutum compellens perſonas ad compromittendum, non comprehendit Ciuitatem, quia ſtatu-

tum ſic dictans, vt partes teneatur cõpromictere, eſt contra ius, ideoq. extentio facienda non eſt, & hac eadem ratione motus idem firmauit Det. in caſu ſuo in conſ. 486.

Si igitur verum eſt, & indubitatum, diſpoſitionem factã reſpectu perſonę Vniuerſitatem non includere, niſi ex quadam extenſione; infertur quod in quæſtione præſenti Ciuitas comprehendi non poterit ſub immunitate competenti ciuibus, quia non militat eadem ratio, ſeu eadem æquitas in vno caſu, quę in alio, & nullibi reperi-
9 tur cautum, extenſionem fieri quando diuerſa ratio militat inter caſum diſpoſitum, & caſum ad quem diſpoſitio eſſet extendenda, vt eſt videre apud omnes Scribentes in l. ſi conſtanti ff. ſolut. matrimon. in auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccleſ. & alijs in locis vulgaribus; immò eſt inconcuſſa cõcluſio,
10 quod vbi ratio deficit, diſpoſitio ceſſat, vulgata l. illud ff. ad leg. Aquil. cum ſimilib. quod autem hic deficiat paritas rationis, euidenter patet, nam ſi ciues immictunt, id faciunt, vt in eorum proprium vſum frumenta conuertantur, ſin verò Ciuitas introducit id facit, vt annona Ciuitatis abundet, & in beneficium etiam exterorum tendit. Rurſus ſi Ciuitati hoc liceret in totum gabella deſtrueretur, quia poſſet coadunari facere omne frumentum, quod in Ciuitate conſumaretur, quod non ita eſt in particularibus ciuibus, proprijs vſibus conſulentibus, impoſſibile ergo, & admodum iniuſtum eſſet iſto caſu diſpoſitionem de Ciuibus loquentem, ad Ciuitatem extendi, & hoc alia ratione mihimet ſuadebam, quia ſtante præſuppoſito prædicto in facto apparet, frumenta prædicta ad promiſcuum vſum omnium ciuium in Ciuitate commorantium fuiſſe introducta, & ſic tàm ciuium, quàm exterorum, ergo infert, quod Ritus loquens de ciuibus introducentibus pro ipſorum proprio vſu non procedit in introducentibus ad vſum promiſcuum, hoc fundatur per tex. in l. legatum vxori ff. de leg. 2. & in l. hoc legatum ff. de leg. 3. & in l. quintus, ff. de aur. & arg. leg. in quibus iuribus habetur, ꝙ ſi vir vxori legauit ea, quæ eius vſui parata ſunt, non includuntur ea quæ parata ſunt ad promiſcuum vſum vxoris, & viri, quia diſpo-
11 ſitio loquens de rebus ad vſum vnius, nõ cõtinet ea, quæ sũt vſus promiſcui, & belliſſimè applicatur ad caſum doctrinę Bar. in d. l. quintus, qui opponẽdo de tex. in l. ſerui electione §. labeo ff. de leg. j. vbi dicit Iureconſultus, q̃d ſi teſtator legauit ſeruos ſuos, comprehenduntur etiam ſerui cõmunes quoad portionem teſtatoris, dicit ſatis eleganter, ꝙ in caſu §. labeo, diſpoſitio erat relata ad dominiũ, quod poterat recipere deciſionem, & in caſu dictorum aliorum iurium erat relata ad vſũ, qui eſt indiuiduus, & ideo ſi loquimur de vſu vnius, non poteſt comprehendi res reſpiciens vſum pluriũ, ſed ea tantum quæ illius perſonæ vſum reſpicit, & per iſta iura, caſũ de quo agitur determinat Alb. in d. l. hoc legatum, di-
12 cens, Poteſtati conceſſa immunitate pro mercibus ad eius vſum deſtinatis non comprehendi merces deſtinatas pro vſu ſuo, & familiæ ſuæ, & hanc doctrinam ſequitur Socc. conſ. 72. vol. 4. in princ. & proprius decidit Bal. in d. l. legatum vxori, dicens, ꝙ ſi conceſſa eſt
13 immunitas alicui nobili reſpectu ſuorum Caſtrorum, non includuntur Caſtra quæ eſſent communia inter ipsũ, & aliũ, & hoc dictum ſequitur Alex. & Iaſ. in d. §. labeo, & hoc probatur ex doctrina DD. & præſertim Alex. in l. 2. in princ. ff. de verb. obl. qui dicũt, ꝙ quan
14 do ſumus in ſeparabilibus, diſpoſitio facta in vno ſimplici, non trahitur ad mixtum, & in conſ. 116. n. 9. vol. 2.

Conſiderabam inſuper, quod adaptari nõ poſſent verba Ritus, dũ dicũt, ꝙ ciues Neapolitani pro eorum vſu, & familia nihil ſoluant, adde idem eſſe

de

de iure communi, Guid.Pap. dec.4. Ceph.conſ.451.nu.261.vol.4.dicit.n. Gem.in cap.ſicut verſ.2.col.7.q.1. q' ea quæ reſpiciunt actus, ſeu animi paſſiones in facto conſiſtentes,non ſunt, neque poſſunt eſſe Vniuerſitatis, Ciuitatis,vel Collegij,ſed ſingulorum,infe-
15 rens ex hoc, quod Ciuitas non poteſt ſubiacere ſententiæ excommunicationis,iux.tex.in cap. Romana §.in vniuerſitate de ſent.excom.in 6.& ſequitur Fely.vbi latè de materia in cap. eã 3.col. verſ.ſecunda declaratio extr.de reſcrip.ergo illa verba [pro vſu ciuiũ] veluti continentia animi, immò corporis paſſionem,& nutrimentum, in Ciuitate verificari non poſſunt, & ob id dicebat ad propoſitum Det.in præalleg.conſ.486. quod diſpoſitio prohi-
16 bens venditionem cuilibet, cuiuſcũq; ſtatus,& conditionis fuerit,non comprehendit Vniuerſitatem, quia verba illa [ſtatus,& conditionis] in ea non verificantur.

Et concluſio prædicta confirmatur etiam ex interpretatione ſumpta ab vſu, nam dum aliàs frumenta in hanc eandem Ciuitatem in anno 1539. immiſſa fuiſſent,gabellę prędictæ ius fuit ſolutum, & pariter dum introducta fuiſſent animalia quædam pro vſu totius Ciuitatis,inter macellatores diſtributa fuerunt, qui omnibus indifferenter ſtatuta aſſiſia carnes vendiderunt, & pariter eiuſdem gabellæ ius ſolutũ extitit, & plurimum confert ad inter-
17 pretationem priuilegij vſus, qui poſtea ſequitur,cap.dilecti de don. Anna in alleg.128.num.7.vol.2. & alleg.53. num. 29.vol.1. Dominus de Franch. dec.397.nu.12.quo caſu non eſt neceſſaria conſuetudo præſcripta,quia non eſt conſuetudo iuris,ſed facti,vt tradit Anton.de Butr.in d.cap.dilecti,& hoc modo arguit Det.in conſ.48. 1.col.in princ.

Ex quibus concludo,immunitatem de qua agitur,ad Ciuitatem nõ extendi,& allegata ſupra in contrarium procederent, quando non adeſſet diuerſitas rationis impediens extenſionem, vel verba, quæ extenſionem non paterentur.

Et vltra hoc cõſiderari decet,quod Ritus prædictus diſponit,quod ſi ciuis Neapolitanus emit,& poſtea vendidit etiam conciui iuri ſolutionis prædictæ aſtrictus cenſendus erit, cum ergo Ciuitas prædicta emerit,& poſtea vendiderit,etiã inſpecta Ritus diſpoſitione tenebitur,nec dicitur,quod vendidit ciuibus,& ſic videatur eadẽ pſona quæ vendidit,& quæ emit nunc, quia facta eſt venditio omnibus indifferenter,vt dixi,quia ẽt ſi ſolis ciuibus vendidiſſet,negari non poſſet, quod non eſſet per Ciuitatem alteri facta venditio,poſtquam clarum eſt,quod ea quæ ſunt vniuerſitatis, non ſunt ſingulorũ, l.2.§.vniuerſitatis ff.de rer.diuiſ.l.ſed & ſi hac §.qui manumittitur ff.de in ius voc.cũ ſimil.& ſic fui in opinione pro Ciuitate,& ſic fuit iudicatum.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vniuerſitas an appellatione perſonarũ contineatur.*
2 *Facultas eligendi tertium in compromiſſo, an Vniuerſitas contineatur.*
3 *Vniuerſitates,& Caſtra cur appellatione perſonarum non contineantur.*
4 *Ius Gabellæ impoſitum pro victu, dicitur perſonale.*
5 *Vniuerſitas alia eſt,aliud ſinguli.*
6 *Ciuitas locans datia,ſeu gabellam, an illa, ſeu illam ſoluere teneatur.*
7 *Gabellas ſoluere an teneatur exemptus ex cauſa mercimonij res emens.*
8 *Ciues ipſam Ciuitatem, & Vniuerſitatem efficiunt.*
9 *Ciuitas à ciuibus dicta, quaſi ciuium multitudo.*
10 *Ciues à verbo* ceo,*vel* cio *dicti,& quare.*
11 *Ciuitas communio quædam,& per ciues repreſentatur, potiſſimum per Sindicum,& Electos,& à perſonis deputatis.*
12 *Immunitas conceſſa Doctori,extenditur ad fratres ſimul habitantes.*

*13 Immunitas conceſſa patriſamil. ad totam familiam extenditur, & ad fratres exiſtentes in communione.*

*14 Immunitas fratri conceſſa, non extenditur ad alios fratres quoad contributionem exemplo Neapolitanorum oſtenditur; niſi ex gratia hoc fuerit remiſſum.*

*15 Immunitas conceſſa Domino, etiam ad Colonos extenditur.*

*16 Immunitas conceſſa ciuibus, etiam Ciuitati cenſetur conceſſa.*

*17 Immunitas modo cõmunionis eſt indiuidua, ideo ad ſocium extenditur.*

*18 Gabella in dubio ſoluitur ab emptore.*

*19 Ciuitas poteſt emere frumentum ad reuendendum tempore neceſſitatis.*

*20 Ciuitas ſi ſolueret Gabellam redundaret in damnum ciuium, qui emerent ab ea frumentum, dum ſunt immunes.*

*21 Exemptus non tenetur pro eis quæ emit pro vſu ſuo, ſuæq. familiæ.*

*22 Locans, vel vendens Gabellas ad ſolutionem ipſius pro rebus ſuis non tenetur, & ita iudicatum, & ratio affertur.*

*23 Ciuitas ſi immunis eſſet, non tenetur ad ſolutionem Gabellæ per eam locatæ.*

*24 Ciuitas non præſumitur abdicaſſe ius ſuæ immunitatis, & exigendi Gabellam contra ſe ipſam.*

*25 Princeps concedendo immunitatem non cenſetur contra ſeipſum conceſſiſſe, & ſic non tenetur ſoluere Gabellam pro contractibus ab eo factis locando ipſam ſubdito.*

*26 Deciſio Collateralis Conſ. affertur pro Ciuitate Neap. circa ſolutionem Carreriæ pro annona traſportanda.*

REſultare videtur concluſio iam deciſa ex
iſta deciſ. Vniuerſitatem gaudere immuni
tate ciuium ſi ipſa, fuerit ciuibus conceſ-
ſa, hoc eſt, non teneri ad gabellam impoſitã
contra aſportantes victualia in Ciuitatem,
excepto pro vſu, ſi contingerit Ciuitatem
tempore careſtiæ frumenta aliunde quæſita
áſportari intus Ciuitatem pro vſu ciuium;
quæ ſiquidem deciſio dependere agnoſcitur
ab illa quæſtione conſimili de ſtatuto man-
dante, compromicti cauſas inter perſonas
ſi includatur Vniuerſitas, de qua auctor
memor eſt, pro qua videatur Loſæus in
tract. de iure vniuer. par. 1. c. 1. nu. 40. & ſeq.
1 vbi diſcuſſis rationibus concludit, Vniuerſi
tatem non cõtineri appellatione perſona-
rum, & verè, & in ſtricta ſignificatione, &
ex hoc infertur, quod data facultate eligẽdi
2 tertium in compromiſſo, non poterit eligi
vniuerſitas ex ratione allegata, vt notandũ
tradit Cancer. var. reſ. c. 22. n. 175. tom. 3. &
in conſimili ordinatione Regia de perſonis
loquente concludit Reg. de Pon. conſ. 146.
n. 56. & ſeq. vol. 2. Vniuerſitates, & Caſtra
3 earum appellatione non contineri vti per-
ſonæ fictæ, impropriæ, & repreſẽtatæ, & ma
ximè in materia ſtricta, & exorbitanti, in
qua non fit extenſio de vna in aliam perſo-
nam, & eò magis in hoc caſu erat attenden
dum; eo quia immunitas conſiſtebat pro ijs
4 quæ victum hominis compræhendũt, prop-
ter quod perſonale diceretur ius impoſitũ
pro Gabella, vt probat ex Bar. & Ferret.
Caſtill. deciſ. Sicil. 105. nu. 62. quo circa alia
5 eſt Vniuerſitas, aliud ſinguli, l. in tantum §.
vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ. cum alijs addu-
ctis per Surd. deciſ. Mantuæ 236. n. 10. & xj.
comprobatur denique ex quæſt. illa ſatis ac
curatè diſcuſſa per Gurt. in tract. de Gabel.
q. 85. nu. 5. cum ſeq. ſi Ciuitas locauerit da-
6 tium, ſeu gabellam, teneatur illam ſolue-
re de ſuis contractibus conductori, & con-
cludere complectitur contra Ciuitatem,
niſi expreſsè hoc cautũ eſſet, & in ſumma ſi
7 ẽt exẽptus à gabellis res emerit cauſa mer-
cimonij ſoluere tenetur Gabellas, licet cle-
ricus ex cap. quãquam de cenſ. in 6. probat
cum alijs Viſcon. in eius concl. verb. Gabel
lam in princ. eo fortius, quod immunitatẽ
non habet, nec habere conſpicitur, ex quo
cernitur, Neapolitanos licet exemptos
pro vſu non teneri ad Gabellas, nõ tamen
cauſa mercimonij, nec etiam Ciuitas ipſa
immunis reddi debet. Nihilominus conclu-
ſa in fauorem Ciuitatis triplici ratione cõ-
ualidantur, vt non teneatur ad Gabellam.
8 Primò, ratione communionis, eſt enim cer
tum, quod ciues ipſam Ciuitatem, & Vni-
uerſitatem efficiunt, Azeu. in rub. tit. 1. lib. 7
9 nu. 2. hinc Ciuitas à ciuibus dicta eſt, quaſi
ciuium multitudo, ita ex Cicerone, & alijs
confirmat And. Gayl lib. 2. de pac. publ. c.
9. nu. 15. hinc ciues à verbo *ceo*, quia cõmu-
10 nicant, vt ſimul viuãt, vel à verbo *cio*, quod
ſignificat congregationem, ſeu adunationẽ,
ex Napod. in proem. Caroli nu. 171. notat
Auguſt. Caput. in tract. de Regim. Reip. in
rub. nu. 20. propter quod Ciuitas dicta eſt
multitudo hominum, Fran. Marc. dec. 366.
n. 26. tom. 1. Azeued. ſupra n. 1. & ſecũdum
Ariſt. relatum à Marc. Azoguid. de comm.
opin. lib. 2. c. 5. nu. 4. Ciuitas vocatur cõmu-
11 nio quędam, & per ciues repręſentatur, Lo
ſæus eod. tract. p. 5. c. 1. n. 16. & potiſſimum
per Sindicum, Electos, & Conſilium, Franc.

dec.

Digitized by Google

dec.253.num.8.& ſic à perſonis deputatis,
Manti.dec.161.num.1.quaſi quod vnum,&
idem exiſtimari videntur Ciues, & Ciuitas
rōne cōionis vnitè;ea propter ſicuti immu
12 nitas conceſſa Doctori,ad alios fratres in-
ſimul habitantes refertur,ex glo.in l.fin.C.
de mun.& hon.non contin. lib.10. tradit
Nat.conſ.1.nu.10.volu.1.vbi alios citat,&
conſ.590.n.13.to.3.Surd.dec.301.n.8.cum
alijs adductis per Ioſeph.Lud. in ſuis concl.
tit.de ſocie.concl.1. verſ.hinc etiā ſeptimo
infertur, ſic de immunitate conceſſa patri-
13 famil.ad totam familiam extenditur, Reg.
Roui.qui alios citat conſ.60.nu.6.lib.2.Ca-
pibl. in prag.8.p.3.n.173.de Baro.ex deciſ.
Boer.300.vbi ſubdit ēt ad fratres exiſtētes
in cōione extendi,non tamen quoad contri
butionem, exemplo in Neapolitanis haben
14 tibus alibi,vt teneantur ad cōtributionem
Medici, Nouar.lib.2.quæſt.for.q.65. quod
eſt in iure fundatum, excepto ſi ex gratia
fuiſſe t remiſſa, vt in caſu à me relato in
1.p.Comp.ver.immunitas hoſpitandi,& ſic
15 de immunitate conceſſa Domino,vt etiam
ad Colonos extendatur,Oſaſ.dec.38. n.19.
16 ita ēt immunitas conceſſa ciuibus, ēt Ciui-
tati conceſſa videtur rōne cōionis, quod ſa
nè probatur ex l.Lutius §.ciuibus ff.de leg.
2.de legato facto ciuibus, vt ad Ciuitatem
ēt extendatur,& melius in l.2. ff.de rebus
dubijs,& in terminis colligitur ex Ritu 301.
ibi ſupplicationibus vniuerſitatis,& homi-
num Ciuitatis noſtræ Neap.&c. vbi omnes
exemptiones, immunitates, & reliqua pri-
uilegia demonſtrantur cōmunicata inſimul,
17 & ratio eſt,quia immunitas rōne commu-
nionis eſt indiuidua, probat per multos Po
lydor.Ripa in tract.de diuid.& indiuid.c.22.
n.53.ideo ad ſocium extenditur,Moron.in
tract.de fide,treug.& pac.q.38.nu.1.Secun
do, rōne damni euitandi, etenim quia Ga-
18 bella in dubio ſoluitur ab emptore,ita Go
zadin.conſ.65.n.2.Ioſeph Lud. deciſ.Peruſ.
113.nu.3. & ſi Ciuitas quæ poterit emere
19 frumentum ad reuendendum tempore ne-
ceſſitatis,vt tradit Azeued.lib.5.tit.10.l.9.
num.4.ſi gabellam ſolueret,redundaret in
20 damnum ipſorum ciuium,qui emerent fru-
mentum,iux.conſil.Hiero.Gabr.161.vol.2.
præſertim nu.3. poſtquam exemptus non
21 tenetur pro eis, quæ emit pro vſu ſuo, &
ſuæ familiæ,Caſtill.ibid.nu.65.Tertio,inſpe
cta communi opinione DD.in l.licitatio §.
fiſcus ff.de publ.& vectig. vt non teneatur
22 vendens, ſeu locās gabellas ad ſolutionem
ipſius pro ſuis rebus,& ſic Pergami iudica-
tum fuiſſe firmat Boer.dec.213.num.1. ex
Alber. quos omnes probat Ioſeph Ludou.
in ſuis concl.tit.de Gabel.concl.vnica verſ.
infertur 23.quod ſi Princeps,& hanc opi-
nionem ſectatur Gut.vbi ſupra nu.18. ea
rōne,quia ſi locās Gabellas eſſet verus Do-
minus,tunc benè procederet dicta opinio,
23 & eo maximè ſi Ciuitas immunitatem ha-
beret,vt voluit Menoch.de præſump.lib.3.
præſump.44.num.11.cum non præſumatur
24 abdicaſſe ius ſuæ immunitatis, & ſic ius exi
gendi gabellam contra ſe ipſum,ita ex Bar.
Afflict. & Menoch. quos ſequitur Caroc.
in tract.de locat. par.7.concl.58.firmando
25 d.quæſt.ſicuti Princeps concedendo immu
nitatem non cenſetur contra ipſum conceſ
ſiſſe.Ferret.in tract.de gabell.nu.158. ita
pariter locando ſubdito gabellam,vel alte-
ri, non tenetur ſoluere pro contractibus
per eum factis gabellā,Alb.Brun.conſ.125.
col.1.verſ. & ad prædicta; & ex ijs deciſio
comprobari videtur, adeò quod cum ite-
rum de hoc contingiſſet hæſitari in Colla-
terali Conſilio adhuc pendente deciſione
articuli,cum fuiſſet Ciuitas Neap. conuen-
ta ijs annis elapſis ſub regimine Ill. Cardin.
Zapat, vrgente penuria frumenti, ob quod
fuerunt deputati Commiſſarij per partes
Regni ad frumentorum inuectionem, & tra
ductionem per Cuſtodes paſſuum præten-
dentes ius curreriæ conſequi: Fuit proui-
26 ſum per idem Collaterale Conſil.vt ſuper-
ſederetur in tali exactione,prout etiam in
eadem cauſa vertente inter dictam Ciuita-
tem,& Arrendatorem Sbarrarum; fuit de-
ciſum,vt Ciuitas faceret depoſitum,& pro
dicto Arrendatore in iure allegauit Regens
Rouit.conſ.73.vol.2. Multa antem confe-
rentia ad materiam Annonæ, præſertim tē-
pore careſtiæ, qualiter, & quomodo erit
procedendum ſcripſit Reg.de Pon.in tract.
de pot.Pror.tit.de abund.Ciuit.per tot. vt
erit videre.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pace facta cum defuncto de vulnere,& morte inde ſequuta,cæteri ſunt excluſi.*

2 *Crimen quod cadit ſub titulo legis Cornel.de ſicar.eſt crimen publici iudicij.*

3 *Mulier accuſare etiam & ipſa poteſt ſuorū mortem vleiſcendo.*

4 *Præiudicari non poteſt alicui in eo, quod ex propria perſona competit.*

5 *Crimina omnia hodie redacta ſunt ad inſtar priuatorum iudiciorum.*

DE-

Digitized by Google

## DECISIO V.

IN M. C. V. inquirebatur quidam carceratus de vulneribus, & morte inde ſequuta in perſonam cuiuſdã illatis; qua inquiſitione pendente cõparuit ſoror mortui, petens ſe debere admicti ad faciendum partem in iudicio, replicauerat inquiſitus non debere admicti, quia mortuus fecerat remiſſionẽ tàm de vulneribus, quàm de morte, ſi forſitan ſequeretur; & quod
1 ſtante pace facta cum defuncto, cæteri ſunt excluſi, M. C. decreuerat, Sororẽ non eſſe admictendam; Soror ad S. C. appellauit.

Facta relatione, tres Domini de S. C. qui tunc in Rota ſedebant, in cõfirmationem decreti M. C. V. abſq. ſcrupulo inclinauerunt, dicentes, paſſim aliàs idẽ fuiſſe prouiſum, & allegabant deciſ. Bar. in l. damni infecti §. Sabini ff. de damn. infect. Ego dixi, quod ſatis de hac determinatione dubita-
2 bam, inquiſitus enim inquirebatur de crimine, quod cadit ſub tit. leg. Corneliæ de ſicar. vt patet toto tit. ff. & C. ad leg. Cornel. de ſicar. & conſequenter eſt crimen publici iudicij, l. 1. ff. de
3 publ. iudic. quo caſu mulier poteſt ẽt accuſare, ſuorum mortem vlciſcendo, l. hi quos ff. de accuſ. l. de crimine C. de his qui accuſ. non poſſ. & cùm hoc
4 competat ex perſona propria, videtur quod ei præiudicari non poſſit, & licet
5 Ritus dicat, quod omnia crimina hodie ſunt redacta ad inſtar priuatorum iudiciorum, tamen remanet admiſſa mulier ad ſuorum vindictam proſequendam, & ſic in caſu quo eſſet crimen publici iudicij, eſſet admiſſa ex perſona propria.

Tamen dixerunt aliàs paſſim indiſtinctè ſic fuiſſe determinatum, & ſic fuit concluſum idem, vt ſupra dixi, die 10. Decembr. 1570.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio facta in mortis articulo à defuncto eſt irreuocabilis, vt amplius reuiuiſci non poſſit, ideo reus non erit moleſtandus.*

2 *Remiſſio, ſiue pax principaliter offenſo pertinet illam facere.*

3 *Remiſſio pro vulnere facta, an ad mortem inde ſubſequentem porrigatur.*

4 *Remiſſio ſola offenſi in Regno non ſufficit, ſed omnium quorum intereſt conſenſus exigitur.*

5 *Remiſſio hæredum requiritur, ſicut ipſi agere poſſunt contra offendentem, & nu. 11.*

6 *Remiſſio omnium habentium ius accuſandi, & querelandi exigitur, ſuccedente obitu offenſi.*

7 *Soror accuſare necem fratris an poſſit, ita vt ab ea pax haberi poſſit.*

8 *Pax, ſiue remiſſio à ſorore an requiratur pro nece fratris.*

9 *Soror an admittatur ad vendicandum necem fratris, etiam ſi eſſet frater conſobrinus.*

10 *Fœminæ ſtantibus maſculis repelluntur in Regno ob Conſt. in aliquibus à ſucceſſione defuncti, & ſic deciſum, vt non requiratur eorum remiſſio.*

12 *Vxor occiſi exiſtente legitimo hærede an ad accuſandum admictatur, pariterq. ad remictendum.*

13 *Hæres an accuſare poſſit, ſimiliter & vidua eligendo forum, occiſorem defuncti, ſtante eius remiſſione, deciſio citatur.*

SVbſequitur concluſio ex iſta deciſione, quod ſtante remiſſione defuncti occiſi, non amplius reus erit moleſtandus à ſorore defuncti, & ab agẽdo repelli debet: Etenim in iure fundatum apparet, re-
1 miſſionem factam in mortis articulo à defuncto eſſe irreuocabilem, ita vt amplius reuiuiſci non poſſit, & idcirco reus à nemine moleſtandus, vt fusè per Polid. Rip. in tract. de actis in mort. artic. cap. 45. ibique enim pertractat, ſi actio pro intereſſe detur ſtante dicta remiſſione; adeò quod cum
2 offenſo principaliter ſpectet pacem facere, ſeu remiſſionem offenſionis, ex Clar. in §. fi. q. 58. num. 20 Farin. Caball. Card. Tuſc. & alijs probat Guazi. in tract. de pac. & treug. verb. dato p. 1. q. 11. nu. 2. vbi quærit, ſi talis

pax

Digitized by Google

pax ſufficiat, & ad propoſitum caſus in deciſione traditi in remiſſione facta pro vulnere illato etiam de morte, ſi inde ſequeretur ſectatur ſpecificè num. 9. Guazin. iſto caſu eſſe validam, nec amplius habenda erit pax à cõſanguineis, ex Plac. Vulpel. de pace q. 22 Farin. q. 14. nu. 30. & Boniſ. de Vital. quamuis in Regno ex particulari pragm. 6. de compoſ. cautum ſit, non aliter ſufficere morietis remiſſionem in compoſitionibus deli-
4 ctorum, ſed omnium quorũ intereſt, de qua meminit ibid. Guaz. nu. 3. ideo ſucceſſorum remiſſione opus erit, hoc eſt hæredum, quẽ-
5 admodum ipſis permiſſum erit agere contra offendentem defunctum, Guazi. d. tract. p. 1. q. 78. num. 5. ſimiliter & remictere, eo
6 maximè ſuccedente obitu offenſi, quoniam non tantum admictuntur ſucceſſores, ſed omnes, qui habent ius vendicandi, & quærulandi, Reg. Roui. in pragm. 8. num. 5. de compoſ. quocirca ſoror dum accuſare
7 non prohibeatur necem fratris, ex l. ſororem C. de ijs quib. vt ind. poſt Foller. in prax. crim. rub. audiantur excuſatores num. 21. firmat Guazi. eod. tract. d. p. 1. q. 15. n. 10 vbi ſimiliter cenſuit, pacem ab ipſa haberi
8 debere, ſed non deſunt alij contrariam ſententiam tenere, & Præſ. de Franch. deciſ. 100. nu. 9. tradit, quod ſoror admictatur ad
9 fratris necem vendicandam, etiam ſi quis fratribus remiſerit; immò etiam ſi eſſet frater conſobrinus, Giurb. conſ. 61. nu. 2. Nihilominus ſtantibus maſculis quærulantibus,
10 ex quo in Regno fœminæ ſunt excluſæ à ſucceſſione non admictuntur, vt iudicatum referunt Reg. de Pon. de pot. Proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §. 4. num. 17. Præſ. Amat. conſ. 18. de quibus in 1. par. noſtri Comp. verb. remiſſio, & de hac eadem quæſtione
11 ſi ſorori accuſare, & remictere permiſſum ſit, cautius per Luc. Foller. in pragm. fin. de compoſ. nu. 25. & 29. & quid in vxore occiſi
12 exiſtente legitimo hærede, negatiuè etiam deciſum tradit Viſcon. in addi. ad Franch. dec. 382. Ric. collect. 2080. & in meo Compend. par. 1. & 2. verb. remiſſio, & in remiſ-
13 ſione facta à principali, an hæres, vel alius accuſabit; & ſi fuiſſet vidua eligendo forum licet deciſum olim fuiſſet negatiuè apud Vrſil. dec. 180. num. 9. vbi cenſuit, aliter hodie ſeruari ex diſpoſitione dictæ pragm. de qua extat deciſ. Franch. 611.

Thoro,

*SVMMARIVM.*

Deciſ. 6. 7. & 8.

1 *Mater an de donatiuo facto per primum virum poſſit diſponere in fauorem filiorum ex ſecundo matrimonio.*
2 *Conſuetudo, ſi qua mulier, an corrigat diſpoſitionem legis fœminæ C. de ſecundis nuptijs.*
3 *Intellectus Conſuetudinis, ſi qua mulier, explicatur.*
4 *Mater teſtando an poſſit meliorare vnum ex filijs, vel plures ex eis de quarta.*
5 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
6 *Bona redire debent vnde exierunt.*
7 *Bonis à primo viro donatis non extantibus, ſed pecunia ex illorum venditione perueta, an matres teneantur filijs primi matrimonij prædictam pecuniam ſeruare.*
8 *Diſpoſitio l. fœminæ C. de ſecun. nupt. nimius generalis.*
9 *Pretium ſuccedere loco rei, qualiter procedat, declaratur.*
10 *Donatio facta vxori contemplatione mariti validiſsima eſt.*
11 *Mater an teneatur ſeruare filijs primi matrimonij donata ſibi contemplatione mariti.*
12 *Neapolitani doctrina in Conſuetudine, ſi qua mulier, de dot. in ver. donatiuo explicatur.*
13 *Neapod. doctrina in Conſuetud. ſi qua moriens, declaratur.*

## DECISIO VI.

1 MVlier ex primo viro ſuſceptis filijs, & poſtmodum defũcto ad ſecundas conuolauit nuptias, & ſuſceptis pariter filijs ex ſecundo matrimonio in vltimis conſtituta, diſpoſuit in fauorem filiorum ex ſecũdo matrimonio, de donatiuo facto per primum virum tempore contracti matrimonij; fuit dubitatum, an poſſit, an verò illud filijs primi matrimonij reſeruare debuiſſet, iuxta diſpoſitionem l. fœminæ in princ. & l. hac edictali §. illud C. de ſecund. nupt.

Dubiũ faciebat Conſuetudo Neapolitana, ſi qua mulier, ſecundo reſpõſo, diſponens, quod ſi mulier ex diuerſis

Digitized by Google

ſis maritis habens filios , moritur ab inteſtato,omnes filij pro æquis portionibus ſuccedunt, ſi verò teſtata deceſſit,vnum, vel plures ex filijs de quarta quam quoad proprietatem acquiſiuit meliorare poteſt,& de paratis pro eadem muliere,vel quoad vſum eiuſdem mulieris conſtante matrimonio , & de donatis eidem viro tempore contracti matrimonij,& ſic videtur primo aſpectu correcta diſpoſitio iuris communis,& habilitata vxor ad diſponẽdum de donatis à viro tẽpore contracti matrimonij; fuit in S.C.cõcluſum, quod
2 per Conſuetudinem prædictam non eſt correcta diſpoſitio iuris communis,quoniam dicta Conſuetudo intelligenda eſt de donatis à viro, qui erat ſuperſtes tempore mortis mulieris,vel de donatis ab illo viro, ex quo liberos non habebat, quod benè probatur,põderando verba prædictæ Conſuetudi-
3 nis,nam Conſuetudo ſi qua moriens, quæ poſtquam mulieri generaliter interdixerat, ne poſſet vltra decimam partem de bonis obuentis titulo lucratiuo ab agnatis,& cognatis, ac de dotibus diſponere volens aliquorum bonorũ reſpectu, eidẽ mulieri liberas habenas laxare dicit,paratum pro eadem muliere , vel ad ipſius vſum conſtante matrimonio,nec non donatum à marito præſente ipſi mulieri tempore contracti matrimonij , & quartam habitã à marito defuncto,à quo liberos non habuit , poſſe relinquere pro arbitrio voluntatis,& Neapod.in dicta Conſuetudine in verbo præſente dicit,Cõſuetudinem prædictam in dicto verſ.intelligi debere de marito ſuperſtite,ſequitur immediatè poſtea Conſuetudo , ſi qua mulier, quæ in verſ. teſtata autem dicit, ꝗlicet in principio diſpoſuerat mulieri ab inteſtato decedenti,filij ex diuerſis maritis ſuccedant in ſtirpes,
4 vt dixi, tamen teſtando poteſt meliorare vnum,vel plures de quarta quoad proprietatem quæſita, & de donatis à viro , prout in præcedenti capitulo continetur.

Ecce ergo qualiter expreſsè ſentit de donatis à viro prædefuncto,ex quo liberi non ſuperſunt, vel à viro præſente,nam quia æquiparat quartam,& donationem prædictam : & nihilominus loquitur de quarta lucrata quoad proprietatem , quam vxor nõ lucratur modo prædicto,niſi prædefuncto viro, vt in proximo capitulo continetur; & in proximo capitulo loquitur de libero arbitrio , diſponendo de bonis donatis à viro præſẽte ſcilicet ſuperſtite
5 quando ipſa moritur,vt dixi, quia relatum eſt in referente cũ omnibus qualitatibus ſuis, vulg. l.aſſe toto ff.de hæred. inſt.& ſic iſte caſus quando maritus donat,& moritur cum filijs,& poſtea vxor ſecundas nuptias contrahit,remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis,& proinde non poteſt diſponere in præiudicium filiorum primi matrimonij.

Nec dicatur,quod illa verba(prout in capitulo proximo continetur) poſſunt intelligi quoad modum diſponẽdi , ſcilicet quod teneatur *relinquere* debitum bonorum ſubſidium,quia vltra verba prædicta ſequuntur alia, ſcilicet, ſuper his enim poteſt mulier liberè diſponere iuxta tenorem capituli præcedentis, quæ verba expreſſè continent relationem ad Capitulum præcedens quoad diſpoſitionem, & modum ipſius diſpoſitionis,ne verba præcedentia ſint ſuperflua.vulg.l.ſi quando ff.de leg.1.& cap.ſi Papa de priuil.in 6.nam dum dicit,de bonis donatis à viro, vt ſupra continetur,eſt neceſsè,quod verba prædicta intelligantur quoad qualitatem bonorum, & ſic de bonis donatis à viro præſente, vel defuncto ſine filijs.

Nec minus dicatur,quod dicta Cõſuetudo,ſi qua mulier,in principio loquitur de muliere habente filios ex diuerſis maritis , quia non refragatur, ꝗ

verſ.

verſ.ſequens non intelligatur, vt dixi, & poteſt intelligi de muliere, quæ ex primo viro non habuit filios, & ex ſecundo,& tertio habuit, & tunc de donatis à primo viro meliorabit alios filios,prout vult, & poteſt intelligi, ꝙ ex primo viro non habuit filios, & ex ſecũdo ſic,& vult filium aliquem meliorare de bonis donatis tempore cõtracti matrimonij à ſecũdo viro, & ſic cõſuetudo prędicta nihil diſponit cõtra diſpoſitionem iuris communis, & non ab re Aret.in l.2.num.3.ff.de leg. primo dicit, Raphael. Cum. ſic conſuluiſſe,& comprobatur, quia qui has conſuetudines percurrit,facilè perpendit omnem illarum intentionem, ac
6 diſpoſitionem oſtendere,vt bona redirent vnde exierunt.

Inhumanum eſt ergo credere,quod Conſuetudo voluerit inducere, quod filij propter tranſitum matris ad ſecũda vota priuentur bonis à patre obuẽtis,quæ lex communis eis reſeruabat.

Et ſic fuit concluſum,& iudicatum in cauſa inter hæredes quondam magnifici Ioãnis Franciſci Venati primi viri magnificæ Victoriæ Coppulæ,& magnificum Ioannem Andream Cãpanum ſecundum virum eiuſdem Victoriæ,quæ moriens diſpoſuerat in fauorem filiæ, quam ſuſceperat ex iſto ſecundo viro de donatiuo habito à primo viro tempore contracti matrimonij,exiſtentibus filijs ex primo matrimonio prędicto.Commiſſarius Dominus Gonſaluus Bermudez. Actuarius Ioannes Franciſcus Villalta die xx.Aprilis 1568.

## DECISIO VII.

7 IN eadem cauſa fuit dubitatum quod ſi bona donata tempore dicti matrimonij à dicto primo viro non extabant, quia fuerant vendita,ſed extabat pecunia, vel bona empta ex dicta pecunia, fuit cõcluſũ, quod idem eſſet ſtatuendum, nam iſta bona,quæ mulier tenetur reſeruare filijs primi matrimonij, obſtringitur reſeruare vigore diſpoſitionis iuris communis, vt habetur in d.l. fęminæ in
8 prin.C.de ſecũd.nupt. quæ diſpoſitio eſt ſatis generalis,dũ diſponit per hæc verba, quidquid ex facultatibus,& ibi ex bonis,vt dictum eſt priorum maritorum fuerint aſſequutæ,id totum integrum perceperint ad filios quos ex primo coniugio habuerunt tranſmittant,& ideo cum omne id quod ex ſubſtantia primi viri habuerit huic diſpoſitioni ſubiaceat,conſequẽs eſt,vt pecunia quam ex venditione rerum donatarum conſequuta eſt modo prędicto reguletur, poſtquam patet ad sẽ ſum eſſe peruentum ex ſubſtantia primi viri,probat hoc appoſitiſſimus tex. in l.3.§.nonnunquam,ibi ſi quis rogetur poſt mortem ſuam, quidquid ex bonis ſuperuenerit Titio reſtituere iure voluntatis oportebit ff. de vſuris, qui tex. dũ de fructibus loquitur magis dubitabilem caſum decidit,quia fructus ſequuntur eum,qui erat dominus tẽpore recollectionis, probat tex. in l.deducta §. fin. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.& tamẽ quia diſponens in fauorem Titij quidquid ex bonis ſupererat reſeruauerat, comprehenduntur fructus ex bonis peruenientes,quanto ergo magis id dicendum eſt in pretio rerum donatarũ,quod ſupereſt, quod abſq;dubio ex bonis,& viri ſubſtantia peruenit,& ad idem optimus tex. in l. Imperator §.fin.ff.de leg.1.immo quãdoq;nõ in diſpoſitione ſic ſtrictè facta
9 pretium loco rei ſuccedit, quando res perempta eſt,vel præſcripta, & ſic die prædicto in dicta cauſa fuit iudicatũ.

## DECISIO VIII.

INſuper in prædicta cauſa fuit dubitatum, quod de bonis tempore prædicto donatis vxori à conſanguineis mariti, an bona prædicta cenſeantur ac ſi à viro donata eſſent,& ſic eodem

eodem iure iudicentur, fuit concluſum, quod ſic per tex. in l. ſed ſi plures
§. in arrogato ff. de vulg. & pup. ſubſt.
vbi cum caueretur, quod ſubſtituto filij arrogati competunt, quæ pater donauerat, ſubdit Vulpianus Iurecõſultus, ego etiam amplius puto, vt ſi quid
beneficio arrogatoris acquiſiuit, &
hoc ſubſtitutum poſſe habere, vt puta
ſi arrogatoris amicus, vel cognatus
aliquid reliquit, & ad idem facit deciſio Bar. in d. §. in arrogato, dum dicit,
dona illa cenſeri facta contemplatione viri, & ſic de viri bonis cenſeri pro-
10 fecta, & quãuis in queſt. Bar. in d. §. in
arrogato ſint varietates opinionum,
& aliqui tenuerint contra Bar. per tex.
in l. ſi ſeruus communis ff. de donat.
inter virum, & vxor. dicẽtes, Bar. illius
tex. fuiſſe immemorem, aliqui verò
dicunt, ab opinione Bar. non eſſe recedendum propter ineuitabilem tex. in
d. §. in arrogato, cui vt dicit ibi Alex.
nõ poteſt dari reſponſum, & poſt alios
congeſtos idem firmat Iaſ. in fine referens Ant. de Butr. ita conſuluiſſe.

Tamen pro deciſione huius quæſtionis non opus eſt ingredi amaritudines quæſtionis formatæ per Bar. nã
Bar. ibi dubitat, an iſta bona tranſeant
in dominium uiri, an in dominiũ vxoris, & ſic matrimonio ſoluto non reſtitui debeant hæredibus viri, & iſto caſu benè cadit dubitatio DD. nam vltra rationes per eos conſideratas ad
idem alia ratione adducor, nam ſtant
iſta ſimul, vt bona cenſeantur donata
cõtemplatione mariti, & tamẽ donatio valeat, & in dominium vxoris tranſeant, nam ſi conſanguinei mariti donant, ceſſat ratio prohibitiua donationis mariti, ne ſe mutuo amore ſpolient, & quando iſte caſus accideret, tunc videndum eſſet, quid iuris.

In quæſt. autem de qua agitur non
dubitatur, an bona ſint effecta vxoris,
ſed poſito, quod eſſent ſua, an ſtante
trãſitu ad ſecũdas nuptias teneatur illa reſeruare filijs primi matrimonij, perinde, ac ſi à marito habuiſſet, & in
hoc quod cenſeantur habita à marito
ineuitabilis eſt text. in d. §. in arrogato, & deciſio Bar. ibi, & facit elegans
deciſio eiuſdem Bar. in authentic. ex
teſtamento C. de ſecund. nupt. vbi habetur, quod mater, quæ ad ſecundas
nuptias conuolauit non ſuccedit in
bonis peruentis ad filium ex paterna
ſubſtantia, niſi quoad vſumfructum,
proprietate alijs filijs reſeruata, modo
Bar. quærit, quid de donatis ab Auo
Nepoti, & determinat, quod ex quo
mariti, & ſic patris contemplatione
datum cenſetur, vendicat ſibi locum
eadem diſpoſitio authentic. prædictę, quæ mihi deciſio apertiſſima videtur.

Præterea adduxi deciſionem Nea-
12 pod. particulariter decidentem quæſtionem iſtam, licet in alijs terminis
in Cõſuetud. ſi qua mulier de dote, in
verbo donatiuo, nã cùm in Cõſuetudine prædicta diceretur, quod mulier
de donatiuo facto à marito, ac de
quarta ab eo conſtituta filios alere
non tenetur, modo Neapod. in glo.
prædicta in verb. donatiuo quærit, iſta
bona cui, viro, vel vxori quærantur? &
determinat, quod quæruntur viro, allegat text. in l. ſi vero negotium §. Itẽ
quicquid ff. ſolut. matrim. & ſic vel
expreſsè determinat cum Bart. in
queſtione per eum mota, vel ſentit,
quod de iſtis bonis non tenetur alere
filium, ſicut de donatiuo facto à marito, & ſic pari iure cenſeatur, & ad idẽ
videtur facere alia gloſ. Neapod. in
Cõſuetud. ſi qua moriens in verb. cognatis hoc modo inducẽdo dicit Cõſuetudo, quod mulier moriens de dotibus, & alijs bonis obuentis ab agnatis, & cognatis non poteſt diſponere
niſi de decem partibus, vnam quartã
verò, & donatiuum à viro præſente
poteſt relinquere, pro ſuo arbitrio voluntatis, relicto tamẽ filijs debito bonorum ſubſidio, quod in hac parte eſt
13 conforme iuri communi, Neapod. in
dicto

.dicto verb.dicit,aduerte quia non loquitur de obuentis ab affinibus, ideſt coniunctis ex parte viri;nam tunc habet locum ius commune,& teneretur relinquere debitum bonorum ſubſidium tantum,& ſic æquiperat donata per conſanguineos viri donatis per ipſum virum.

Et ſic fuit iudicatum, quod ſtante tranſitu ad ſecunda vota bona prædicta, vt ſupra donata reſtituantur filijs primi matrimonij, ſententia lata fuit eodem die in eademmet pronunciatione.

## ADDITIO.

### Deciſ. 6.

### SVMMARIVM.

*1 Deciſio Auctoris pariter à Præſ. de Franch. enunciatur.*

*2 Diſpoſitio l fem. C. de ſecund.nup.an ſit correcta per Conſuet. Neap. & quid deciſum refertur nu.3*

*4 Diſpoſitio d.l. femina an procedat in donatione facta ob cauſam, vt ſit licitum mulieri diſponere in beneficium filiorum, refertur deciſio.*

CONcluſio reſultare videtur ex iſta deciſione,quod mulier habens filios ex primo matrimonio, ſi ad ſecunda vota conuolauerit, pariterq. filios procreaſſet, neutiquam poſſet de donatis à primo viro diſponere in beneficium filiorum ſecundi viri, ſed ea reſeruare filijs primi viri,iuxta diſpoſitionem l.fęminę, & l. hac edictali §.illud C.de ſecund.
1 nupt.& de eademmet deciſione teſtatur Præſ. de Franch.dec.435.ſub num.20.iterum in dec.632.ſub num.7. verſ.nam relatum fuit, & de eo memini in 1.par.noſtri Compendij verb.donatio facta à viro,vbi ad hoc allegaui Molſeſ Ricc.& Paſcal. & de hoc ſatis per eundem Molſ.in commen.ad Conſue.Neap. par.3 q.22.per tot.an autem diſpoſitio l. fę-
2 minæ C.de ſecund.nup.ſit correcta per Conſuetud.Neap.latè in d.dec.435.refert iudicatum negatiuè,quem ſequutus eſt Molſ.d.p.3.
3 q.1.& d.q.12.vt in meo Compen.par.1.ver. diſpoſitio,& idem Franch. dec.666. nouiſſimè etiam alias cumulando deciſiones, probat Fontanel.de pact.nup.clauſ.5.glo.8.par. 4.nu.2.Pheb.deci.Luſit.71.tom.1.& ſi diſpoſitio eiuſdem legis procedat in donatione fa-
4 cta ob cauſam, ita vt licitum erit mulieri de ea diſponere etiam in beneficium filiorum ſecundi viri;deciſum fuit negatiuè apud eundem Franch. dec.428.& 632. eum ſequitur Molſ.d. q.12.nu.4.nouiſſimè Fontanell.eod. loco num.69.vbi plura ad hanc materiam actinentia diſcurrit,& pariter in par. 5. Thoro.

## ADDITIO

### Deciſ. 7.

### SVMMARIVM.

*1 Deciſio noſtri Auctoris à Præſ. de Franchis refertur.*

*2 Pretium an ſuccedat loco rei iuxta Conſuet. Neap.*

*3 Pecunia ex bonis dotalibus peruenta,an ſubiaceat Conſuet.Neap.*

*4 Pecunia peruenta ex feudo,an eius loco ſubrogetur,vel burgenſatica.*

*5 Res empta ex pecunia obuenta ex re reſtitutioni ſubiecta, an pariter ſubiecta remaneat,deciſio S.C.allegatur,& Sicilia.*

*6 Pretium obuentum ex re fideicommiſſo ſubiecta redigi debet in aliam emptionem.*

*7 Res empta de pecunia redacta ex alia re in locum ipſius ſuccedit.*

*8 Dos dicitur etiam emptum ex dotali pecunia.*

1 DEſumitur ex iſta deciſione, quod pecunia peruenta ex re donata vxori per virum reſtituenda filijs primi matrimonij,non exiſtente re ipſa reſtitui debet, aut res empta ex pecunia rei ſubiectæ reſtitutioni, de hac eadem deciſione loquitur Præſid.de Franch. deciſ.435.à num.12. cum ſeq. vbi de alienatione rerum donatarum per mulierem fa-
2 cta agit in caſu relato ab Auctore, & certum eſt,quod pretium ſuccedit loco rei, & potiſſimum ſecundum Conſuetudinem Neapol. vt pulchrè proſequitur Molſeſ. in Conſuet. Neapol.tom.1.par.2.titul.de bonis quæſt.5. num.17.cum ſeq.quemadmodum etiam pe-
3 cunia ex bonis dotalibus peruenta ſubiacet diſpoſitioni Conſuetudinis,idem d.p.2.q.3. nu.4.ſicuti etiā pecunia loco feudi ſubrogata tollitur vitium in feudo, & remanet in pecunia,Reg.de Pon.conſ.23.n.33.vol.2.quāquā burgenſatica dicatur, vt probat Laratha cōſ. 4.nu.29. adhuc peruenta ex venditione feudi ad priſtinam reddit naturam ſubdit nu.31.

C de

Digitized by Google

de veritate tamen videatur in prima parte noſtri Compendij verb.pecunia, idemq; de bonis antiquis pretium eſt ſubiectum Cõſuetudini, idem Molfeſ.in 2.tom.in Addit.ad par.2.de bonis q.5.num.1.& proinde ſi ex dicto pretio peruento ex illis bonis ſubiectis
5 reſtitutioni alia res fuerit empta, reſtat ſubiecta reſtitutioni, & ſic iudicatum fuit per Sacrum Conſilium iunctis aulis in contingenti caſu relato per eumdem Molfeſ. ibidem num.4. prout in Compend. deciſ.Regni par. prima verb.pretium, & ita etiam Siciliæ iudicatum refert Giurb.deciſ.Sicil.111.nu.21
6 & ſeq. poſtquam pretium redactum ex venditione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, conuerti debet in aliam emptionem, idem Molfeſ.conſ.7. num.25. & ſic res em-
7 pta de pecunia redacta ex alia re in locum ipſius ſuccedit, Morot.conſ.20 num.2.& hac
8 ratione emptum ex pecunia dotali dos eſt, Giurb deci.Sicil.111.num.15.Monac.deciſ. Lucæ 42.

Thoro.

## ADDITIO.

### Deciſ.8.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio Auctoris etiam concitatur à Fran.*

2 *Donata à conſanguineis viri præſumuntur eius contemplatione donata, & ei quæruntur, & è contra, quod limitatur num.3.*

4 *Donatum vxori contemplatione viri, an ſubiaceat diſpoſitioni legis foemina C.de ſecund.nupt.*

1 SImiliter deſumitur concluſio deciſa ex iſta deciſione, quod bona donata à conſanguineis viri veniunt in reſtitutione, de eadem noſtra deciſione meminit Pręſes de Franch.in deciſ.595. ſub num. 5. vbi refert idem poſtea iudicatum fuiſſe in cauſa Illuſtr. Marchionis Vallis Siculæ, cum Galeatio Farneſio, quam ſequitur Molfeſ.in 1 tom. Conſuetudin.Neapol. par.3. quæſt.1. num.4. & quæſt.22.num.2. prout in noſtro Compend, deciſ.Regni verbo donatio facta, & ratio eſt
2 quia donata à conſanguineis viri pręſumuntur eius cõtemplatione donata; ideo ei quæruntur, ſicuti è contra, niſi fortè ex coniectu-
3 ris appareret, quod tales conſanguinei vellent mulieri donare, vel vbi eſſet talis Conſuetudo in contrarium, vt optimè ex Caſtill. deciſ.Sicil.93. Sanchez, & alijs probat Fontanell.de pact.nuptial.clauſul.7.gloſ.3.par.7. num. 92. & 93. vbi ita deciſum per illum Senatum affirmat, & ſucceſſiuè donatum
4 vxori contemplatione mariti, non comprehenditur ſub diſpoſitione l.fęminæ C. de ſecund.nupt.Franch.deciſ.18.num.7.ex Rom. conſ. 405. in contrarium tamen ſe habent deciſiones allegatæ.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Dos data per patrem naturalem filiæ naturali, an debeat imputari in duabus vncijs, quæ de iure debentur filio, vel filiæ naturali.*

2 *Si de quo magis, ergo de quo minus.*

3 *An & quando donatio ſit cauſa excluſionis à petitione legitimæ.*

4 *Vnciæ duæ quæ debentur filiæ naturali, quo iure debeantur.*

5 *Alimenta, an & quando filiæ naturali debeantur.*

6 *Argumentum de alimentis ad dotem quando in iure ſit validum.*

## DECISIO IX.

1 PVlchrum dubium fuit excitatum in Sacro Conſilio, An dotes per patrem naturalem filiæ naturali datæ debeant imputari in duabus vncijs, quæ de iure filio, vel filię naturali in bonis paternis, patre abſque coniuge, & legitima prole decedente debentur, iuxta authent. licet C.de naturalibùs liber. Aduocati diutiùs elaborauerunt, & poſt eos Domini de Sacro Conſilio, nec fuit inuenta particularis deciſio. Quidam Domini de S.C.dicebant, ꝙ ſi filia legitima, & naturalis dotata à patre debet remanere contenta dote, quã habuit, neq; poteſt iux. terminos Cõſtitu-

tutionis Regni aliquid vltra petere, prout pluries per Sacrum Conſilium fuit iudicatum, multò fortius idem dicendum eſt in filia naturali, argumento text. in authent.reſt. & ea quæ parit §.final.verſic.non enim aliquid,
2 quia ſi de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergo & de quo minus, authent. multo magis C. de ſacroſanct.eccleſ. & ideo ſentiebant, quod nihil vltra deberetur. Alij verò contrarium affirmabant, ea ratione, quia illas dotes filia habebat in vita patris, & lex mortuo patre defert duas vncias, ergò iſtæ duæ vnciæ debentur ex bonis, quæ poſt mortem patris remanſerunt, & conſequẽter imputationem iam dictam non eſſe faciendam dicebant, & ſic ex diuerſitate opinionum præſens quæſtio dubia redderetur.

Ego verò dicebam, quod duæ vnciæ omninò filiæ naturali debentur, quia ad illas lex expreſsè vocat, vt patet in dicta authent.licet, & in §.ſi verò filius in authent.quib.modis natules efficiantur ſui, neque ab illis debet excludi propter dotes à patre viuente
3 habitas, quia tunc iſta donatio excludit, quando filia legitima concurrit cum perſona, quæ ex diſpoſitione ſtatuti, vel legis excludit fęminam dotatam, tunc enim ſtatutum, & non dotatio excludit, & qualitas illa, quod pater dotauerit operatur, quod non audiatur filia comparens de iniuſta dotatione, & in iſto caſu Sacrum Conſilium ſæpè iudicauit, prout dicebat Dominus Cæſar Vitellus, ad cuius motiuum hoc modo reſpondetur, ſecus autem deficiente iſta diſpoſitione, nam ea ceſſante dotatio per ſe non eſt cauſa excluſionis filiæ à portione, ad quam eſt vocata, tot.tit. C. de collat.

Quo verò ad punctum imputationis dicebam, quod licet poſſet dubitari ſecundum dicebat Dominus Villanoua, quod vtrumque deberetur,
4 arguendo de alimentis ad dotem, de qua alimenta vltra dictas duas vncias debentur, vt probat text. in dicto §.ſi verò filios, ibi & alimenta damus ei, & inteſtatis parentibus defunctis duas paternæ ſubſtantiæ vncias habere, & hoc idem dicit ibi gloſ. in verb. vncias, tamen quod debeant imputari probatur, quia iſtæ duæ vnciæ debentur filiæ naturali iure naturæ, quod ego non dicerem, quia pater inſtituendo extraneum hæredem, ipſa dictis vncijs priuatur. Quinimmò etiam ſi eſſent debitæ pro legitima iure naturæ, dotes deberent imputari, l.quoniam nouella C.de inofficioſ. teſtament.& l.omnimodo §.final.in eodem titul. aut debetur iure ſucceſſionis, prout probat text. in dicto §.ſi verò filios, ibi damus eis ab inteſtato ad duas vncias vocationem, & in dicta authent.licet, ibi in duas paternæ ſubſtantię vncias ſuccedant, & clarum eſt, quod filia etiam legitima vocata ad ſucceſſionem, dotes quas habuit conferre tenetur, l. filiæ dotem prima, C.de collation.& ſic imputa-
5 tio prædicta eſſet facienda per modum collationis, nec obſtat quod ſupra conſiderabatur de alimentis, quia etiam in caſu in quo duæ vncię deberentur, & etiam alimenta peti poſſunt, illud ſanè intelligendum eſt, quando filia non haberet vnde ſe aleret, & ſic illę duę vnciæ non ſufficerent, ita Bart. in dicto §. ſi verò filios, per text. in l. ſi quis à liberis ff. de lib. agnoſc.

Et recordor, quod dum eram Pręſidens Regiæ Cameræ Summariæ in ea contingentia facti in perſona filiæ quondam Doctor. Pirreda, quia duę vnciæ non ſufficiebant pro alimentis, nec pro maritagio, fuit ex arbitrio Regiæ Cameræ taxata quantitas
6 pro omni iure, vt in illo proceſſu videri poterit, & ſic etiam quod argumentum procederet de alimentis ad dotem in caſu iſto, de quo dubito

ex dictis per Modern. contra Alexan. communiter in l. 1. ſolut. matrimon. ceſſat ratio Bart. vt non poſſit denegari, quia non imputatur per viam collationis, ex quo lex expreſsè determinat, filiam ſuccedentem dotes debere conferre ex prædictis. Et ſic fuit concluſum die 3. Apr. 1568.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos filiæ naturali debita eſt duarum unciarum.*

2 *Dos debitum patris eſt neceſſarium, ad quem ſpectat dotare filiam.*

3 *Pater dotare tenetur nedum filiam legitimam, ſed etiam illegitimam, & ſpuriam etiam nefariam, & inceſtuoſam, & ſic deciſum.*

4 *Dos ſpuriæ non ita magna debetur ſicuti legitimæ.*

5 *Dos ſpuriæ non debet excedere quantitatem quæ pro alimentis ſufficiat, nam reuocaretur, quod limitatur.*

6 *Dos filiæ ſpuriæ data ſuccedit loco alimentorum, non vt ſit dos.*

7 Dos *filiæ ſpuriæ continet cauſam alimentorum.*

8 Dos *ſuccedit loco legitimæ.*

9 *Legitima filiæ naturali debetur ex diſpoſitione auth. licet* C. *de natur. liber. & ſic deciſum.*

10 *Dos congrua vſque ad legitimam dici poteſt.*

11 *Dos iuſta, & æqua filiæ ſpuriæ debita, iuxta alimentorum quantitatem arbitranda.*

12 *Dos in legitimam imputatur, qualiter procedat.*

13 *Filia naturalis legitimata à patre, atque dotata, ab eius hæreditate an excludatur, deciſio allegatur.*

1 Concluditur ex iſta deciſione, dotem debitam filiæ naturali eſſe duarum vnciarum, inſpecta iuris communis diſpoſitione, ex authen. licet C. de natur. liber. ad cuius ornatum videnda erint congeſta per Alphan. collectan. 957. Riccius collectan. 290. ſed ve rius materiam inſinuando, certiſſimum in iure conſpicitur eſſe determinatum, quod dos
2 eſt debitum patris neceſſarium, cùm ei ſit iniunctum onus dotandi filias, ad text. in l. obligamur §. lege ff. de action. & obligation. Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 6. tit. 15. num. 4. & 42. & præſertim dotare aſtrin-
3 gitur nedum filiam legitimam, ſed pariter illegitimam, & ſpuriam, ex multis comprobat poſt Manentum conſil. 140. num. 67. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 5. gloſ. 1. par. 1. num. 113. vbi num. 117. etiam ad nefarias, & inceſtuoſas id extendi poſſe arbitratur, prout deciſum eſſe perpendit ex Maſtrill. deciſ. 144. nihilominus prout num. 125. concludit
4 ſpuriæ non deberi tantam dotem, quantam legitimæ filiæ, & ita minor dos conſtitui debet quam filiæ legitimæ, Mantica eodem tract. lib. 12. titul. 21. num. 23. vbi ſubdit,
5 quod dos filiæ ſpuriæ non debet excedere quantitatem quæ pro alimentis ſufficiat, nam ſtatim reuocaretur quatenus excederet alimenta licet aliud eſſet quando fuiſſet viro promiſſa, Surd. de alimen. tit. 5. q. 7. num. 12. & ibi latius de ijs proſequitur, & Maſtrill. deciſ. Sicil. 144. num. 13. latè Merlin. in tract. de legitima lib. 1. tit. 2. q. 5. num. 25. & lib. 2. tit. 1. q. 20. num. 12 & 13. extendit etiam ſi fuiſſet genero data; talis enim dos filiæ ſpu-
6 riæ data ſuccedit loco alimentorum tantum, non vt ſit dos, Manent. conſil. 137. num. 33. conſ. 136. num. 3. deciſ. Mantuæ 42. num. 4. Laratha conſil. 24. num. 7. Merlin. dicta q. 5. num. 23. cum ſeq. porrò ipſa dos continet
7 cauſam alimentorum, Surd. in eodem tract. tit. 9. q. 1. num. 3. eapropter quia dos ſucce-
8 dit loco legitimæ, Caſtill. deciſion. Sicil. 90. num. 31. Ambroſin. deciſ. Peruſin. 26. num. 30 & 31. Merlin. in eodem tract. dicto lib. 1. tit. 4 quæſt. 3. num. 10. latiſſimè lib. 3. tit. 1. quæſt. 6
9 per totam, quæ ſiquidem legitima filiæ naturali debita cùm fuerit per Sacrum Conſilium deciſum deberi, iuxta diſpoſitionem dictæ auth. licet, prout in contingenti caſu relato per me in ſecunda parte noſtri Compendij verb. legitima, ſubſequitur pro confir-
10 matione huius deciſionis, dotem congruam dici poſſe vſque ad legitimam, Ioſeph Ludouic. deciſion. Peruſin. 47. num. 38. Mantica deciſ. 329. num. 7. & ſic dos iuſta, & æqua
11 filiæ ſpuriæ diceretur, quando iuxta alimentorum quantitatem erit arbitranda, vt ibi Maſtrill. num. 14. ſectatur, in quorum loco ſuccedit, vt dictum eſt, & ſequitur Molſeſius in Conſuetud. Neapol. tom. 1. par. 5. q. 3. num. 4. & conſequenter in legitimam
12 imputari cenſuit Caſtill. deciſ. 189 num. 18 Intriglio, deciſ. Sicil. 45. num. 33. Merlin. in

eodem

Digitized by Google

eodem tract.lib.2.titul.2.quęſt.9.per totam, vbi etiam videtur contrarium ſentire, & qualiter procedat,ibi demonſtrat,& potiſsi mum in dote filiæ naturali data, ſi in legitimam imputari debeat, proſequitur Maxill. in Conſuetud. Bari in rubr. de iure dotium §.dos à patre num.61.cum ſequentib.& in terminis iſtis fuit excluſa filia naturalis legitimata à patre (imò ab eo dotata) ab eius hæ-
13 reditate,& fuerunt frater,& nepotes admiſſi, non obſtante quod ipſa prætenderet ex aliquibus rationibus ſuccedere, vt deciſum retuli in 3 par.noſtri Compend. verb.filia naturalis.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Numerus officialium an poſſit augeri,quando ex augumento fit præiudicium illis,qui iam reperiuntur deputati.*

2 M*agiſtri Actorum officium vnicum in Camera fuit ab initio.*

3 *Monſtruum eſt videre corpus habere duo capita.*

4 *Officia inferiora poſſunt multiplicari.*

5 *Rex de vna Prouincia duas conſtituere poteſt.*

6 D*iuiſio Parochiæ,vel Epiſcopatus ex cauſa fieri poteſt.*

7 *Officia penès Regem ſunt nutualia.*

## DECISIO X.

1 NVmerus officialium an poſſit augeri,quando ex augmento fit præiudicium illis, qui iam reperiuntur deputati, quæſtio eſt pulchra,& curioſa,& in facto cõtingit,nã dum in Camera ab initio vnicum fuiſ-
2 ſet officium Magiſtri Actorum, quod mediãtibus priuilegijs tenebatur per Magnif.Ioan.Baptiſtam Coronatum, & Ioan.Paulum Criſpum,petijt fiſcus numerum Magiſtrorum Actorum augeri, & ſucceſſiuè quinque alios deputari,& ſuper hoc inſtructo proceſſu,cęptum fuit dubitari, an poſſet, & licet pro Regio fiſco allegaretur text. in l. vnica C.de metrop.ber.lib.11. vbi noua Metropolis conſtituitur, non obſtante antiquæ Metropolis contradictione,per quem text.tradit ibi Bar. ꝙ licet non poſſint in vna Prouincia deputari duo Præſides, vel in vna Ciui-
3 tate duo Rectores, quia eſſet monſtruum videre corpus habere duo ca-
4 pita, tamen cętera officia inferiora poſſunt multiplicari, & ideo Rex de
5 vna Prouincia duas Prouincias conſtruere poteſt, per text. in l. ſi eadem vbi videtur caſus ff. de offic. aſſeſſ. & in l.binos vbi Bal.C.de aduoc.diuerſ. iud.ſicut de vno feudo plura, vt ſcribit Andr.in cap.1.§.ſimiliter,& in §. olim de Capit.qui cur.vend.num.22.
6 & diuiſio Parochiæ fieri poteſt, Abb. in cap.ad audientiam num.16.extra de eccleſ.ędif. quod optimè ex illa concluſione comprobari poſſe vide-
7 batur, cùm officia penès Regem ſint manualia,vel vt alij dicunt nutualia Bald. in l.reſcripta colum. penult. C. de precib.Imperat.offerend. & Ioan. Fab. in §. cùm autem inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolui. & dicuntur huiuſmodi,quia ad nutum dantur,& tolluntur Petr. in titul. de Principe in verſ. idem Princeps; fuit tamen deciſum non licere, ex quo conuenti illud ex cauſa oneroſa, & mediante contractu deſuper inito obtinuerant, allegabatur Bald.in l. qui ſe patris col. 5. verſ. quod ſi pater C.vnde liberi. Et ſic in pręiudicium taliter poſſidentium huiuſmodi diuiſio fieri non poterat,pręter Caſtrenſem in d.l. ſi eadem, allegabam dicta per eundem Petrum in conſ.16.& ita fuit concluſum.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 D*eciſio Magiſtri Actorum ab Abb. Mauro memoratur, atque Iacobo Gallo.*

2 *Numerus* M*agiſtrorum Actorum* S*acri* C*õſilij augeri an poſſit,deciſio refertur.*

3 *Patronus nequit augere numerum patronorum, conſentiendo,quod alius quod non eſt patronus efficeretur patronus.*

ORitur concluſio ex iſta deciſione,quod numerus Actuariorum ſtatutus in aliquo Tribunali augeri non poſſit in præiudicium

ipſorum,& ſic fuit deciſum per R.C.S. de qua eademmet deciſione memor eſt Abb. Hieron.de Mauro in addit,ad alleg. Iacobi Anton.de Mauro 18 quam quidem connumeraui in meo Comp.verb.Magiſtri Actorũ in 1.par. & melius Iacob.Gallus conſ.59.de noſtro Auctore memor,qui pro Actuarijs ipſius R.C.S.optimè in iure reſpondit, de qua memor fui in 2. par. noſtri Comp. eod.ver. Magiſtri Actorum;& cum de hoc contingiſſet heſitari in eadem R.C.S.cõtra Magiſtros
2 Actorum S.C. pro quibus abundanter allegauit idem Iacob.Ant.de Mauro in d.alleg.18 fuit pariter in eorum beneficium pronunciatum annis proximè elapſis,ita quod amplius non fuit hucuſque de eodem negotio pertractatum, & ijs conuenit doctrina Dec. conſ. 149.nu.4. dicentis, quod vnus patronus non
3 poteſt augere numerum patronorum,conſentiendo,quod alius qui non erat patronus efficeretur patronus.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore conceſſionis officij, & acceptationis ipſius, an præferatur poſteriori in tempore reſpectu conceſſionis,qui tamen prius adeptus fuit adminiſtrationem.*
2 *Cardinalis Pacheccus Locumtenens Generalis huius Regni, memoratur.*
3 *Dominium qui eſt conſequutus ex rei traditione in corporalibus præferendus eſt.*
4 *Ceſſio illud operatur in incorporalibus, quod operatur traditio in corporalibus.*
5 *Clauſula,quam inueſtituram, &c. plus eſt quam ceſſio.*
6 *Conſtitutum æquipollet traditioni.*
7 *Dominium non quæritur ex ſolo titulo, ſed requiritur traditio.*
8 *Diſpoſitio l.traditionibus* C.*de pact.ceſſat in Principe.*
9 *Diſpoſitio l. quoties C. de rei vend. ceſſat in ſpiritualibus.*
10 *Conceſſio,& gratia Principis, an & quando ob ſurreptionem annullentur.*

## DECISIO XI.

1 PRior in tempore conceſſionis officij, & acceptationis ipſius, an preferatur poſteriori in tẽpore reſpectu conceſſionis, qui tamen prius adminiſtrationem fuit adeptus. Iſta quæſtio incidit inter quendam Diegum de Heredia Hiſpanũ,& quẽdam nomine Paſcatonum, ſuper officio Caualaratus Regiæ Dohanæ menepecudum. Ill.D.Aloyſius de Toledo officium iam dictũ dicto Herediæ conceſſerat, qui literas exequutoriales à Regia Camera obtinuerat: De-
2 mum Illuſtriſs.& Reuerendiſs.Cardinalis Pacheccus ſimiliter Locumtenens Generalis idem officium dicto Paſcatono conceſſit tanquam vacans ob mortem cuiuſdam de Spina,ob cuius mortem fuerat etiam facta prima conceſſio; & in dicta ſecunda conceſſione nulla de prima conceſſione facta Herediæ mentio facta fuit, qui Paſcatonus adminiſtrationem dicti officij fuit conſequutus;& cùm inter eos in Regia Camera id controuerteretur, alter in priori conceſſione, alter verò in priori adminiſtrationis aſſequutione potentius ius habere prætendebat.

3 Dixi, primum eſſe præferendum, nam hic, & in rebus corporalibus ille preferendus ſit,qui primò ex rei traditione dominium eſt conſequutus,iuxta tex.in l. quoties C.de rei vend. tamen hic erat aduertendũ, tractabatur enim hic de iure incorporali, & in incorporalibus illud operatur ceſſio,
4 quod operatur in corporalibus traditio, doctrina eſt Bar.in l.is cui §.fin.ff.vt in poſſ. leg. cum alijs congeſtis per Dec. in conſ.446. viſo eleganti conſilio, & in priuilegio conceſſionis factæ Herediæ aderat clauſula,quam inueſtituram vim,robur,& efficaciam veræ, & realis aſſequutionis officij prædicti,
5 volumus obtinere, quæ clauſula plus eſt quam ceſſio;Infertur, primum eſſe præferendum, quia nedũ habuit conceſſionem, ſed etiam id quod æquipollet traditioni, ſicut diximus incorporalibus præferri illum, qui ha-
6 bet conſtitutum, quod æquipollet traditioni,vt habetur per Alex.in cóſ.

14.

Digitized by Google

14.in fi. 1.vol.& Det.in conſ. 247.

Quod alia ratione comprobatur, nam ille qui primò poſſidet, & eſt adeptus poſſeſſionem, ideo in corpo-
7 ralibus præfertur, quia ex ſolo titulo dominiũ non quæritur,ſed requiritur traditio, l. traditionibus C. de pact. & ideo conſequens eſt, quod ſi ſecundus emptor, vel donatarius habuit primò traditionem, ipſe præferatur, quia eſt effectus dominus,& dominiũ ſine facto ſuo ab eo euelli non poteſt, vt in regula iuris id quod noſtrum, & hinc videmus, quod in Principe ceſ-
8 ſat diſpoſitio d. l. traditionibus, ex quo dominium ex eius contractu ſine traditione transfertur,Dec.conſ.689. col.fin.poſt Alexan.in conſ.11.col.2. vol.6.& ex hoc infertur,quod in quęſtione pręſenti primus debet pręferri, quia ex ſola conceſſione officij, & acceptationis ipſius ſine adminiſtratione eſt quæſitum ius, vt reuocari non poſſit,tex.eſt in cap.ſi abſenti de conceſſ.præbend.in 6.& per illum tex.idẽ dicit Bart.in l.abſenti ff. de don. vbi eleganter tradit, quod adminiſtratio non eſt neceſſaria ad effectum iuris quærendi,ſed tantum ad effectũ conſequendi ſalarium,& ita dicit intelligenda eſſe iura,quæ officij adminiſtrationem requirere videntur, & hac ratione attenta idem in indiuiduo tradit,& videtur determinare Abb. in cap. continebatur extra de his quę fiunt à Prælat.ſine conſenſu Capituli, vbi determinat, diſpoſitionem d. l.
9 quoties ceſſare in ſpiritualibus, in quibus ius ex ſola collatione,& acceptatione quæritur.

Et vltra prædicta conſiderabam ſecundam conceſſionem viribus carere, primò quia concedebatur officium tamquam vacans,& hoc erat falſum,nam ſtante conceſſione primo loco facta, & acceptatione ſequuta, ex qua ius quæſitum conceſſionario per ſupradicta,nõ eſt verum dicere, quod officium vacabat, ergo talis conceſſio corruit,per ea quæ habentur in cap.ſuggeſtum de reſcrip.in 6. Secundò,quia Illuſtriſs. Cardinalis,qui ſecundam conceſſionem fecit,de prima per prædeceſſorem facta notitiam nõ habuit, ergo ſequitur, quod poſtquam ſi ſciuiſſet non conceſſiſſet,vel ſaltem diffi-
10 cilius conceſſiſſet,ſi hoc ei fuiſſet expreſſum, cuius conceſſio ſubreptitia redditur,& conſequẽter annullata,valida remanente prima, cap. ad aures, & cap. conſtitutis ad audientiam, & cap.cum ordinem extra de reſcrip. & in dec.Rot.33.eod.tit.in nouis, quod procedit etiam,ſi impetrans ignoraſſet, dicendum eſt, conceſſionem ſecundam debere intelligi citra præiudicium iuris alterius, nempè voluiſſe concedentem iuri tertij derogare per l.2.§.ſi quis à Principe ff.ne quid in loco publico; & ſic fuit votatum, & deciſum, die 21.Febr.1560.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dominium quæritur ſine traditione ex priuilegio Principis.*
2 *Emptor primus feudi præfertur ſecundo in poſſeſſione exiſtenti.*
3 *Parilitate germana exiſtunt officia cum feudis,& ſtrictè in officijs proceditur.*
4 *Officialis dominium officij non habet.*
5 *Poſſeſſio in officijs numquam traditur, nec transfertur, niſi corporaliter adipiſcatur.*
6 *Præferri is debet in officijs, qui prius poſſeſſionem accepit, licet poſterior, & ſic deciſum.*
7 *Deciſio Collateralis Conſilij refertur in fauorem Magni Cancellarij de officio Bidelli conceſſo per Proregem alteri.*
8 *Deciſio S. C. allegatur inter officiales ſimul electos, quorum aliqui habebãt anterius priuilegium,ſed non poſſeſſionem, alij verò contrarium.*
9 *Deciſio in fauorem Conſiliarij electi, dum in Hiſpania reperiretur, & illico togam indutus, & impeditus poſſeſſionem Neap. non potuit capere.*

No-

Digitized by Google

NOtatur ex noſtra deciſione, quod qui primò conceſſionem obtinuerit de officio, & illud acceptauerit, præferri debet ſecundo, qui illius conceſſionem, & poſſeſſionem cōſequutus eſſet, & per rationem illā præcipuā vt dominium cenſeri debeat translatū abſq;
1 traditione per conceſſionem factam à Principe, quod eſt ipſius peculiare priuilegium ex Angel. Alexand. Iaſ. & Purpur. confirmat Caſſan. in Chatal. glor. mund. par. 5. conſider. 24. priuil. 140. & per iſtam rationem concludit Marilian. in repet. l. quoties nu. 110. cum ſeq. C. de rei vend. quod primus emptor feu-
2 di præferri debet ſecundo in poſſeſſione exiſtenti, & reſpondet ad contrarium tenentes, vt non cenſeatur translatum; nam aliud eſt in contractu, & aliud in conceſſione facta à Principe, quare eadē ratio militare poterit in
3 officijs, vt Auctor opinatur, eo quod officiorum cum feudis germana parilitas, ſiue frequens exequutio tàm in erectione, quam in vita, & progreſſu; imò ſtrictior in officiorum ammiſſione cenſura, inquit Camil. de Medic. conſ. 170. num. 24. Iſthec autem ratio in of-
4 ficijs concludens non videtur, ex quo officialis dominium officij non habet, Præſ. Amat. conſ 17. nu. 11. ſed tātum adminiſtrationem illius quæ non aliter acquiritur niſi per poſſeſſionem, & talis poſſeſſio in conceſſione of-
5 ficij neutiquam traditur, neque trāsfertur, niſi corporaliter adipiſcatur, & præſtet iuramentum, vt conſuetum eſt, oſtendit Molfeſ. conſ. 15. nu. 12. & 13. eapropter alias in contingenti caſu de duobus officialibus inſimul crea-
6 tis ad idem officium, is præferri debet, qui prius poſſeſsionem accepiſſet, licet poſterior, & ita per S.C. deciſum teſtatur Reg. Rouit. in prag. 5. de Baron. num. 3. & in conſ. 81. ſub nu. 3. par. 1. & iterum in ſimili caſu relato per Ioa. Iacob. Maſull. ad Capy. dec. 125. num. 10 de quibus in 1. par. noſtri Cōp. ver. officiales. Credo tamen iſtā deciſionem Auctoris proceſſiſſe, vt primus præferri debuerat, quia electus fuerat ab habente poteſtatem creandi Cauallarios, vt eſt Regius Dohanerius menepecudum Apuleę, prout erat in facto, & ſecundus fuerat creatus ab Illuſtriſsimo Locumtenente Generali huius Regni, quod licet id facere non prohibebatur, non tamen in præiudicium iurium ipſius Dohanerij, & hac ratione fuit ita deciſum, quod ſanè ex conſimili caſu relato per Præſid. de Franch.
7 deciſ. 165. apparet fuiſſe conceſſum officium Bidelli Almi Collegij Neap. ab eodem met Illuſtriſsimo Locumtenente huius Regni, & poſſeſſionem captam fuiſſe ab electo ob mortem ſui patris per eius renūciationē, & tandem de hoc conqueſtus Magnus Cancellarius ex rationibus in hac deciſione etiā diſcuſsis, fuit per S.C. facto verbo in Collaterali Conſ. in fauorē ipſius Magni Cancellarij deciſum; vt in meo Comp. verb. officium, ad
8 cuius cōprobationem extant aliæ deciſiones relatæ à Camillo Laratha cōſ. 87. n. 47. & vltra eum à Reg. Fuluio Conſtantio in l. 1. C. de Conſul. num. 26. in materia præcedentiæ inter officiales, quorum aliqui anterius priuilegium obtinuerant, ſed non poſſeſſionem, aliqui autem poſterius priuilegium habentes poſſeſſionem adepti fuere, ſed primi prę-
9 lati fuerunt ex ratione illa, quoniā in ijs tempus datę priuilegiorum attenditur; nec omittenda erit deciſio pronūciata ad beneficium Conſil. Petri Antonij Carauitæ, qui cùm reperiretur in Hiſpaniæ partibus, & ibi in Conſiliarium electus: interea cęteri officiales cęperunt poſſeſſionem in S.C. eo adueniente prætendebant anteferri, tamen ipſe fuit prælatus, quia licet poſſeſſionem officij actualiter non cęperat; nihilominus illico poſt electionem toga indutus fuit in Hiſpania, ſed impeditus non potuit iter accelerare, confert conſil. Fab. Ann. in caſu conſimili 42. per tot. & primus fuit in ſalutando Principem per iura allegata à Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de conſol. nu. 1. lib. 12.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Immunitas conceſſa Ciuibus, an comprehendat non tantum originarios, ſed etiam illos, qui ſunt effecti Ciues per conſtitutionem veri domicilij.*

2 *Literæ Ciuitatis atteſtantis, aliquem eſſe Ciuem eiuſdem Ciuitatis, an probent.*

## DECISIO XII.

1 CVM in R.C.S. tractaretur cauſa cuiuſdam Trieſtini, exiſtente relatore Domino Antonio de Caſtillo, fuit de duobus dubitatū; Primò, an immunitas conceſſa Ciuitati, ſeu Ciuibus, non ſolum proſit originarijs Ciuibus, ſed etiam illis, qui ſunt effecti Ciues per conſtitutionem veri domicilij; & fuit concluſum quod ſic, cùm & ipſi veri ciues dicantur, allegabatur text. in l. ciues C. de incolis lib. 10. & conſ. Dec. 352. Ioan-

Digitized by Google

Ioannes de Plat. in l. nulli C. de priuil. corpor. Vrb. Rom. lib. 10.

Secundò, an literæ Ciuitatis atteſtantis, aliquem eſſe Ciuem eiuſdem
2 Ciuitatis probet, & fuit dictum quod ſic, argumento eorum, quæ dicuntur de Epiſcopo, & officiali, vt in cap. poſt ceſſionem de probationibus, vbi notatur per Ant. de Butr. in c. 1. de cler. pereg. & ita fuit concluſum.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Ciuis verè quis dicatur.*
2 *Habitatio longeua non ſufficit ad conſtituendum Ciuem, vt comodis, atque priuilegijs Ciuium quis potiri poſſit, & deciſio S.C. affertur.*
3 *Ciuis vt dicatur in hac Ciuitate Neap. exigitur, vt ducat vxorem Neapolitanam, & domum ędificet, vel emat.*
4 *Domus ſola comparatio non ſufficit, vt quis ciuis dicatur.*
5 *Habitatio decennalis quando ſufficiat Ciui habitanti.*
6 *Ciuis an probetur per literas Ciuitatis ita atteſtantis.*
7 *Decretum requiritur pro ciuilitate conſequenda, & ita deciſum.*

DVæ reſultant concluſiones deciſæ in hac deciſione: Prima, ſi immunitas ciuibus cōceſſa extendatur ad ciues effectos per conſtitutionem domicilij, nam licet ciuis verè,
1 & ſtrictè dicatur ciuis originarius, Boer. dec. 19. nu. 24. Surd. dec. 329. nu. 9. adhuc autem ciuis dicetur qui domicilium in Ciuitate cōſtituit ſimul cum alijs habitando animo ibi
2 perpetuò permanendi, etenim ſola habitatio quantumcumque longeua non ſufficeret, Napodan. in proem. Caroli num. 180. prout inter cętera aſſerebatur in cauſa Narciſi Piſante petentis in M. C. procedi in cauſa cuiuſdam præambuli, non obſtante remiſſione petita per Antonium Raymum ad Curiam Morroni, ex eo quia Neapoli habitauerat per decennium, & plus, & licet fuiſſet per Sacrum Conſilium mandatum, vt cauſa remitteretur, nulla ratione habita de ciuilitate prædicta; fuit tamen poſtea ſuſpenſum decretum ex alijs, vt in meo Comp. par. 3. verb. remiſſio cauſæ; & vt comodis, atq. priuilegijs ciuium fruatur habitare compellitur in Ciuitate, & in ea domicilium habere, & cum alijs ciuibus onera ſuſtinere, Menoc. de præſump. lib. 6. præſump. 30. num. 24. quod ſanè licet id de iure communi procedat, inſpecto tamen iure noſtro Municipali, vt gaudere poſſit im-
3 munitatibus debet vxorem ducere Neapolitanam, & domum ędificare, vel emere, iuxta pragm. Regis Ferdinandi, vt per Carau. in Ritu 301. n. 34. & propterea exigitur habitatio,
4 nam ſola domus comparatio non ſufficeret, vt in antecedenti nu. 20. probauit, & talis ha-
5 bitatio decennalis ſufficeret, vt deciſum tradit Reg. Rouit. in pragm. 7. nu. 4. de ceſſ. bon. Ric. collect. 1736. Altera verò concluſio reſpicit probationem ciuilitatis per literas Ci-
6 uitatis atteſtantes aliquem eſſe ciuem, vt ibi Carau. ſub d. nu. 20. meminit, ſed verius hoc non ſufficeret, niſi decretum R. C. S. interue-
7 nerit, vt immunitatibus gaudere poſſet, & ſic alias poſtea deciſum retuli in 2. par. noſtri Comp. verb. ciuilitas Neapolitana per rationes ibi traditas.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. 2. §. illud ff. de iniur. declaratur.*
2 *Filio bannito qui ex forma ſtatuti non deberet audiri, pater tamen eius debet audiri.*
3 *Eccleſia non poteſt agere actione iniuriarum pro iniuria clerico illata.*
4 *Famulo vbi eſt facta iniuria, an domino competat actio.*
5 *Iniuria facta Colono, actio domino competit.*
6 *Agnatis pro iniuria agnatis illata, accuſandi ius competit.*
7 *Baroni an competat actio pro iniuria vaſſallo illata.*
8 *Actio an competat Ciuitati pro iniuria Ciui irrogata.*
9 *Actio duplex oritur ex iniuria filio illata.*

## DECISIO XIII.

FVerat quidam verberibus affectus à Titio, & Caio fratribus, quorum verberum cauſa Titius in M. C. vexabatur, & interim Caius à verberato fuit occiſus, pro quo homicidio verberatus dum per eãdem M. C. fuiſſet

cita

Digitized by Google

citatus contumax eſt reputatus, comparuit pater verberati, & in cauſa verberum tāquam pater verberibus cæſi partem in iudicio facere volebat; dubitabatur an poſſet? M.C. decreuit nō eſſe admittendum, & interpoſita appellatione ad S.C. cępi dubitare, nam
1 licet tex. in l. Cornelia §. illud ff. de iniur. dicat, actionem l. Cornel. ciuilē patri non competere, ſed filio in tribus caſibus, de quibus loquitur tex. in d. l. lex Cornelia in princ. & text. in §. ſed lex Cornelia inſt. eod. inter quos caſus erat iſte verberum, de quo agebatur. Tamen conſiderabam, quod propter iniuriam illatam oritur actio ciuilis deſcendens vel ex d. l. Cornelia in dictis tribus caſibus, vel ex l. prætoria in alijs caſibus, quæ actio datur ad extimationem iniuriæ, vt habetur in l. iniuriarum extimatio, & in l. conſtitutionibus ff. eod. titul. oritur etiam actio criminalis ad vindictam, de qua habetur in l. fi. eo. tit. & in l. ſi nō cōuitij ff. eod. tit. & in §. in ſumma inſt. eo. & in l. fin. ff. de priuat. delict. & ex hoc dicebam, quod tex. in d. §. illud loquitur, quando agitur actione ciuili ad iniuriæ extimationem, quo caſu poſ-
2 ſet etiam forſan attentari, quod bannito filio, qui ex forma ſtatuti non deberet audiri, & ſi dicta actio filio competeret per patrem exerceatur, poſſet, & deberet audiri pater, iuxta tex. & ibi Alb. in l. 3. §. ſi filius ff. quod quiſque iuris, non autem procederet ille tex. in d. §. illud, quando pater criminaliter ageret ad vindictam, nam tunc quia patris intereſt non fuiſſe illatam filio iniuriam propter hoc intereſſe etiam ſi ciuilem actionem ad extimationem non haberet poſſe criminaliter accuſare, iuxta terminos tex. in d. l. fi. ff. de iniur. & l. fi. de priuatis delict. deciſio eſt elegans Innocen. Abbat. & aliorum in cap. contingit de ſent. excom. vbi dicitur, quod Ec-
3 cleſia non poteſt agere actione iniuriarum pro iniuria illata clerico, ſed benè criminaliter ad pœnam criminalem Canon. ſi quis ſuadente Diabolo, ad idem deciſio Bar. in l. 1. §. fin. de iniur. vbi determinat, quod facta
4 iniuria famulo, actio iniuriarum Domino competit, quando eſt facta intuitu ipſius Domini, quaſi pro iniuria ſibi illata, ſed ſi non eſt facta in contumeliam ſui, ſecus eſſet, per text. in l. item apud Labeonem §. penul. & fin. ff. eod. ſed eo caſu benè poſſet Dominus criminaliter accuſare, quia ſua intereſt, faciunt dicta per Ioan. de Plat. in l. vnica C. de ſuperexact. lib. 10. idē
5 ſi fiat iniuria Colono, & idem tradit Ang. Aret. in §. patitur in fin. inſt. de iniur. & ante eum ibidem Ioan. de Platea, qui in ſpecie loquitur de agna
6 tis criminaliter accuſantibus propter iniuriam agnatis illatam, in quibus lo
7 cis idem dicitur de Barone reſpectu
8 vaſſalli, & de Ciuitate reſpectu ciuis, ex his quę conſiderabat Hoſt. in cap. vt fama extra de ſent. excom. Ecce ergo, quod quando non competit actio iniuriarum ciuilis pro iniuria alteri illata, benè competit actio criminalis quando accuſantis intereſt iniuriam non eſſe illatam, quo fit, vt ſi Domini Ciuitatis, & Baronis interſit reſpectu Coloni, Ciuis, & Vaſſalli, multo fortius intereſt patris reſpectu filij, verba tex. in l. 1. §. vſq; adeò, & §. fi. & l. pater de iniur. per quem tex. in l. pater Ioa.
9 Faber inſt. eo. dicit, ꝙ ex iniuria illata filio oritur patri vna actio, quam ſuo nomine, & alia filio, quam filij nomine duobus iudicijs exercet.

In S.C. omnibus diſcuſſis, & etiam conſiderata deciſione Alb. in d. §. ſi filius ſupra allegata fuit iudicatum, ꝙ pater admittatur ad faciendum partem in iudicio, die 29. Martij 1568. His à me ſcriptis incidi in illum tractatum de Bannitis in 3. par. 2. temp. q. 47. eiuſdem fuiſſe opinionis per eadem ferè media, & magnoperè gauiſus ſum, S.C. in hac determinatione cum tanto viro concordaſſe.

AD-

Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

*1 Actio accuſandi pro iniuria facta filio patri competit,& quando,remiſſiuè.*

*2 Pater præfertur matri in accuſando necem filij,imò fratribus,filijs,ac nepotibus ex eo natis num.3.*

*4 Pater pro iniuria facta filio naturali, ac filiæ nupta,an præferatur alijs.*

*5 Pater iniuriam factam filio an remictat, remiſſiuè,& quando.*

*6 Pater ſolus, an inſimul cum filio remictere debeant iniuriam, & quando, & deciſio citatur.*

1 SVboritur cōcluſio iuris iam deciſa ex iſta deciſione Auctoris, nempè,quod erit licitum patri partem facere in iudicio aduerſus vulnerantem,ſeu occidentem filium, eſt certum, quod patri competit actio accuſandi de iniuria facta filio, quomodo, & qualiter procedat abundanter proſequitur Farinac. in eius praxi q.105.nu.255.& ſeq. ſi ex lege Cornelia , vel iure ciuili deſcenderet actio competitura,& quod pater præferatur matri
2 in accuſando necem filij, ex Salyc.& Affl. notat Foller.in eius prax.crim. rubr. audiantur excuſatores num.20.ibiq; num.44. concludit etiam præferri fratribus, filijs, & nepoti-
3 bus ex eo natis,nouiſſimè Ludouic.Gilhauſ. in ſuo arbore iudic.crimin.cap.2,tit.34.§.5. multa alia ad idem conferentia recollexit , ſi pro iniuria illata filio bannito,vel emancipa-
4 to ; item pro iniuria illata filio naturali, ac pro iniuria filiæ nuptæ,& in concurſu ſoceri, atque parentis pro iniuria vxori illata præferatur, adeò quod dum poterit pater accuſa-
5 re pro iniuria filio facta, ſimiliter & remictere,hanc regulam cum fallentijs poſuit Boer. dec.120. quem ſequutus eſt idem Foller.nu. 44.ſed melius Iul.Clar.in §.fi.q.58. num.21. licet affirmatiuam opinionem ſequatur, at-
6 tamen non ita ſimpliciter putat in actu practico eſſe actendendam,nam ſi id procederet pro iniuria ſimplici,non tamen vbi vulnera, & verbera interuenerint, quoniam tūc opus eſſet amborum conſenſu;& ſic in illo Senatu ſeruatum tradit, de quo ſatis per Farinac. in eius prax.crim.q.14.nu.34.cum ſeq. & melius, atq; prolixius Guazin.in tract. de pace par.1. q.10. per tot. nouiſſimè autem Præſ. de Franch. dec.715. tam in agendo loquitur iuxta mentem Actoris noſtri,quàm remictēdo,ſequendo ſententiam Iulij Clari, & ita deciſum teſtatur, de quo in meo Compend. par.1.verb.pater,conferunt etiam adducta per Ricc.deciſ.Curiæ Archiep.28. inquirebatur lib.1.

Thoro.

### SVMMARIVM.

*1 Aſſenſus Regius non requiritur in refutatione,quæ fit immediatè ſucceſſuro.*

*2 Renunciatio feudi ob defectum aſſenſus nulla.*

*2 Feudi hereditarij qualitas, & natura.*

*3 Filius renunciās paternæ ſucceſſioni cum iuramento ſibi præiudicat.*

*5 Aſſenſus an requiratur in renunciatione iuris de ſuccedendo.*

*6 Renunciatio extinctiua ſpei de ſuccedendo non requirit aſſenſum.*

*7 Aſſenſus an requiratur in renunciatione iuris ſucceſſionis delatæ proximo agnato.*

*8 Agnatus ſi viuente feudatario vult renunciare in manibus viuentis iuri de ſuccedendo,an id fieri poſſit ſine aſſenſu.*

## DECISIO XIV.

1 ASſenſus Regius non requiritur in refutatione, quando fit immediatè ſucceſſuro,c.j. §.& ſi libellum de alien. feu. patern. cum ſimilib. Ex iſta regula fuit orta dubitatio in Camera in quadam cauſa vertente inter Ioan. Franciſcum Balduinum, & eius nepotem filium Hieronymi Balduini fratris primogeniti Ioa.Franciſci prædicti ; pater enim dictorum fratrum quæſitis nonnullis feudis, quædam Hieronymo primogenito donauerat,qui Hieronymus contemplatione fratrum renunciauit ſucceſſioni aliorum feudorum patri mediante iuramento, mortuo demum patre, & per eum dictorū feudorum in fauorem ſecundogeniti facta diſpoſitione, filius ex primogenito petebat ſe tanquam ex primogenito inueſtiri, cui ſucceſſio dictorum feudorum delata fuerat,non obſtante
2 renunciatione, ex quo aſſenſus ſuper ea nō fuerat impetratus,& conſequēter

ter

Digitized by Google

ter erat nulla, quia videbatur, diſpoſitionem prædictam paternam non in fauorem proximè ſucceſſuri, ſed remotioris; fuit tamen iudicatum, renunciationem prædictam etiam ſine conſenſu valuiſſe, & conſiderando, quod feuda, de quibus agebatur erant hæ-
3 reditaria, qua de cauſa nemo ad illorum ſucceſſionẽ aſpirare poterat, qui ab hæreditate eſſet excluſus, cap. 1. an agnati, & cùm primogenitus renun-
4 ciaſſet paternæ ſucceſſioni cum iuramento in manibus patris, talis renunciatio tanquam valida excludebat eũ ab hęreditate iam dicta, cap. quamuis extra de pact. in 6. & ſucceſſiuè à ſucceſſione in feudis, nec reperitur in iu-
5 re cautum, quod renunciatio iuri de ſuccedendo in feudo requirat aſſenſum, tũc .n. requiritur aſſenſus, quãdo transfertur de perſona in perſonam, vel feudum, vel ius ad feudum, Andr. in Conſt. Regni honorem noſtri Diadematis col. penul. verſ. ſecus eſſet, & in renunciatione huiuſmodi nullum ius, nullaq. actio de perſona ad perſonam transfertur, ſed tantum renuncians abdicat perſonam ſuam de medio, adeò quod iſta renunciatio
6 non eſt iuris renunciantis translatiua, ſed tantum extinctiua ſpei de ſuccedendo, prout conſiderabat Aluarot. & Præpoſ. in cap. 1. de eo qui fin. fec. agn.

Et ſicuti delata ſucceſſione agna-
7 to proximiori, ſi ille proximior vellet renunciare ſucceſſionem, nemo dubitabit, id ſine aſſenſu fieri poſſe, & ſequens in gradu ſuccedet, non ex perſona renunciantis, ſed ex perſona propria, remoto obſtaculo proximioris,
8 ita ſi viuente feudatario velit renunciare in manibus viuentis iuri de ſuccedendo cum iuramento, quod fieri poteſt, d. cap. quamuis, non transfert ius aliquod in agnatum proximiorẽ, ſed tantum ille agnatus remotior reperitur proximior, remoto obſtaculo, nec requiritur aſſenſus, & hoc videtur etiam fundari per text. in d. c. 1. de eo qui fin. fec. agnat. qui loquitur quando agnatus finem fecit feudatario poſſidenti feudum, & præſupponit, renunciationem valere, & nihil loquitur de aſſenſu Domini, & clarior tex. qui loquitur in pacto de non ſuccedendo in cap. 1. §. fi. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. ſic pronunciatum fuit vltimo menſis Ianuar. 1560.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Aſſenſus in refutatione facta immediatè ſucceſſuro an requiratur, referantur Doct. in iure pro vtraque parte allegantes, & etiã deciſiones deſuper factæ traduntur.*
2 *Refutatio alteri quã proximo ſucceſſuro fieri non poteſt.*
3 *Pater magis eſt proximus filio, quam frater.*
4 *Aſſenſus in refutatione facta in ſucceſſurum immediatè non requiritur.*
5 *Refutatio ſinplex in proximum ſucceſſurum omni iure permictitur.*
6 *Refutatio quæ fit in ſucceſſurum immediatè qualiter eſſe debeat, & quas qualitates habere debeat, nu. 7.*
8 *Proximitas in refutatione quo tempore erit attendenda, vel mortis, vel refutationis, deciſio deſuper affertur, nu. 9.*

1 AB iſta deciſione reſultat concluſio iam decisa, vt non requiratur aſſenſus in refutatione facta immediatè ſucceſſuro, contra hanc eandem cauſam deciſam ab Auctore noſtro relatam in iure allegauit Io. Vincen. Anna in alleg. 124. & iterum in repet. cap. 1. de vaxall. decrep. ætat. à num. 188. ad 231. licet pro deciſionis articuli determinatione in eadem cauſa ſimiliter in contrarium allegauit in iure Marcell. de Mauro in alleg. 42. vbi Abb. Hieron. de Mauro de ijs memor teſtificatur, vltra Conſil. Fab. Ann. conſ 41. in fi. fuiſſe tamen determinatum contra Annę allegationes, prout ipſemet fatetur in eadem repet. num. 290. prout memor fui in meo Compendio deciſ. Regni par. 1. verb. patruus quibus addo Camill. de Medic. in conſ. 136. nu. 13. vbi de eadem deciſione ſimiliter memor eſt, ſubdens idem in proprijs terminis deciſum

deciſum fuiſſe in cauſa Breſegnæ, penès Squillantem. Ex hoc igitur comprobatur conclu-
2 ſio illa, nempè quod refutatio fieri alteri non poteſt, niſi proximo ſucceſſuro, vt idem Ann. notauit in d. alleg. 124. n. j. & in d. repet. n. 378
3 & 379. & ſubdit n. 380. patrem eſſe magis filio proximiorẽ, & ſucceſſiuè fratrẽ in ſecundo gradu perſiſtere, Conſ. Geor. alleg. 7. quo fit, vt fa-
4 cta refutatione in proximiorem immediatè ſucceſſurum non erit opus Regio aſſenſu, & ſic communiter DD. hanc firmant opinionem Præſ. de Franch. dec. 663. nu. 4. Medic. conſ. 35 num. 28. & melius conſ. 104. nu. 20. vbi rationem de hoc tradit, Reg. Rouit. conſ. 28. nu. 9. vol. 2. Conſil. Georg. in repet. feud. c. 48. nu. 13. Fab. Anna conſ. 8. nu. 13. & 14. Bammac. in cap. beneficium num. 12. & 20. ſi de feud. def. milit. & num. 37. & 104. Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit 8. in princ. num. 4. Reg. Tapia deciſ. S. C. 12. nu. 11. Galup. in ſua methodo feu. 2. par. c. 5. nu. 1. poſtquã talis refutatio ſimplex
5 in proximum ſucceſſorem permiſſa eſt tã de iure communi feudorum, quàm Regni, Reg. de Pont. in lect. feud. 16. nu. 9. & vt valeat ſine
6 aſſenſu exigitur, vt ſit pura, ſimplex, ſiue fiat de iure quæſito, ſiue iam delato, eo quia tunc non diceretur alienatio, ſed reſtrictio iurium refutantis, idem Medic. d. conſ. 35. nu. 34. & 35. vbi in antecedenti num. 28. & 29. retulit, vt talis
7 refutatio ſubſiſtet, duæ qualitates ineſſe debent hoc eſt, vt fiat proximo ſucceſſuro, & ſit ſimplex, ſed quo tempore erit attendenda proxi-
8 mitas iſta, an tempore refutationis, vel mortis, ſunt opiniones contrarię inter Doct. nam Camerar. in cap. imperialem, dixit eſſe attendendum tempus refutationis ex Napodan. in Conſuet. ſi qua moriens verb. tantum, & ſequitur Cannet. in cap. volẽtes §. & quatenus, quos probat Gallup. vbi ſupra num. 17. & vltra eos Camill. de Med. d. conſ. 35. nu. 28. & 29. Reg. Rouit. d. conſ. 29. num. 9. tom. 2. licet Anna in d. repet. nu. 187. contrarium dicat, ſed atten-
9 dendum eſſe tempus mortis; ſed ita ſe habere communem opinionem ſecundum quam iudicatum fuiſſe teſtatur Maſtril. in addi. ad Pet. Gregor. de ſucceſ. feu. lib. 4. q. 10. lit. B. quem ſequutus eſt Reg. de Pon. dec. 4. num. 12. & 21 ad. Gallupp. non aliter citatus, hanc eandem opinionem ſequendo inſimul cum Blaſc. & Hartam. Piſtor. cui adhęrent Medic. & Rouit. ibi, vt ſcilicet tempus actus celebrati, proximitas erit attendenda, non autem mortis.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Mater tranſiens ad ſecunda vota mortuo filio alijs ſuperſtitibus, ſuccedit in vſufructu tãtum, reſpectu bonorum obuentorum filio à patre.*

2 *Fructus peruenti ex paterna ſucceſſione, an dicantur prouenire ex paterna ſubſtantia.*

3 *Dominus Vincentius de Franchis Commiſſarius præſentis cauſæ memoratur.*

4 *Authentica ex teſtamento C. de ſecund. nupt. declaratur.*

5 *Diſpoſitio facta de bonis obuentis ex bonis alterius, comprehendit fructus.*

## DECISIO XV.

1 AVthent. ex teſtamento C. de ſecund. nupt. diſponit, matrem, quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit ſuccedere filijs primi matrimonij quoad vſumfructum tantum, reſpectu bonorum, quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt; fuit dubitatum in S. C. quid de fructibus,
2 quos filius ex primo matrimonio conſequutus eſt ex bonis habitis ex paterna hæreditate; & ſucceſſione, an fructus prædicti ſint talis cõditionis, vt mater ſuccedat in vſufructu tantum, tãquam in bonis peruentis ad filium ex paterna ſubſtantia.

Quando iſte punctus fuit votatus, non potui intereſſe in illa Rota, in qua erat Cõmiſſarius cauſæ D. Vincen-
3 tius de Franchis, ex quo in alia Rota eram impeditus, tamen vidi poſtmodũ
4 pronũciatum eſſe, ꝙ diſpoſitio d. auth. ceſſet in iſto caſu, & ita ẽt ego votaſſẽ.

Et inter cœtera, quæ cõſiderabam, erat vnum, ꝙ ſi debemus attendere ver-
5 ba poſita in d. auth. caſus eſſet valdè dubitabilis in fauorem filiorũ, nam diſpoſitio facta de bonis obuentis ex bonis alterius cõprehẽdit fructus, & ideo diſpoſitio prædicta loquens de bonis obuentis ex paterna ſubſtantia, fructus comprehenderet, quia illi ex paterna ſubſtantia prouenire dicuntur, ex his

D quæ

Digitized by Google

quæ alias notaui in deciſ.6.per text.i n l.3. §. nonnunquam ff.de vſuris; ſed in huiuſmodi puncti determinatione dicebam, debere attendi verba poſita in corpore vnde ſumitur authent. prædict. quæ verba ſūt in §.hinc nos verſ. ſi autem inteſtatus authen.de nupt.vbi quamuis dicatur; quod in bonis,quæ ad filium peruenerunt ex paterna ſubſtantia, mater habet in illo caſu vſumfructum tantum, tamen ſubdit ibi tex. quod in cęteris bonis omnibus,quę habuit præter paternam ſucceſſionem, habet integram proprietatem,& ſic videtur nolle per hæc verba, quod diſpoſitio prædicta locum habeat in bonis tantum,quæ fuerunt patris tempore mortis eius;& ſic fuit iudicatum.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Deciſio Authoris memoratur à Præſide de Franchis.*

2 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, an tantum vſumfructum habeat bonorum,quæ ex ſubſtantia mariti proueniunt ad filium,cui ab inteſtato ſucceſſerat,vel proprietatem,deciſio traditur.*

3 *Voluntas expreſſa,vel tacita illius filij requiratur,vt mater binuba efficiatur domina abſoluta bonorum ipſius.*

REaſſumitur ex iſta deciſ. quod mater tranſiens ad ſecunda vota vſumfructum percipit ex bonis paternis filiorum ſuorum,& pariter ex fructibus introituum remanſis ex hæreditate paterna,mortuo vno ex filijs,cui inſi-
1 mul cum alijs filijs ſuccedere intendit, de hac eadem deciſ.meminit Præſ. de Frāch dec.18. vbi allegat noſtrum Authorem de ipſa dubitantem, pro cuius ornatu eandem ſectantes opinionem citaui DD. aliquos in prima parte noſtri Compendij in verb.mater tranſiens, Fab.Ann.conſ.119.num.25.& 26. vbi iſtam deciſionem declarat, qualiter procedat,Conſil.Ioan.Andr.de Georg. alleg.24. nu.8.& 12.alleg.25.nu.5.Molſ.in Comment. ad Conſuetud.Neapol.par.2.quæſt.20.num.3 Gratian.diſcept.forenſ.tom.3. c.540. num.9. Peregr.de fideicommiſſ.ar.49. incip.ſecundo autem tempore num. 20. de quibus memor eſt idem Molfeſ.in 2.tom.in addit. ad dictam quæſt.2.num.2. conſert prædictis etiam optima deciſ.Franc.Hieronym.de Leo 158.par.2.
2 vbi de matre tranſeunte ad ſecunda vota agit,ſi tantum habeat vſumfructum bonorum quæ ex mariti ſubſtantia peruenerunt ad filium,cui ipſa ab inteſtato ſucceſſit, an verò etiam in proprietate ipſorum, & deciſum refert affirmatiuè per rationes ibi deductas; ſi-
3 militer mater binuba,ad hoc vt efficiatur abſoluta Domina bonorum filij, requiritur expreſſa illius voluntas,& diſpoſitio,non autem tacita, latè Manent.dec.Mantuæ 47.num.19. vbi in ſequētibus notat qualiter procedat,ampliando regulam ipſam.

Thore

### *SVMMARIVM.*

Deciſ.16. & 17.

1 *Hypotheca tacita an detur pro vſuris rei, ſeu quantitatis legatæ.*

2 *Neguſ.opinio in 5.par.reprobatur.*

3 *Conditione purificata, non datur retrotractio in legatis conditionalibus.*

4 *Hypotheca indiſtinctè datur pro vſuris rei legatæ.*

5 *Conditione purificata, an in legatis conditionalibus retrotractio fiat ad tempus mortis teſtatoris.*

6 *Conditio an retrotrahatur in legato puro.*

7 *Legatorum natura in quo conſiſtat.*

8 *Alienatio facta per hæredem rei legatæ ſub conditione, an obſit legatario purificata conditione.*

9 *Hypotheca tacita, quam lex conſtituit in legatis,cuius natura exiſtat.*

10 *Intellectus ad tex.in l.qui balneum §. ſi hæres ff. qui pot. in pign. hab. nouus traditur.*

11 *Filiofamilias contrahente, purificata conditione tempore quo erat ſui iuris,actio patri quæritur.*

12 *Noua ponderatio tex.in l.ſi legati ff. de pign. contra Neguſ.*

13 *Conditionem in legatis non retrotrahi, qualiter intelligatur.*

## DECISIO XVI

IN quadam cauſa, exiſtente Domino Vincentio de Franchis relatore; fuit dubitatum, an pro vſu-

Digitized by Google

1 vſuris rei, ſeu quantitatis legatæ detur tacita hypotheca, ſicut pro re legata, quod iſte punctus fuit diſcuſſus, Domini de Sacro Conſilio noluerunt multum inſtare, ex quo attentis verbis teſtamenti in caſu de quo agebatur apparebat, teſtatorem ita de fructibus, ſeu vſuris, ſicuti de re principali legata diſpoſuiſſe, & ideo videbatur dari hypothecam, prout fuit pronunciatum. Ego autem hunc punctum ſecũdum ea quæ mihi occurrunt contra opinionem Ne
2 guſ. determinarem, qui in tract. de pignor. 1. membr. 5. par. verſ. ſextò quæritur tenuit, quod ſi bona tempore quo vſurę deberi incipiunt penès hæredem reperiuntur, tunc datur tacita hypotheca, alias ſecus, & idem dicit in eodem membro in ead. part. verſ. & nõ obſtat d. l. Lucius ibi, & idem putarem dicendum, nam omne Neguſ. fundamentum in eo conſiſtit, quod purifica-
3 ta conditione in legatis conditionalibus nõ retrotrahitur, & eodem modo, ſi legatum eſſet purum, & per non ſolutionem ſortis vſuræ deberi incipiunt, non deberent retrotrahi, ſi bona penès alium alienata reperiuntur, & cùm ex
4 his, quæ in ſequenti deciſione ſubnectam hoc non militet, ſequitur quod indiſtinctè pro vſuris datur hypotheca; & ſic iudicatum.

## DECISIO XVII.

IN eadem cauſa fuit dubitatum, an in legato conditionali purificata cõditione fiat retrotractio ad
5 tempus mortis teſtatoris, vt ſuper bonis ipſius teſtatoris legatario poſſit eſſe conſultum, non obſtante alienatione medio tempore per hæredem facta; dubium faciebat tex. in l. 1. §. ſerui appellatione ff. ad Sillania. & in l. quæ legata ff. de regul. iur. & in l. ſi filiusfamilias ff. de verbor. obligat. Quibus iuribus cauetur, quod ſtipulante filiofamilias effecti conditio exiſtat, ſecus autem eſſet in legato conditionali, quæ iura videntur probare, quod in contractibus verum eſt dicere, conditionem retrotrahi, at contrariũ in legatis conditionalibus fore cenſendum, & per iſta iura ſic concludit Neguſ. in d. tract. de pignor. in 1. memb. 5. part. verſ. ſexto quæritur nu. 11. vbi firmat, quod ſi bona reperiuntur penès hæredem non alienata, neque obligata, tunc datur ſuper illis hypotheca, & idem tradit in eodem membro eiuſd. part. verſ. in ſecundo autem caſu, vſque ad verſ. ſeptimum notandum, vbi concludit, quod ſi medio tempore ante purificationem cõditionis, res eſt alienata, ſuper ea hypotheca non datur, quia iura prædicta diſponunt, conditionem non retrotrahi, & idem putat in legato puro reſpectu vſurarum pro-
6 pter legatum non ſolutum, nam licet vſuræ prædictæ debeantur, tamen retrotractio fieri non poteſt, ex quo hoc
7 eſſet contra naturam legatorum, quæ eſt, quod non fiat retrotractio per iura prædicta, & ſic intelligit, & declarat conſ. Socci. 41. vol. 4.

Contrarium tamen fuit concluſum, quod immò purificata conditione legati nihil obſit legatario pro conſequutione nedum legati, verum etiam
8 vſurarum alienatio, vel hypotheca interim per hæredem cõtracta: Primo, quia tacita hypotheca quam lex conſtituit in legatis, & in cęteris caſibus in iure expreſſis, ita miniſterio iuris conſtituta cenſentur, ac ſi ipſi Domini diſponentes expreſſam contrahendo contraxiſſent, vt in legato probat tex. in l. 1. ibi cùm enim hoc in iure increbuit licere teſtatori hypothecã rerum ſuarum dare teſtamento, & ibi apparet ex eius voluntate etiam præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas C. commun. de leg. in cęteris verò caſibus probat tex. in l. vnica §. & vt plenius C. de rei vx. act. & in l. 3. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tac. contrahatur, & hoc modo ipſe



Digitized by Google

Neguſant. arguit in dicto tractatu in primo membro 5.par. verſ. ego autem,
9 ex hoc ergo infertur, quod ſi tacita hypotheca à lege inducta videtur à diſponente contracta, nulla quidem ſubeſt ratio, cur conditio purificata non retrotrahatur, per text. in l. qui balneum §.1. & in l. potior in princ. ff. qui pot. in pign. hab. & in hypotheca contracta per debitorem, omnes fatentur per iura prædicta.

Secundò, probatur per text. in d. l. qui balneum §. ſi hæres ff. qui pot. in pign. hab. vbi eſt text. quod ſi hæres ob
10 legata, quæ ſub conditione data erant, pignus rei ſuæ cõſtituit, demum idem pignus alteri ob creditum ſibi pecuniam dedit, & poſtremò conditio legatis adiecta extitit, prefertur in pignore iam dicto legatarius, cui prius ab hærede traditum fuerat. Ecce ergo quod ſi pignus voluntate hæredis legato conditionali accedat, conditio retrotrahatur.

Et certè, ſi attendimus tempora Digeſtorum, quibus pro legatis non dabatur hypotheca, illud operata fuit pignoris conſtitutio facta ab hærede, quod nunc de iure Codicis operatur teſtatoris diſpoſitio, ſecundum quod eius voluntate hypotheca exiſtat conſtituta, vndè ſi hæres pignorauerit, conditio retrotrahitur, illud eſt & fortius, ſi teſtator fecit, vel illum feciſſe, lex intelligit, & ſic videtur textus apertus pro iſta concluſione, nec valet reſponſio ad illum textum, quam dat Neguſ. in dicto tractatu primo membro 5.par. verſ. concluditur ergo, quod in caſu dicti §. ſi hæres pignus erat datum per hæredem de re ſua legatario, & ſic erat pignus conuentionale, & nil mirũ ſi conditio retrotrahitur, nam miror, quod tantus vir in hoc decipiatur, quamuis enim per hæredem ſit datum pignus, illud tamen datum eſt, vt legato accederet, & ſic ſecundum naturam legati cui accedit regulari deberet, vulgatis iuribus, & faciunt in ſpecie, quæ de actione dicuntur, vt ſecundum naturam eius rei cui accedit regulari debeat, vt per Tiraquell. in tract. de retract. lignager. in §.1. gloſ.7. num.3.

Et ſi vera eſſet concluſio Neguſant. retrahi non deberet conditio; nam text. in d. l. qui balneum in proximis dictis antè dicto §. ſi hæres determinauerat, in pignore conditionali accedente contractui conditionem retrotrahi, fruſtra ergo dubitaſſet in dicto §. ſi hæres, quoniam immediatè ponit, ſi pignus ab hærede datum conditionale cenſeretur, & tanquam contractui accedens; ſed dubitauit, quia accedebat legato, & cùm ſupra in contractu determinaſſet, voluit poſtea in legato determinare.

Et probatur per hunc textum, quem licet allegat Neguſant. non tamen ad hoc, quod dicam, animaduertit in l. ſi legati conditionalis nomine ff. de pignor. in quo diſponitur, quod ſi filiofamilias eſt factum legatum conditionale, & ob id pater pignori accepit ab hærede rem propriam ipſius hæredis, ſi poſtea ſequatur conditio, tempore quo filiusfamilias ſui iuris eſt effectus, legatum non patri, ſed filio competit, & pignus patri non prodeſt, quia ſibi legatum non debetur, neque filio, quia ſuo nomine pignus non eſt acceptum: Ecce ergo, quod pignoris datio facta per hæredem rei propriæ non facit actum conuentionalem cenſeri, tanquam ex contractu præcedentem, quia ſi taliter cenſeretur, vtique legatum patri deberetur, nam de iure expeditum eſt, quod ſi filiusfamilias ex con-
11 tractu ſub conditione ſtipulatus eſt; purificata conditione tempore quo eſt ſui iuris effectus, tamen adhuc actio patri quæritur, quia retrotrahitur, quod in legatis ſecus eſt, vt habetur in d. l. ſi filiusfamilias ff. de verb. obl. & in iuribus ſupra in princ. adductis, & ideo ſi non obſtante, q̃ ſit datum

pignus

12 pignus per hęredem rei propriæ ipſius pro legato conditionali facto filiofamilias, purificata conditione tempore exiſtentiæ ſui iuris, legatum patri non deberetur, apertè probatur dationem pignoris prædicti non facere, quod cenſeatur contractus conuentionalis, ſed quod accedit hypotheca legato,& reſponſio Neguſantij non eſt vera, ex tex.in d.§.ſi hæres ineuitabiliter probat contra concluſionem ipſius.

Tertiò eſt caſus apertus in l.final. §. ſin autem ſub conditione C.commun. de leg.per quem text.Bart.ibidem tra-
13 dit, id quod dicitur in legato conditionem non retrotrahi, intelligitur quoad dominium, & commoda rei legatæ, ſecus autem quantum ad reſcindendam venditionem, ad finem, vt legatarius legatum conſequatur, & ſic etiam alij DD. intelligunt, vt dicit Iaſ.in d.l.ſi filiusfamilias in princ. col. 3. ibi item illud quod dictum eſt ff. de verb.obl.& in l.ſi is qui pro emptore num.315.ff.de vſucap.

Et dùm aliàs in quadam cauſa vertente in Regia Camera Summariæ tẽpore quo ibi eram Præſidẽs, ſuper hoc dubitaretur; fuit iudicatum contra dictum Neguſ.& in iſta cauſa pariter Sacrum Cõſilium iudicauit, hypothecariam actionem competere legatario conditionali, purificata conditione, etiam pro vſuris; non obſtante alienatione per hæredem interim facta, & quippe ſatis cum naturali ratione, ne ſit in manu hæredis fraudare legatarium teſtatoris diſpoſitione; ſententia fuit lata in fauorem quarumdam mulierum de domo Ferraiola, Actuarius Ioan.Angelus Villalua, Commiſſarius D.Vincentius de Franchis.

## ADDITIO.

Deciſ.16.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio Auctoris memoratur à Præſ.de Frãc.*
2 *Actio hypothecaria pro legatis, an competat.*
3 *Actio hypothecaria, an competat pro fructibus rei legatæ.*

1 COmperitur deciſa quæſtio illa, num pro vſuris legatorum detur hypotheca, de qua deciſione eſt memor Præſ.de Franch.dec. 374.ſub nu.12.dicens, eo referente, fuiſſe reſeruatam meliorem deliberationem, ſubdens poſtea fuiſſe explicatam contra legatarium, idẽq; confirmat in dec.613.ſub nu.13. & ſic videtur contrariari huic deciſioni,& licet actio hypo-
2 thecaria cõpetat pro legatis, vt communiter ſentiunt DD.relati per Graſſ. de ſucceſſ.to.1. §.legatum q.76.Manent.deciſ.Mantuæ 42.nu. 8.dec.48.nu.7.latè Mantic.de tacit.& ambig. lib.11.tit.17.Magon.deciſ.Flor.59.Statil.Pacific.de Saluian.interdi.inſpect.3.c.4.& ſic iudicatum refert Serafin.deciſ.Rom.1394.nu.3. & copioſè Chriſtoph.Martius in deciſ.Senen. exam.23.per tot & præſertim nu.48. conclu-
3 dit, hypothecam non dari pro fructibus rei legatæ, etiam ſi teſtator legaſſet aliquid ex fructibus, iuxta deciſ. Surd.271. quamquam Neguſan.opinionem ſequatur Statil.Paciſ.vbi ſupra nu 195. ſed veritas ex ſequentibus colligi poterit.

Thoro.

## ADDITIO.

Deciſ.17.

### SVMMARIVM.

1 *Hypotheca purificata conditione, an retrotrahatur in legatis, & quando erit locus retrotractioni, nu.2*
3 *Hypotheca pro legato rei particularis, an competat.*
3 *Hypotheca pro annuis legatis, an competat.*

EX iſta deciſione reſultare cernitur concluſio illa, nẽpè vt retrotractio fiat ad tẽpus mortis teſtatoris in legato cõditionali purificata cõditione, ad hoc, vt conſultũ ſit legatario experiri ſuper bonis teſtatoris, non obſtante alienatione medio tpe facta per hęredes, de hac quæſt. ſi
1 hypotheca purificata cõditione retrotrahatur in legatis, negatiuè probat ex Bal.Nouell. Neguſ.Cioff.& Anch.Iun.Maſtrill.dec.78. nu.4.

 quibus

quibus addo Ioan. Bapt. Coſta in tract. de retrotract. caſu 32. c. 7. num. 16. & melius Cæſ. Manent. deciſ. Mantuæ 48 num. 6. præſertim
2 agit quãdo locus erit retrotractioni, maximè quando legatum eſſet ſpeciei, allegando Neguſant. ab Auctore citatum; & propter tale
3 legatum rei particularis hypothecaria competit, ita ex d. Neguſ. Fulgoſ. Rip. Gabr. & Put. probat Grat. diſcept. forenſ. c. 731. nu. 23. vel illam obligaſſet ſpecificè pro legato, idem c. 377. nu. 12. Cęterum reſpectu annuorum le-
4 gatorum hypotheca ceſſaret, vt poſt Manent. loc. cit. per tot. deciſ. Grat. c. 294. nu. 8. & cap. 683. num. 19.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Superexactio à iure eſt prohibita.*
2 *Legis mens vbi ceſsat, diſpoſitio ceſſat.*
3 *Ratio legis vbi ceſsat, lex ceſsat.*
4 *Exactiones quæ fiunt per Perceptores Prouinciarum non poſſunt confundi.*

## DECISIO XVIII.

1 SVperexactio à iure eſt prohibita, de qua eſt titul. C. de ſuperexact. lib. 12. & in inſtructionibus Regię Camerę Prouinciarum Perceptoribus conſignari ſolitis, adeſt inſtructio, quod ſi Perceptores aliquid ab Vniuerſitatibus Regni ſuperexigunt, quod ſuperexactio in Curię beneficium cadat, ipſi autem de proprio Vniuerſitatibus reſtituere tenentur.

Et hoc fuit dubitatum in Camera, ſi Perceptor in vno, eodemq; tempore, & anno ratione vnius impoſitionis ab Vniuerſitate ſuperexegerit, in alia verò exactione, ſeu impoſitione, minus quã quantitas debita expoſceret exigit, an teneatur ad pęnam dictæ inſtructionis.

Aliqui ex Dominis dixerunt, quod non, quia inſtructionis mens illa fuit, quod Vniuerſitatibus conſuleretur, nè ex ſuperexactione indebita grauarentur, cùmq; coaceruatis omnibus ſummis debitis: & rurſus omnibus quantitatibus ſolutis, Vniuerſitas nihil indebitè ſoluit, inferri debet ceſſare diſpoſitionem pęnalem, ex illa vulgari regu-
2 la, vbi ceſſat mens legis, & eius diſpoſi-
3 tio ceſſare debet, & vbi ceſſat ratio, & pariter lex ceſſat, & lex non verba, ſed ſenſum attendit, l. ſi quis filium C. de lib. præt.

Alij verò contrarium ſentiebant, ea potiſſimum ratione, quia vt ex eiuſdẽ Cameræ inſtructionibus, ac ordinibus
4 conſtat, exactiones quæ fiunt per Perceptores non poſſunt confundi, ſed ſeparata ratio redditur, & ideo malefactum in vna, non debet compenſari cũ benefacto in alia, quia ſeparatorum ſeparata ratio conſideratur, vulgata l. ſi. C. de calum.

Ego autem diſtinguendum duxi, quod cùm iſta exactio plurium impoſitionum eſt facta in vna, eademque tanda, & tunc quia in effectu Vniuerſitas nullum grauamen recipit, quia plus ſoluit in vna, quia tantundem minus ſoluit in alia, procedere deberet prima opinio, aut maior exactio in vna impoſitione eſt facta reſpectu vnius tandæ ſequentis in alia impoſitione, & tunc quia iam Perceptor in faciendo primam ſuperexactionem Vniuerſitatem grauauerat etiam ob formam non ſeruatam commiſerat, licet poſtea in ſequenti tanda in alia impoſitione minorem exactionem fecerit; non propter hoc pęnam iam dictam poterit euitare: & tunc ſecunda opinio locum ſibi vendicabit, & in hoc concurrerunt quaſi omnes Domini; & iuxta hanc diſtinctionem Perceptor fuit condemnatus. Rationalis referens computorum Magnificus Anellus Candidus in computo Perceptoris Baſilicatę, die 7. Febr. 1566.

AD-

Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſio fit quando vbertas vnius anni poterit cum ſterilitate alterius compenſari.*
2 *Annua præſtatio debita ex fructibus rei, ſi vno anno fructus ſufficientes non naſcantur, an erit ſoluenda ex fructibus ſequentis anni.*
3 *Exactio ſuperflua de iure eſt improbata.*
4 *Poena dupli debetur, quando citra violentiam ſuperfluum exigeretur, & quadrupli ea exiſtente.*
5 *Lex quamuis dura, erit ſeruanda.*
6 *Reus ſe poenæ ſubdit.*
7 *Aeſtimatores prædiorum minuentes æſtimationem bonorum potentum, & augentes æſtimationem bonorum pauperum, puniri an debeant.*
8 *Cauallarij Apuleæ deſtinati ad numerandum animalia, ſi minus numerauerint, an puniri debeant, deciſio refertur.*

SVmitur ex iſta deciſione concluſio, quod ſi Perceptor ab aliqua Vniuerſitate ſuperexegerit aliquid pluris pro aliqua impoſitione, & deinde in alia impoſitione minus, non erit immunis à pęna impoſita contra Perceptores plus exigentes impoſita. Videbatur primo aſpectu dicendum, quemadmodum remiſſio
1 fit quando vbertas vnius anni poterit cōpenſari cum ſterilitate alterius anni, ſiuè proximè procedat, ſiue alij intermedij ſint, maximè quando ſumus in eadem locatione, ita Boſſ. in tit de remiſſ. merc. conduct. nu. 99. &
2 pariter annua præſtatio debita ex fructibus rei ſi vno anno fructus ſufficientes non naſcantur ſoluenda erit ex fructibus ſequentium annorum, probat Cencius in tract. de cenſ. par. 1. c. 3. q. 2. ar. 3. nu. 12. & ſic è contra ſuperfluum exigendo compenſari debuerat cum altera taxa ſoluenda; verumtamen cum hoc ſit ex-
3 preſsè prohibitum de iure, ex tex. in l. 1. C. de ſuperexact. lib. 12. vbi Luc. Ioa. de Plat. Rebuf. de qua etiam memor eſt Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. de regal. impoſ. §. 2. nu. 47. vbi ſub-
4 iunxit, pęnam dupli eſſe, quando ſine violentia ſuperfluum exigitur, quadrupli verò ea accedente, & nu. 48. praxim tradit ſolitam in viſione computorum, per quam dicitur ſoluat, & repetat eſſe de iure fundatam, & ibi alia conferentia adduxit, per exiſtētiam autem legis ſcriptæ non videbatur poſſe excuſari, ete-
5 nim lex quamuis dura ſeruanda erit, l. proſpexit ff. qui, vel à quibus, quo fit, vt cum ei non obtemperauerit, in pęnam illius incidiſſe non
6 dubitatur, ipſe te huic pęnæ ſubdidiſti, inquit tex. in l. Imperatores ff. de iure fiſci, vbi glo. in ver. ſubdidiſti reſpondet, & pro conuicto debes haberi, & quid in æſtimatioribus, qui au-
7 gent æſtimationem prædiorum hominum inferiorum, & minuūt æſtimationem bonorum potentum, eſt tex. in l. 1. C. de cenſ. & cenſit. lib. 11. vbi Rebuff. prolixius, ac etiam in Ca-
8 uallarijs Apuleæ minus numerantes animalia paſciſcenda in paſcuis procedere comperitur; & fuit per R. C. condemnatus, vt dixi in 1. par. noſtri Comp. verb. official. s deſtinatus.

Thoro

### SVMMARIVM.

1 *Sereniſſima Regina Poloniæ Sereniſſimi Regis noſtri feudataria.*
2 *Dirictus, qui debentur pro vectigalibus, ſeu gabellis, debentur actione conditionis ex lege, vel ſtatuto.*
3 *Actionem perſonalem nō procedi, aut tolli minori ſpatio 30. annorum.*
4 *Dirictus pro præterito minori ſpatio 30. annorum non præſcribuntur.*
5 *Præſtatio vſurarum facta ab eo, qui maiores debebat, non inducit libertatem.*
6 *Commiſſum, quod ex poena procedit, intra quinquennium præſcribi poteſt.*
7 *Locupletari cum aliena iactura non licet.*
8 *Tempus non eſt modus tollendæ, ſiue inducendæ obligationis.*
9 *Poſſidentis conditio in pari cauſa potior.*
10 *Rei conditio potior eſt in pari cauſa.*
11 *Fundici ius cum merces conducuntur extra Regnum, quæritur per applicationem, & non per interceptionem.*
12 *Contractus parit ius contra debitorem.*
13 *Acceſſorio ineſt idem ius, quod eſt in principali.*
14 *Argumentum à ratione ceſſante, validum eſt in iure.*
15 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validum.*

## DECISIO XIX

DIrictus qui per Mercatores præſtantur in Regno pro mercibus, quas contractāt, vel extrahunt, an debeantur ex poſt facto; dubia eſſet meo iudicio quæſtio iſta, & in facti con-

Digitized by Google

contingentia euenit in Camera, me exiſtente relatore; fuerat enim elapſis annis, & propriè anno 1555. per duo decreta prouiſum, Mercatores Venetos teneri ad ſolutionem fundici, & dohanæ in Prouincia Terrę Bari pro oleis per eos contractandis; demum in anno 1561. arrendatis Dohanis omnibus Ioan. Franciſco Medinę per R.C. fuit omiſſa exactio integra omnium directorum prædictorum in Ciuitate Bari vſq; ad annum 1564. nam tempore prolationis decretorum prædictorum Ciuitas Bari per Sereniſſimam Reginam
1 Poloniæ, & Regis Noſtri feudatariam detinebatur, & ob id nihil curæ erat Regijs officialibus, neq; Arrendatoribus in Dohana Ciuitatis prædictæ iura omnia integra exigi; officiales enim Sereniſſimę Reginæ, vt magis inuitatarentur Mercatores ad contrahēdum in eius Dohana, ſic exigere continuauerunt, prout antè interpoſitionem decretorum fieri conſueuerat; peruenta autem Terra ad manus, & poſſe Regiæ Curiæ, ad idem continuatum eſt vſque ad tempus prædictū anni 1564. quo tempore, vt dixi, Regiæ Cameræ literæ emanauerunt, continentes, vt exactio tàm in futurum, quàm pro præterito, ſeruata forma decretorum prædictorum fieret; & dum de omnibus diſceptaretur, tandem maior exorta fuit dubitatio, ſi pro præterito literæ prædictæ exequi debuiſſent.

Et in affirmatiuam ſententiam plura me impellebant: Primò adducebam,
2 directus qui debentur pro vectigalibus, ſeu gabellis deberi actione condictionis ex lege, vel ſtatuto, vt communiter DD. tradunt, & ex hoc inferri poſſe videbatur, actionem hanc veluti perſo
3 nalem minori ſpatio 30. annorum non præſcribi, iux. terminos l. ſicut, & l. j. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.

Quod ſecundo ſuadebatur mihi, nā lex communis materiam hanc actioni pro tributis competenti adaptans, ſtatuit, ſi minor quantitas exoluta fuit, ius prædictum in futurum non pręſcribi, pro præterito autem curſum 30. an-
4 norum, & ibi Bart. quoad cenſus diminutè ſolutos extēdunt DD. in l. 1. alias 2. C. de iur. emph.

Tertiò, illud mihi occurrebat, quod præſtatio minorum vſurarum facta ab
5 eo, qui maiores debebat, quantumuis illarum præſtatio odioſa ſit, nō tamen liberationem, quæ fauorabilis eſt apud Legiſlatores inducit, niſi curſus ſaltem decem annorum concurrat, l. aduerſus, & ibi glo. C. de vſur.

Quinimmò & quartò commiſſum
6 quod ex pęna procedit, quod aut magis odioſum, aut minus fauorabile cenſendum eſt, quam directus, qui pro mercibus debentur adhuc intra quinquennium proſequi poteſt, l. commiſſa ff. de publ. l. 2. C. de vectig. & comm.

Quintò, ad idem quædam naturalis ratio cōcurrebat, nam Mercatores qui ius directuum debitorum non ſoluerūt videntur lucrari; Arrendator autem eſſet in damno, non igitur ſubiciendū
7 eſt illi, qui cum aliena iactura locupletari procurat, vulgata regula iuris.

Sextò accedit, nam præſuppoſito, ꝙ de iure literæ Regiæ Cameræ exequutionem in futurum merebantur, prout hoc in Camera erat expeditum, neceſſariò infertur, quod ſi illas Arrendator priùs expediri procuraſſet, ex tunc iura prædicta conſequutus eſſet; Dicere ergo nunc, quod ex quo literæ prædictæ expeditæ non fuerunt, niſi ab anno 65. quod pro tempore retro, & ſic pro pręterito exigere non valeat, niſi aliud eſ-
8 ſet, quam dicere, quod tempus ſit modus tollendæ, vel introducendæ obligationis, contra tex. in l. obligationum ferè §. placet ff. de act. & oblig. cum ſimilibus.

Poſtremò, ad idem Regiæ Cameræ authoritas concurrebat, nam dum in anno 1466. exactum fuiſſet ius portatæ nauigiorum à quibuſdam Venetis, non pro integra quantitate debita mandauit Regia Camera, quod in futurum inte-

integrum ius exigeretur, & officiales id exigere procurarent,quod in pręteritum omiſerunt,quod etiam iuri conſonum eſſe dicebatur, argum. l.ſi citatio §.eorum ff.de publ. & eorum, de quibus per Andr.in Ritu Reg. Cam. in tit. de fundico fragelli verſ.de aliquo ferro laborato.Et ex his poſtquam Arrendator dirictus debitos pro tempore præterito,quod quatuor annorum metam non excedebat prætendebat exigere, eius intentio ſubſtineri poſſe videbatur.Pro negatiua verò ſententia, non pauca, neq; modica inſurgebant, & illud primò ſe offerebat,quod in caſu hoc decidendo conſiderari oportebat,quod dirictus hi,qui tempore pręterito non integri fuerunt exacti,non erant à Mercatoribus, veluti illorum fraudatoribus, retenti, neque merces eorum clam, vel in occulto contractæ, aut extractæ, ſeù immiſſæ fuerunt; ſed bonam fidem ſectando merces illas palam,publicè,& in Dohana Regia cum Regijs miniſtris, ſubſtitutoq; Arrendatoris contractauerunt, ab illis quæritantes quantum pecuniæ pro recta expeditione erant ſoluturi, & id quod ab eis expoſtulatum fuit,præſtò ſoluerunt, & expeditiones, quas vulgò Bollectas nominant, obtinuerunt; ſicque eorum negotia peregerunt,facit tex.in l.vlt.ff.de rit.nupt.

Iſte igitur negotiandi modus videtur quendam quaſi contractum inter prędictos induxiſſe,vt pro tanta quantitate ſuas merces contractarent, contraherent,& negotiarętur,& ſic ex iſto quaſi contractu à maiori quantitate liberati videntur, & Mercator poſſet nunc dicere,ſi maiorem ab initio quãtitatem expoſtulaſſent Arrendatores, vtiquè,vel non cõtraxiſſent,vel minorem merciũ quantitatem in cõmercio habuiſſent, arg.l.quod ſi nolit §.qui mancipia ff.de ędil.edict.l.quod venditor vbi gl.ff.de dolo, & l.quæro ff.de act.empt.

Secundò, benè facit quędam naturalis ratio, certũ enim eſt,Mercatores in eorum negotijs peragendis, id prę oculis habere, vt ſi emunt, attendunt quantũ vendituri ſint,ſi vendunt conſiderent quanti emerunt, quiduè pluris ob omnem caſum perſoluerunt, eo attento quantum ſoluerunt,nunc de nouo Arrendatorem quaſi ex ſomno inſurgere, & dicere tantum plus mihi ſoluatur, cùm in hoc Mercatoribus, qui in Domo Regia,modo quo ſupra contraxerunt,nulla fraus,nulla culpa imputari poſſit, & ex conſequenti nulla pęna,l.cum rem ff.de bon,damn,tex. eſt in argum.l, Gracchus C.de adult. facit tex.in l.maximum vitium C.de lib.præt.Contra verò Arrendatori culpa,deſidia, & maxima negligentia impigi poteſt, & certum eſt, vnius culpã alteri nõ debere eſſe damnoſã,argum. l.ſancimus C.de pœn.facit text. in l. ſi ſeruus communis §. & licet ff. de furt. iuncta doctrina Bart. in l. quod nerua nu.3.ff.depoſ.quo ſit, vt iſta pars nedũ iuſtior,ſed æquior,& benignior videatur, & ne mundus litibus inuoluetur.

Tertiò,ſi aliter diceremus,ineſtricabilis confuſio, atque iactura oriretur, ecce in prouincijs nonnulli ibidẽ commorantes aliena negotia exterorũ nomine geſſerũt, a quibus cùm mercium compendiũ redigere voluerunt,calculo inter eos facto,dirictuum ſolutio pro ea quantitate in calculum venit, quæ modo prædicto fuit exoluta,nunc verò ſi reuoluendo Chaos maior quantitas eſſet perſoluenda,illaq. à negotiatoribus in Prouincijs exiſtentibus eſſet recuperanda,quam hi qui vellent ab eorum mandatoribus repetere, illis Venetias iter arripere opus eſſet, aut per Italiam peregrinari, & ſic in maximo eſſet damno. Poſito ergo pro conſtanti, quod iſti eſſent in tam notorio damno,& quod Arrendator pariter in damno eſſet,certum eſt,iura fauere conuẽ-
9 tis,cùm in pari cauſa ſit prior conditio
10 poſſidentis, & rurſus in pari cauſa potior ſit conditio rei, vulgatis iuribus. Præſertim in caſu de quo agitur, in

quo

Digitized by Google

quo actor culpa per eum commiſſa propter ſuum factum damnum pateretur: Conuenti autem culpa carentes ex facto Arrẽdatoris agentis iacturam ſubſtinerent.

Quartò, caſus iſte videtur deciſus p Rit. in rub. de iur. fundic. in cap. nemo inuitus, ibi Item quando merces intrãt ab extra Regnum, Secretus poteſt intercipere illas, & dicere illi Mercatori, ſoluas hic, vel caueas ire ad terram fundicum habentem, etiam ſi ibi emptæ ſunt, quia non ſunt exfundicatæ, ſecus autem ſi eſſent conſumptæ, vt habetur in c. 1. de fundico fragelli, & ibi dicitur idem, quando merces nõ ſunt interceptę, & ſunt conſumptæ, ſecus eſt in alijs caſibus, nam qui fugiendo euadit, quod dicitur in vulgari sfugare Dohanam perdit merces, & in dictis Ritibus Goffredus ſatis eleganter ad propoſitum dicit, maximam eſſe differentiam inter merces non interceptas, & merces fraudatas, nã ſi sunt interceptę ante Secreti interceptionem, nihil poteſt amplius peti, non enim debuit eſſe in tanta culpa, ſeù negligẽtia, quod ſecus eſt, quando eſt fraudator Dohanæ, ſeu fundici, quia tunc perdit merces, & hoc eſt (dicit ipſe) quod voluit Ritus in illis verbis, ſcilicet, quod non eſt in alijs caſibus, ſi ergò quando merces ſunt immiſſæ, & Secretus nõ intercepit, ex hoc ſolo quod nõ intercepit, ſi ſunt conſumptæ nihil exigitur, quanto fortius in caſu præſenti, in quo merces ſunt contractatæ, & extractæ in Dohanis Regijs de licentia officialium eorum, & hominis deputati ab Arrendatore, conſumptis poſtea mercibus iniquum, & contra Ritũ eſſet dicere, quod pro illis nunc Mercatores ad ſolutionem illã poſſent aſtringi. Et licet ex Præſidentibus doctiſſimi viri Dominus Antonius de Caſtillo, & Dominus Didacus de Scobar ſubtiliter differentes, dixiſſent, quod caſus de quo agitur, eſt ſatis diuerſus à caſu per dictum Ritum deciſo, nam Ritus loquitur, quando merces immiſſæ ſit in locum fundicum non habentem, & tunc verum eſt, quod ſi Secretus non intercepit, & merces ſunt venditæ, & conſumptæ, non poteſt poſtea aliquid exigi, quia dicebant ipſi, quod ſi merces intrant de mari in locum, vbi non eſt fundicus, ius fundici debetur conditionaliter, ſcilicet ſi intercipiantur, & conſumentur, nõ poteſt dici aliquo tempore eſſe ius quæſitum ratione fundici. At in caſu de quo agitur, merces ſunt contractæ in Dohanis, & propter contractationem eſt ius quęſitũ, vnde etiam quod merces ſint conſumptę, neq; extẽt, debet ius iam quęſitum amitti.

Tamen mihi viſum fuit, determinationem Ritus prædicti rectiſſimè ad caſum applicari; & Primò dico, quod ius
11 fundici, quando merces foris in Regno deferuntur, non eſt verum dicere, quod quæritur per interceptionem; ſed quæritur per applicationem, eo enim ipſo, quod merces applicant ad Regnum, quæſitum eſt ius, quod nõ ſoluitur niſi in tempore, & in loco cõtractationis, & ab emptore, & non à vẽditore.

Quod patet, quia ſi merces per mare applicant ad locum fundici tempore nundinarum, vt in Ciuitate Salerni, non debetur fundicus, quia applicauerunt ad locum, licet ſubditum, tamen tẽpore franco, ſed quod fundicus quęratur ratione applicationis, demonſtratur per verba eiuſdem Ritus, dum dicit, ſi merces intrant de extra Regnũ de maritima, Secretus intercipit, & dicit, caueas ire ad locum fundici, vel ſoluas, ſi ergo ſtatim quod applicant merces Secretus intercipit, & inde ſolutio fiat, vel cautio præſtaretur, apparet qđ ex applicatione quæſitum eſt ius, cùm talis interceptio ex mero facto Secreti procedat, mihi videtur quod nihil aliud eſſet, quàm dicere, quod ſpoliare Secreto permitteretur, quod ſecus eſt conſiderata applicatione, quia

illa

illa applicatio ex voluntate Mercatoris proficiſcitur,qui ſi vi ventorum applicaſſet, abſque ſolutione recedit, vt habetur in Ritu Cameræ.

Et euidentiùs hoc demonſtratur,nã Ritus permittit, quod Secretus dicat, caueas ire ad locum fũdici, vel ſoluas, ergo ſi Mercator ſoluit,iuſtè ſoluit, vndè ſi ſolutio fundici fit, vt liberentur merces ab illa interceptione, infertur quòd applicatio eſt cauſa acquiſitionis iſtius iuris, & interceptio eſt modus,& forma exequendi, ſicut contra-
12 ctus parit ius contra debitorem obligatum, & actio eſt modus, & forma exercendi hoc ius, pro quo facit gloſ. ſing.in §.1.inſt.de act.in verſ.quamuis, & propterea propriùs eſſet dicere, qđ ius fundici quæritur ex applicatione reſoluendũ,ſi non intercipiuntur merces,& ſunt conſumptæ, arg. not.in l.2. ff.de in diẽ adiect.magis quàm dicere, ꝙ ex interceptione quęratur,& illud ꝙ dicitur,quòd Secretus intercipit cũ facultate alternatiuæ prędictæ,ſtatutum eſt hoc,ſcilicet ratione, quia quamuis ius prædictum ex applicatione quęratur,vt dixi, tamen non niſi tempore venditionis ab emptore exigi poteſt, & quia tempore applicationis ſi Secretus ſibi non proſpiceret, de facili dictum ius perdi poſſet,& alius Ritus dicit, quod merces debent poni in fundico,& domo Regia, ideo cautum eſt, vt dicat ſoluas,vel vadas ad locum fundici,ideſt ad locum, in quo ſit domus Regia , non autem hoc ſtatutum eſt, quod ex interceptione ius quæſitum eſt.

Secundò dico, quod rectè intuenti Ritus prædictus loquitur in caſu,quando merces ſunt vẽditæ, & conſumptæ, & in loco,qui fundico ſubeſt,& tamen determinat,illis conſumptis nihil debere ſolui, verba enim Ritus dicunt formaliter hoc modo: Poſtquam ſunt emptę idem videtur,quia non ſunt exfundicatæ, ſed eis conſumptis, non per rationem,quæ dicitur fũdicus fragelli, vnde ſufficit, quod locus ille alteri fundico ſubeſt;nam idem eſt ius in
13 acceſſorio, quod in principali; Hæc ſunt verba Ritus. Goffredus ſuper Ritu prædicto illa verba diſcutit, ſic dicens; hoc vult dicere iſte finis, qui ſic obſcurè loquitur , videlicet, quod ſi merces vadunt ad locum non habentem fundicum,ſiue extent ibi, ſiuè ibi venditæ ſint, poteſt Secretus dicere continuò,aut ſoluas hic, aut caueas ire ad Terram fundici. Et licet hic locus non habeat fundicum , tamen poteſt hic ſoluere, ſeu teneris ſi venditę ſint, quia hic locus licet non habeat pro ſe principaliter fundicum, habet tamen fundicũ cui ipſe ſubeſt,& ſic ſi eſſet in loco principali fũdici, deberes ibi cauere, aut ſoluere,ſi eſſent vẽditę, ſic in hoc loco, in quo non eſt fundicus debes cauere, aut ſoluere ſi sũt venditæ, quia ſicut eſſet hoc in principali fundico, ſic eſſe debet in acceſſorio, ideſt in iſto loco,qui ſubeſt principali fundico. Iſta ſunt formalia verba Goffredi.

Ex quibus cõſequenter patet, quod etiam ſi merces ſunt venditę in loco, qui ſubeſt fundico, quo caſu non dubitatur, quod fundicus debetur, & ex immiſſione,ſeu applicatione acquiritur,ſi ſunt conſumptę nihil debetur, & hoc illa ratione attenta, quia fraus requiritur,quando merces ſunt conſũptæ,vt diritus exigatur, vt etiam in d.l.ſentit idem Goffredus, dum dicit, Nota differentiam de mercibus conſumptis, & mercibus fraudatis, & poteſt applicari quod dici ſolet, vbi non eſt fraus, ibi non poteſt eſſe delictum punibile,l.qui iniuriæ ff.de furt. l.1.§.j. ff.ad leg.Cornel.de ſicar. & l.1.C.eod. tit.

Tertiò, in dicto Ritu ſtat præſentis cauſæ determinatio,attenta eiuſdem Ritus ratione,nàm quando Ritus requirit, & diſponit, quod etiam conſumptis mercibus diritus debeatur, dicit, quod in alijs caſibus ſecus eſt, & dicit rationem, nam qui fugiendo euadit, per-

perdit merces, & ſic fraudem conſide-
rat, vt illius occaſione mercibus con-
ſumptis actio detur, ergo à contrario
ſenſu fraude ceſſante, deneganda erit
14 exactio, tum arguendo à ratione ceſ-
ſante, tum à contrario ſenſu, quæ om-
15 nia procedunt, maximè vt liberatio
inducatur. In hac difficultate ſecũdam
partem ſum amplexus per rationes præ
dictas, quæ mihi vrgentiores viſæ ſunt,
& adducta in contrarium pro prima
parte facilè (meo iudicio) reſoluuntur, nam procedunt in eo, qui in mera præſcriptione ſe fundat, at hic conuenti fundant ſe in quaſi contractu, attento negotiationis modo, & in naturali ratione, ac iuribus fundato, ne ipſi culpa carentes ob deſidium, culpam, atq; actoris negligentiam iacturæ molem patiantur ex prædictis, facit text. notabilis in cap. venerabilem de elect. ibi, eorumq; culpa ipſis redundabit in pœnam, eò maximè, cùm vt dictum eſt, in expreſſa Ritus diſpoſitione ſe fundent, & rurſus quod de actoris damno dicebatur per prædicta contra eum retorquenturr

Et poſtremò, licet per varia media, & alias rationes, maior pars Dominorum in hanc iuit ſententiam, ſicq; fuit pronunciatum, per rationes pro hac parte deductas.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Lex, an & quando ad præterita extendatur.*
2 *Vendicatio rerum in commiſſum inciſarum ob gabellam non ſolutam infra quinquennium, an fiſco, vel vniuerſitati competat.*
3 *Fiſcus à Publicano poterit ſolutionem expetere, & pro ea actionem proponere.*
4 *Soluens gabellam de anno præſenti, non facta mentione de anno præterito, an incidat in commiſſum.*
5 *Gabellam de præterito, an emptor, vel venditor ſoluere teneatur.*

Agitur in hac deciſione de quæſtione illa quotidiana, an Mercatores pro mercibus quas contractant, vel contrahunt, teneātur ex poſt facto, ſicq; pro p̃terito non exacto iure, ita mandantibus literis Regijs, vt nedũ in futurũ, ſed pro p̃terito teneātur ſoluere gabellã, & cõcluditur nõ teneri, & ita pronunciatũ refertur, licet contrarium poterit firmari ex eo, quod
1 cum lex ſi bene ad præterita non extendatur,
ſed ad futura tantum, attamen quando expreſ-
sè mentio fieret, vt ad præterita extendatur
procederet, per ea quæ concludit Campag. in
cap. Regni ad hoc num. 162. ſimiliter quando
declararet caſum dubium, probat Reg. Tapia
deciſ. S. C. 10. num. 32. ſicq; benè poterant hęc
decreta ad præterita extendi, ſed propter ra-
tiones ab Auctore congeſtas, iuxta quas deciſũ
dixit, iuſtum non erat potuiſſe extendi, & eo
magis cum ageretur de exactionibus iurium
2 Dohanæ, nam & ſi promiſſum ſit fiſco, vel Cõ-
munitati vendicare res, quæ incidunt in com-
miſſum ratione Gabellæ nõ ſolutæ infra quin
quennium, non autem poſtea, ad tex. in l. 2. C.
vectig. & commiſſ. vbi DD. Afflict. & Bertac.
quos probat Campag. in cap. Regn. vt illorum
num. 16 idem ius erit attendendum in actione
proponenda pro ſolutione vectigalis conſe-
3 quendi à Publicano, opimè Ferret. in tract. de
Gabell. num. 253. vbi plura ad hoc notat, pa-
riterq. ad idem confert quod idem Ferret no-
tat in d. tract. num. 202. quod ſi qũis ſoluerit
4 Gabellam de anno pręſenti, & de Gabella an-
ni præteriti non fecerit mentionem, an inci-
dat in commiſſum, ſeu pęnam, & concludit
negatiuè, & ſic conſuluiſſe Abb. conſ. 60. tra-
dit, quia pro p̃terito intelligeretur ſoluiſſe in
duriori cauſa, & pro præſenti anno debitor re
manebit, niſi aliter conuentum eſſet, & quis
debeat ſoluere Gabellam de præterito, an em
5 ptor, vel venditor, vide Camp. in cap. por-
recta num. 96. vbi ex Feder. de Sen. conſ. 229.
cenſuit, ad emptorem ſpectare.

Thoro.

### *SVMMARIVM.*

1 *Immunitas conceſſa ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs, an comprehendat impoſitionem pro conſtruendis Turribus ob defenſionem Regni à Piratis.*

## DECISIO XX.

Immunitas conceſſa ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs, an comprehendat impoſitionem pro conſtruendis Turribus pro defen-

defenſione Regni à Piratis, & in affirmatiuam vnica tantum ratio ſic in prõptu adducebatur, & erat illa, quod non præſumitur, Principem facere actũ vtilitati contrarium, prout erat iſte, materia eſt in l. ſi ex toto ff. de leg. 1. vbi communiter DD. ſic concludunt, pro hoc allegando ſingularem doctrinam Iacob. Rebuff. in l. 1. num. 2. verſ. ſed pone C. de muner. vel præſt. lib. 10. qui caſus cùm accidiſſet in cauſa Inſulæ Caprarum, non tamen fuit deciſus, quia Capretani allegabant, quod ipſi proprijs ſumptibus duas Turres in dicta Inſula conſtruxerunt, tamen Domini, ſi hoc non fuiſſet allegatum, videbantur inclinare in opinionem, quod tenebantur contribuere. Die 13. Febr. 1566.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Immunitas ſimpliciter conceſſa, non comprehendit caſum belli, nec caſum neceſſariæ defenſionis ſtatus, quod limitatur, nu. 2.*

3 *Cap. Regni 135. item ſtatuimus, ponderatur.*

4 *Turres cuius expenſæ erint ædificandæ.*

5 *Vniuerſitates tenentur contribuere in fortilitio faciendo per Baronem, & quando.*

REſoluitur, quod immunitas conceſſa ab omnibus muneribus ordinarijs, vel extraordinarijs, non comprehendit impoſitionem pro conſtruendis Turribus ob defenſionem Regni à Piratis, nam immunitas con-
1 ceſſa ſimpliciter non comprehendit caſus belli, nec caſum neceſſariæ defenſionis ſtatus, Doctores in l. ſi ex toto ff. de leg 1. quos ſequitur Oſaſc. deciſ. Pedemon. 38. num. 14. vbi num. 20. & 21. hanc concluſioñem limi-
2 tat, ſi ex coniecturis hoc appareret fuiſſe intentionem concedentis, eo caſu concedere dictam immunitatẽ, aut non aliter fuiſſet moleſtatus, adueniente caſu belli immunis, vt tradit Ioſeph Lud. in ſuis concl. tit. de conſuetu. cõcl. vnic. verſ. infertur 90. ante eos Ferret. in tract. de Gabel. n. 540. quamquam prædictis videa-
3 tur obſtare Cap. Regni 135. itẽ ſtatuimus quod ab Vniuerſitatibus, vbi diſpoſitũ eſt ab eiſdem Vniuerſitatibus deputatis ad reparationem Caſtrorũ exigi debeat pecunia neceſſaria tantũ, & non teneantur ad noua ædificia, ibiq; Capagn.
4 nu. 3. Verum quia Turres ad munimẽ Ciuitatũ fieri conſueuerunt, iuſtũ erit vt eorũ proprio ſumptu inſtaurentur, dixit tex. in l. Turres C. de oper. publ. & hoc caſu beneficiũ inuito dabitur, quia ob publicam vtilitatẽ cõfertur, Cagnol. in l. inuito nu 3. ff. de reg. iur. prout quoq; concludit Iudex Capibl. in prag. 8. p. 2. n. 9. de
5 Baron. quod Vniuerſitates tenentur contribuere in fortilitio faciendo per Baronem, quando reſpiceret communem vtilitatem, & maximè accedente licentia Regis.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Flumine mutante alueum per impetum ipſius, alueus antiquus cuius ſit.*

2 *Flumina hodie in Regno diuerſo iure cẽſentur quàm erant de iure communi.*

3 *Flumina dicuntur eſſe Baronum, inſpectis formulis conceſſionum.*

4 *Alueus eiuſdem iuris eſt, cuius eſt ipſum flumen.*

## DECISIO XXI.

ANnis elapſis fuerat lata ſententia per Sacrum Conſilium, declarans, non licere Comiti Palenæ conſtruere molendinum in Terra Lamæ in territorio proprio alterius particularis dictæ Terræ, Comes prædictum poſtmodũ conſtruxit molendinum in territorio, quod non eſt dicti particularis, verùm caput aquarum, vt ſic vulgò denominant, ex quo ducitur aqua ad molendinum, conſtruxit in quodam loco, in quo prius erat alueus antiquus fluminis, per quẽ ducitur aqua illius particularis, petijt dirumpi opus, quia alueus prædictus antiquus nunc exiccatus tãquam exiſtens intra territorium, vel iuxta territorium dicti particularis, & proinde non licuit Comiti in eo caput aquarum, inuito illo particulari conſtruere, & dubium faciebat, quia
1 flumine per impetum ipſius mutante alueum, antiquus alueus eius eſſe intelligitur, qui vicini agri eſt Dominus, tex. in l. inſula in fi. ibi alueus, qui fuit decidi debet ff. de acquir. rer. dom.

E Pro

Prò reſolutione huius quæſtionis cōſiderabam,quod hodie diuerſo iure
2 cenſentur flumina in Regno noſtro quàm de iure communi cēſebantur,de iure enim communi erāt publici iuris, tex.in l.nemo in fi. ff.de rer. diuiſ. & in §.flumina inſt.eod.tit.ac in Regno noſtro,attentis communibus formulis cō-
3 ceſſionum Baronibus factarum,in quibus expreſsè conceduntur feuda cum fluminibus, flumina ipſa dicuntur eſſe Baronum, ex vulgata theorica Luc. de Penna in l.quicumque col.2.verſ.ſciētiam C.de fund. limitroph. lib. 11. & Loffr.conſ.13.col.2.verſ.ſed prædictis, & hoc in Regno iam receptum eſt,latè Capyc.in inueſt.feud.in verb.fluminibus.

Ex quo infertur, quod ſicuti flumen eſt Baronis, ita pariter alueus eiuſdem
4 Baronis eſſe cenſetur, nam illius iuris eſt alueus,cuius eſt flumen, tex.eſt in l.adeo §.quod ſi toto, ibi nouus alueus eius iuris incipit eſſe, cuius & ipſum flumen ff. eodem, & quamuis in eodē text. habeatur, quod alueus antiquus ſit eorum,qui propè ripam prædia poſſident, tamen ratio propter quam hoc ibi dicitur,pro Barone concludit, nam illud ideo erat,quia flumen erat publicum,& ideo ſi relicto alueo aliàs fluere cępit,alueus remanet eorum, qui prædia prędicta tenent, quia populus non vtitur, text. eſt ſingularis in hac ratione reddita in l.ergo §.celſus ibi,& ideo cùm exiccatus eſt alueus, proximiorum fit, quia iam populus eo non vtitur ff. eod, & ſic ſi nunc flumen eſt Baronis,& alueus eiuſdē iuris eſſe cenſetur, adeò vt ſi exiccato alueo, Baro vult eo vti,poſſit, cùm eiuſdem Baronis exiſtat,per iura prędicta.

Et ſic fuit concluſum,Comitem eſſe abſoluendum. die vltimo Martij 1568

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Flumina ſunt de regalibus Principi ſpectātia*
2 *Flumina veniunt in conceſſione feudorum, vel expreſſam mentionem fieri debere.*
3 *Alueus à flumine relictus iuris priuati incipit eſſe, & proximioribus acquiritur, & ratio affertur nu.4.*
5 *Flumen ſi reuertatur, Dominus ille recuperabit alueum amiſſum, & quando.*
6 *Alueus fluminis ob exiccationem amiſſus, an & quando à Domino reacquiratur.*
7 *Alueus publici fluminis publicus eſt.*
8 *Alueus eiuſdem iuris,ac iuriſdictionis eſt, cuius eſt flumen.*
9 *Proprietas fluminis,& aluei Principis eſt.*
10 *Flumina ſūt Baronū ex cōceſſionibus Regū.*
11 *Flumine exiccato,alueus eſt Baronis, & ratio affertur.*

PErcipitur concluſio ex iſta deciſione,quod flumine mutante alueum,efficitur alueus Domini fluminis, quamuis de iure flumina publica
1 ſint de regalibus, & ad Principem pertineant, Franc.Marc.q.386.nu.1.q.385.nu.2.q.40.n.2 q.416.nu.2.tom.1.& q.39.to.2.latè Peregr. in tract.de iur.fiſ.lib.1.tit.1.nu.16. & propterea
2 in conceſſione feudorū,flumina quoq; veniunt ex Arch.& Bal.probat Bellac.inter com.opin. in tract.de feu.tit.quæ ſint regal.nu.90.vbi allegat Rom.contrarium tenentem,& huic opinioni aſſentit Capibl.in prag.8.p.2.nu.25.de Baron.vbi notat eſſe faciendā expreſſam mentionem de illis in conceſſione feudi, prout ex formula inueſtiturarū ordinariè conſpicitur, ſed quæſtionis eſt,exiccato flumine,aut derelicto alueo,cuius efficiatur,nā aliqui voluerunt,
3 ꝙ alueus à flumine relictus iuris priuati incipit eſſe,& proximioribus acquiritur, probāt Io. Bapt.Aymus in tract. de alluuion. lib.1.c.13.
4 Frāc.Marc.dec.112.n.5.to.2. optimè Morot. reſp.10.nu.9.vbi rationē aſſignat de hoc,vltra aliā à Bal.in rub.ff.de rer.diuiſ.relatā,ꝙ ſi fluminis alueus mutetur de vno loco,in quo quis habet ius aliquod in alium locū,ius illud ꝙ habebat perditur,verum ſi reuertatur ille Domi
5 nus recuperabit, Franc.Marc. dec.341.par.1. ſequitur Bellac.inter commun.opinion.lib.7. titul.de alluuion. num. 7. ſed hoc ſanè erit intelligendum in flumine priuato, aut publico fluente per loca particularia, vt ſi paulatim, aut vnico impetu receſſerit, illis alueus cederet, latè idem Aymus d.tract.lib.2. c.27.§.2.vel in flumine publico exiccato ſumptu particularium, prout ipſemet proſequitur

in

in lib.1.c.9.§.1. in caſu relato ibidem à Morot. coeterum quando flumen eſſet publicum
7 quia alueus publici fluminis publicus eſt, idem d.lib.1.c.12.num.8.ſubſequitur, quod talis alueus eiuſdem ſit iuris, & iuriſdictionis, cuius
8 & ipſum flumen publicum, idem lib.2. cap.6. nu.28.& 52. & conſequenter dum fluminum
9 proprietas, & alueus Principis ſint, idem Franciſ.Marc.d.q.4.num.2.tom.1. & dum conceduntur Baronibus, ipſorum ſunt, Reg.Lanar. conſ.30.num.5 mutato flumine, vel exiccato
10 alueus ipſorum erit, nec aliorum conuicinorum, non enim flumen detrahit, neque adijcit iuriſdictioni, ſubdit idem Reg.Lanar.nu.1.

Thoro

*SVMMARIVM.*

1 *Adiutorium an debeatur nepoti ſuccedenti in feudis, & ſororem maritanti.*
2 *Feudatarius ſemper quod ex neceſſitate legis tenetur maritare, vaſſalli tenentur ad adiutorium*
3 *Conſtitutio Regni, quāplurimum declaratur.*
4 *Frater tenetur ad dotes ſororis ratione excluſionis.*

## DECISIO XXII.

CVM referente adhuc Domino Vincentio de Franchis in illa Rota, ob aliā tamen cauſam, de qua etiam informatus ſuperueniſſem, inueni referri punctum, non modo magna conſideratione, verum etiam notatione dignum, & erat talis. An ſuccedente
1 in feudis nepote ſuo auūculo, demum ſororem maritante, poſſit tali caſu peti adiutorium à vaſſallis dictarum terrarum, in quibus nepos ipſe ſucceſſit auunculo.

Iſte caſus contingit in perſonam Domini Martij Carrafæ nepotis ex ſorore Ill.Ducis Magdaluni, qui defuncto Duce ſine prole ſucceſſerat, & poſtmodū ſuam ſororem maritauit, & ob id ab Vniuerſitate Magdaluni adiutorium petebat, ex diſpoſitione Conſt.Regni, mandātis, debere vaſſallos præſtare Baroni pro ſorore maritāda adiutorium, lectis, & conſideratis verbis Conſtit. Regni, quamplurimum, & Conſt. Comitibus, & ſcriptis per Andr.in vtroq; loco, fuit concluſum, adiutoriū deberi
2 nam ſemper, ꝙ ex neceſſitate legis feudatarius tenetur maritare, & ſic preſtare dotes, vaſſalli tenētur ad adiutoriū, vt colligitur ex Conſt.prædicta, quamplurimum, iuncta d.Conſt.Comitibus, quia licet in Conſtitut. quamplurimū
3 ſimpliciter dicatur, deberi adiutorium pro maritanda filia, vel ſorore, tamen in Conſt. Comitibus, dicitur, non minus pro faciēdo fratre milite, quàm pro ſorore maritanda, occaſione eorū quæ frater maior à communi Patre habuerit, & ſic demonſtraret, ꝙ quando frater tenetur ſorori ad dotes, vaſſalli tenentur ſubuenire. Cùm igitur fœminæ ſint vocatę ad ſucceſſionem, verùm maſculi pferuntur, & eas excludunt, vt habetur in Conſt. Regni, in aliquibus, vbi infertur, ꝙ frater qui ſororem excludit, tenetur ad dotem, quia dotem pręſtat ratione excluſionis, vt firmat And.
4 in d.Conſt.in aliquibus, & ſic tenetur ad dotes, legis neceſſitate, ex quo lex ſic mandat, ergo vaſſalli ſubuenire tenentur, & ita fuit iudicatum.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Deciſio Auctoris per Præſ. de Franch. adducitur, & ab alijs concitatur.*
2 *Adiutorium an debeatur ex feudo empto per fratrem pro ſorore maritanda.*
3 *Adiutorium an debeatur pro ſecunda ſorore maritanda, deciſio refertur.*
4 *Adiutorium an debeatur ſorori, cui dos à patre fuerit legata, referuntur deciſiones inuicem contrariæ.*

HOc dicitur in sūma huius deciſionis, quod adiutorium debeatur à vaſſallis nepoti feudatarij decedentis, ob matrimonium ſuæ ſoro
1 ris, de eadem deciſione mentionem facit Præſidens de Franch.deciſ.73. vbi in fine allegat Auctorem noſtrum, contrariam opinionem ſectantem, & de eadem memores ſunt Capiblanc.in pragm.1.num.74.de Baron. Borrell. conſ.40.nu.11.Molfeſ.in Conſuetud.Neapol. p.6.q.4.nu.20.Ricc.collect.dec.65.quos probaui in meo Compendio deciſ. Regni verbo adiutorium p.1.quibus addo Fontanell.de

E 2 pact.

de pact.dotal.clauſul.5.gloſ.4.num.58. quod etiam ampliatur quando feudũ fuiſſet per fra-
2 trem quæſitum , vt debeatur adiutorium pro ſorore maritanda,Loffr.in paraphr. ad Andr. in c.1.§.vt autem de pac.iuram.firm. quem ſequuti ſunt Frãch.Maxill.& Ricc. à me relati in alio verb.adiutorium eiuſdem Compendij ſecundo ampliatur,vt etiam debeatur adiuto-
3 rium pro ſecunda ſorore maritanda , vt pluries deciſum retuli ex Gloſ. in Conſt. quamplurimum,Camill.Salern.& Frecc.in d.Compend.in alio verb.adiutorium,limitatur non
4 procedere quando ſorori fuiſſet dos à patre legata,& ſic nouiſſimè deciſum,quamuis alias affirmatiuè deciſum fuiſſe teſtatur Anna ſing. 11. & Frecc.prout ex Camill. Salern. retuli in dicto Compendio verb.adiutorium.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Mulieribus, & perſonis priuilegiatis competit primum beneficium.*
2 *Mulieres,pupilli, & minores dicuntur perſonæ priuilegiatæ.*

## DECISIO XXIII.

Collegium Artis Serici petijt in cauſa,quam habebat cum Regio Fiſco primum beneficium, fuit concluſum,ex quo dictum Gollegium eſt approbatum, & in dicto Collegio
1 ſunt mulieres,pupilli,& minores, & ſic perſonæ priuilegiatæ, vt patet per ma-
2 triculam,quod tale beneficiũ conceda tur,ex dictis per Bart.in l.fi. nu.8. ff. de colleg.illic. & inſuper in ſpecie allegaui Alex.in conſ.122.num.15. vol.4. & ego fui relator die 20.Febr.1566.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio an concedi debeat Collegijs non pijs.*
2 *Miſerabiles perſonæ beneficia conceſſa à Rege obtinent in iudicijs.*
3 *Collegium eſt vnicum corpus.*
4 *Collegium Scholarium habet reſtitutionem, & qualiter.*
5 *Collegia,& Confraternitates vti loca pia, & ſpiritualia habent reſtitutiones.*
6 *Collegia laicorum in pium vſum conuerſa habent reſtitutiones.*
7 *Montes deputati pro maritagijs , an habeant beneficia reſtitutionis,deciſio noua S.C. deducitur.*
8 *Sedilia Neapolitana Nobilium,an habeant beneficia,deciſio S.C.memoratur.*

Reaſſumitur concluſio ex iſta deciſione, qualiter beneficium reſtitutionis in integrum etiam Collegio Artis Serici competat, quamuis contrarium determinare videatur Maran.in eius Spec. par.6.in 2.actu nu.89. vt
1 Collegijs non pijs reſtitutio non aliter ſit cõcedenda , verum quia tale Collegium cum ſit à Rege approbatum,& in ſe continere viden-
2 tur viduæ,pupilli,& aliæ miſerabiles perſonæ, quibus de iure competunt ſimilia beneficia, & reſtitutiones,de quo exactiſſimè per Iulium Cæſ.Imbrian.in tract.de primo,& ſecundo beneſic.conſid.5. per tot. ſubſequitur ex dicta ratione ab Auctore ponderata , ſimilia beneficia dicto Collegio competere vti continens contentum priuilegiatum , & Collegium vni-
3 cum corpus eſt, Bar.in l.1.in princ. C.de rei vxor.act.& per iſtam rationem dixit Imbrian. dicto tract.conſider.4.num.103. ex Corneo conſ.148.& conſ.189.vol.3.quod Collegium
4 Scholarium habet reſtitutionem, dum in eo minores eſſe poſſunt,& tale Collegium eſt ſimiliter approbatum , Horat. Lucius de priuileg.ſcholar.cap.50. pariterq; coetera Col-
5 legia , ſeu Confraternitates Piæ conſimiles reſtitutiones obtinent , quia ſpiritualia ſunt, & de ſpiritualibus agunt , vt latiſsimè pro-
6 ſequitur præfatus Imbrian. dicta conſider. 4. num. 32. cum ſeq. coeterum etiam ſi eſſent laicorum etiam conſequerentur beneficia prædicta, ſi eorum opus in pium vſum conuerteretur, ex ijs quæ in ſimili concludit Epi-
7 ſcopus Iſerniæ in tract.de eccleſ. alias practic. eccleſ.c.290.& ex hoc inferebatur ad Montes deputatos pro maritagijs alicuius familię,vel aliquarum familiarum, vt ſunt in hac Ciuitate Neap. quod gaudere debẽt dictis beneficijs ex ratione allegata,cum contineant ſubiectũ priuilegiatum.ſ.dotium mulierum,& ita fuit nouiſſimè deciſum per S.C. ad relationem Reg. Conſil. D. Flaminij de Conſtantio in cauſa Pompeij Filomarini cum Monte de Caſtellis, in Bancha de Felice,de anno 1629. vt dixi in 3.par.noſtri Compendij ver.beneficium: coeterum autem vbi deficiunt cauſæ, ex quibus poſſunt beneficia concedi,non aliter concede-
8 rentur , exemplo oſtenditur in Sedilibus petentibus beneficia in cauſa Nobilitatum,

&

Digitized by Google

& in contingentia facti fuit per S. C. denegatum beneficium, vt dixi in meo Compendio par. 1. verb. reſtitutio, de qua etiam meminit Imbrian. d. conſid. 4. num. 106. & 107. & nouiſſimè Regens Rouitus meus ſingularis Dominus in conſ. 32. lib. 2. hanc tuendo opinionem varijs rationibus ita deciſum teſtatur.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Plura delicta dicuntur, quando diuerſis temporibus circa diuerſas res committuntur.*

2 *Statutum imponens pro primo furto pœnam pecuniariam, & pro ſecundo poenam mortis, quando poena mortis locum habeat.*

3 *Furtum alibi commiſſum extra locum iuriſdictionis, quid operetur.*

4 *Delictum vnicum dicitur, & non plura, vbi actus fuerint continuati.*

5 *Adulteria plura non dicitur quis committere, vbi pluries cum muliere fornicatur.*

6 *Confitens ſe commiſiſſe pluribus temporibus furta, non infertur plura furta commiſiſſe.*

7 *Petrus Ancharanus pater veritatis appellatur.*

8 *Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſis, niſi in condemnando.*

9 *Ius de nouo ſuperueniens ex cauſa de præterito conualidat iudicium retroactum.*

## DECISIO XXIV.

1 PLura delicta dicuntur, quando diuerſis temporibus circa diuerſas res committuntur, text. eſt in l. eum qui §. idem ſcripſit, & ibi Bar. ff. de furt. iuxta quam concluſionem incidit quæſtio in R. C. inter Reg. Fiſcum, & Petrum Putium Perceptorem Prouinciæ Campaniæ, qui inquirebatur, quod in decreta ſibi Prouincia mercantias exercuerat, contra diſpoſitionem Reg. Pragmaticæ emanatæ in anno 1540. in qua cauetur, talia exerceri non poſſe, & contrauenientem pro prima vice puniri pœna priuationis proviſionis vnius anni, & ſecunda vice poena priuationis officij; & cùm dictus Petrus per plures annos ante litem motã, & poſt litis conteſtationem mercãtias, cæteraq; negotia exercuiſſet, fuit in expeditione cauſæ dubitatũ. An ſtãte, quod iſta erat prima inquiſitio, & nõ erat de hoc prius neq; actinctus, neq; condẽnatus, deberet nunc dici, quod iſte inquirebatur de cõtrauẽtione prima vice facta, an verò quia per plures annos in legem commiſerat, dicatur nedũ ſecunda vice, ſed reiteratis vicibus exceſſum commiſiſſe, adeo quod grauior pœna imponenda veniat. Dixi dum votandi ordo ad me veniret, quod ſi exceſſus de quo agitur fuiſſet talis, quod momẽto explicaretur, & terminaretur, ſicuti dicimus in furto, & homicidio, & in blaſphemia, difficilis eſſet quæſtio, in qua variæ determinationes adduci potuiſſem, ſiquidem vera eſt concluſio ſupra firmata per tex. in d. l. eum qui §. idem ſcripſit, immò ſi diuerſis temporibus quis delinqueret circa eamdem rem, dummodò poſt primum delictũ res reuerſa fuiſſet ad ſtatum, in quo erat antè delictum, dicerentur plura delicta, per tex. in l. inter omnes §. fin. ff. de furt. & eſt elegans text. in materia in l. quicumque C. de ſeru. fug. vbi pœna, quæ imponitur receptanti, ſeù occultanti mancipium fugitiuum, reſtituendi videlicet ſeruum, & alium, ſeù 20. ſolidos præſtandi reiteraretur ſi ſecundo, & triplicatur ſi tertio occultauerit, nec præſupponitur, quod in prima occultatione requiratur ſententia, & in ſpecie ita determinat Bald. in conſil. 247. ad euidentiam 5. volum. vbi determinat,
2 quod ſi per ſtatutum pro primo furto imponitur pœna pecuniaria, pro ſecũdo pœna mortis, ſeù vitæ naturalis, non eſt neceſsè, quod ad hoc, vt imponatur pœna mortis naturalis; fuerit quis pro primo furto condemnatus, ſed ſufficit diuerſis temporibus plura furta commiſiſſe, niſi ſtatutum expreſsè diceret, quod condemnatus prima vice, alia vice maiori pœna condemnetur, & ad hoc facit elegans deciſio Bartoli in l. is cui §. final. ff. de



Digitized by Google

accuſ. vbi determinat, furtum alibi cō-
3 miſſum extra locum iuriſdictionis operari, quod ſi in loco iuriſdictionis iteratò inuaſus fuerit, poterit tanquam famoſus latro furcis ſuſpendi, & ſic nō videtur oportere, vt pœna ex reiteratione delinquendi augeatur eſſe neceſſariam condēnationem præambulā in primo delicto, & faciunt ad hoc verba Bald. in auth. ſed nouo iure C. de ſeruis fug. & quæ ponuntur in add. ad Abb. in c. 1. de pœn.

Ex aduerſo eſt deciſio Caſſan. in Conſuetud. Burgund. in tit. des droiz rub. 5. fol. 54. vbi ad intellectum illius Conſuetudinis, quæ pro primo furto imponit pœnam pecuniariā, pro ſecūdo, pœnam corporalem arbitrio Iudidicis, pro tertio, pœnam mortis, dicit quod ad hoc, vt habeat locum pœna grauior, eſt neceſsè, vt pro præcedenti furto ſit condemnatus, nec ſufficit fuiſſe commiſſum furtum, niſi ſententia ſequatur, & dicit hanc eſſe veriorem opinionem, ſed nihil allegat, & pro hac parte poſſet adduci diſpoſitio Cōſtitut. Regni, quæ incip. Magiſtros, quę mandat, mercatores vendentes cum falſis menſuris, pro prima vice puniri pœna pecuniaria, & ſi ſecunda fuerint deprehenſi, & condemnati, puniantur pœna fuſtigationis, & ſi tertia fuerint deprehenſi, & condemnati, puniantur pœna mortis, & ſic videtur innuere, quòd condemnationes requirantur, & ſic dubia quæſtio redderetur, quæ quando cōtingeret, ſaluo meliori iudicio deberet decidi ſecundum primam opinionem, quæ iuribus, & authoritatibus corroboratur, & licet Caſſ. eam firmauerit, tamen nihil allegat, & Conſtitutio Regni expreſsè condemnationem requirit, quo caſu non eſt dubitandum, illā eſſe neceſſariam, ſecundum Bald. in loco citato. Nos autem loquimur, quando ſtatutum factum tantum punit delictum, ſed caſus de quo agebatur, magis dubiam quæſtionem reddidit, quia delictum erat qualitatis, quod nedum momento nō explicabatur, ſed tractum ſucceſſiuum habet, nam exercere mercaturam, ſiue negotiationem, habet initium, & omnes actus, qui poſtea fiunt poſt illud principiū, actus cōtinuati dicuntur, & ex hoc difficultas oriebatur, quia actus qui fiunt idem delictum continuando,
4 plura delicta oriri non faciunt, ſed vnicum tantum dicitur delictum, text. eſt in l. inficiādo §. infans ff. de furt. & ideò
5 qui pluries cū vna muliere fornicatur plura delicta non dicitur commictere, ſed vnum tātum adulterium continuatum, glo. in l. vulgaris ff. eod. tit. & hinc notanter dixit Bart. in l. vnquam plura 2. colum. ff. de priuatis delictis, quod licet quis rem, quam furatus fuerit, pluries contractauerit, licet plures ſint contractationes, tamen vnicum eſt furtum, quia dicitur magis animus continuatus, quàm inceptus, & hinc etiam Bal. in d. authent. ſed nouo iure dice-
6 bat, quod ſi quis confitetur ſe commiſiſſe furtum pluribus temporibus, non ex hoc infertur plura furta commiſiſſe, quia illa verba, pluribus temporibus poſſunt intelligi in continuatis, quo caſu vnicum furtum diceretur, quam deciſionem illi ſequuntur, quos congerit Iaſ. in l. fructus nu. 9. ff. ſolut. matr. & Bart. in conſ. 222. Titius commiſit adulterium, refert elegantem theoricam Iacob. de Arena, qui dicit, quod quamquam ſint plura furta, tamen vnum eſt delictum, & dat exemplum, quando remanēte primo facto iteratò deliquit circa idem.

Ex quibus in caſu de quo agitur, ſi iſte inquiſitus deliquiſſet, mercaturam etiam per mille annos continuando, & dum poſtea contra ipſum fuiſſet ſuper hoc lis conteſtata deſtitiſſet; Ego fuiſſem voti, quod non niſi prima pœna condemnaretur, quia vnicum eſſet delictum, & conſequenter eſſemus in prima, & non in ſecunda vice, & ita fuit voti Dñs Didacus de Scobar, qui non tetigit pūctum, quem

nunc

Digitized by Google

nunc ſubnectam, ſed illud me in contrariam ſententiam traxit, quia ex eius confeſſione cõſtabat, quod etiam poſt litis conteſtationem, illud idem continuauerat, quo caſu licet vnicum delictum cenſeatur, tamen ſi fuit attinctus, & ſuper eo lis conteſtata, ac poſt litis conteſtationem ipſe idem continuat, dicitur ſecunda vice delinquere, & ſic ſecunda pœna locum obtinebit, iſta eſt notabilis deciſio Bart. in dicto conſ. 222. poſt Iacob. de Aren & Iacob. de Butr. hoc idem firmat Petr. de An-
7 charan. pater veritatis appellatus in clemen. 1. §. quibus 2. col. extra de priuileg. Alexand. in apoſtill. ad Bart. in d. l. vnquam plura, & attendendo quod talis continuatio apparebat per ſuam confeſſionem factam in cauſa, non curaui, quod non erat ſuper hoc proceſſus alius compilatus, ex regula in
8 confeſſis nullas Iudicis eſſe partes, niſi in condemnando, & ex alio, quod ius
9 de nouo ſuperueniens ex cauſa de pręterito conualidat iudicium retroactum.

Sicq. inclinaui in opinionem, quod ſecunda pœna priuationis officij puniretur, in quam ſententiam concurrit etiã Dominus Antonius de Caſtillo, ſed Dominus autẽ Paulus de Magnanis contrarium ſentiebat, dicens, primam condemnationem requiri, contrarium conſiderando iſtud de conteſtatione litis, nã dicebat, debere cẽſeri plura delicta, vt ſecunda pœna imponi poſſit, allegando Conſtitutionẽ Regni prædictam, & deciſ. Bart. in d. authent. ſed nouo iure 6. q. non tamen à me ſupra conſideratis reſpondens, ſicq. propter votorũ contrarietatem in numero pari non fuit pronunciata ſententia illa die, quæ fuit 2. Martij 1560. Illuſtriſſimus Prorex, in cuius præſentia fuit votata cauſa, mandauit, quod Dominus Locumtenens votaret, qui illo die votare noluit, dicens ſe non eſſe informatum; demum die 5. Iulij 1560. votauerunt Dominus Regens Albertinus, Dominus Regens Villanus, & Dominus Locumtenens, qui in partem abſolutoriam inclinauerunt, dicẽtes, veram eſſe doctrinam Bart. ſed quod factum deficiebat, aliqua ſuper hoc ponderando Dominus Villanus, & idem Dominus Albertinus, qui dixerunt, quod non erat lis ſuper hoc conteſtata.

Et ſic poſteritas cognoſcit, quod in puncto iuris ſuper iſta quæſtione conſenſerint Iudicantes, licet ius ad factum applicando, factum fuerit diuerſum interpetratum, & licet ego circa factum variæ opinionis extitiſſem, tali tamen abſolutionis ſententia valdè gauiſus fui.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Perceptores Prouinciarum nequeunt mercaturas exercere in locis deputatis ſub poena in pragmatica contentis.*

2 *Confeſſio rei ex contumacia contracta, an extendatur ad alia delicta, de quibus non fuit accuſatus.*

3 *Mercator pro prima vice non dicitur.*

4 *Mercator vt verè appellari poſſit non ſufficit quod aliàs mercaturam exercuit, ſed quod hodie exercet.*

5 *Falſarius vnica poena falſi tenetur, ſi plures teſtes falſos produxerit.*

6 *Statutum imponens vnam poenam pro prima vice, alterã pro ſecunda, an locum habeat ſi plura capita quis ſimul falſificauerit, vel plures poſtas fecißet eodem tempore.*

7 *Delictum vnicum cenſetur, ſi plura delicta ad eundem finem tenderent.*

8 *Delictum vnicum adulterij eſſet, ſi per multos dies fuerit continuatum.*

9 *Poena contra blaſphemantes eſt mutilatio linguæ, & altera conſiſcationis bonorum, altera triremium.*

10 *Poena perforationis linguæ contra blaſphematorem, exigit perſeuerantiam.*

11 *Pragm. 1. de mercat. offic. ponderatur.*

12 *Mercatura eſt prohibita etiam Secretario Regni, Scribis à mandatis, & Magiſtris actorum.*

13 *Caſtellani inter officiales connumerantur, & eis*

Digitized by Google

*eis mercatura eſt prohibita.*

14 *Deciſio Collateral. Conſil. qua fuit diſſeque-
ſtrata mercatura cuiuſdam officialis re-
fertur.*

1 ORta fuit dubitatio ex pragm.49.de offic.
Procur.Cęſ.vbi expreſsè prohibitum re-
peritur Perceptoribus Prouinciarum merca-
turas exercere in Prouincijs, vt pro prima
vice amiſſionis prouiſionis pęnam incurrant,
in ſecunda,priuationis officij in quam ipſo iu
re incurri mandatur; & cùm accidiſſet Perce-
ptorem quẽdam mercaturam cępiſſe , & per
certum temporis ſpatium continuaſſe, ſi pri-
ma pęna locum haberet, vel ſecunda, & fue-
runt Domini in diſparitate, ita quod per Col
laterale Conſilium fertur,fuiſſe liberatum, &
proindè ſi primam opinionem aſſequamur,
vt dum hæc fuiſſet prima inquiſitio, licet per
dictum ſpatium exercuiſſet, puniri debuerat
pęna amiſſionis prouiſionis , confert id quod
2 diſcutit Ioan. Arnon. cautel.88. de inquiſito
non comparente,ob quod fuit bãnitus, & poſt
annum foriudicatus,quo caſu pro foriudicato
habetur,ſi talis confeſſio etiam extendatur ad
alia delicta, de quibus nõ fuit accuſatus,& cõ-
cludit negatiuè ex doctrina Bald.in l. ſi aduer
ſarius C.de fid.inſtrumen. ſi enim ſecundam
opinionem aſſequamur certum eſt,quod dum
reus non fuerit accuſatus de alijs vicibus mer
3 caturam exercendi , ex quo pro prima vice nõ
verè mercator dici poterat, Maſcar.de prob.
concl.1051. num.6. poſtquam exigitur con-
tinuatio ipſius , vt rectè mercator dici po-
tuiſſet, & ob id ex multis probando ſubnectit
ibidem Maſcard.num.12.non ſufficere,probà-
4 re illum alias ipſam mercaturæ artem exer-
cuiſſe,niſi probetur hodie exercere, vt poſſit
mercator appellari, & mercatorum priuile-
gijs vti,ex Bar.Bald.Roman.Rayn.Anton.de
Butr.& Salyc.ibidem relatis, ſicq; diceretur
vnicum delictum mercaturæ exercitij conti-
nui, non plura,& ſic Doct. inferunt ad puniẽ-
5 dum quem de falſo pro teſte falſo adducto,vt
vnica pęna teneatur,ſi plures teſtes produxe-
rit falſos, ex traditis per Ioan.Arnon. ſingul.
100.quibus accedit, quod tradit Ioa.Baptiſta
Plotus de in litẽ iur.§.44.nu.4.ꝙ ſtante ſtatuto
Mediol.imponente pęnam falſificantibus acta,
ſcripturas , & alia,non excedente aureos 20.
pro prima vice,in qua duplum, & per triduũ
cum mitra victus in publicum ducatur, & vl-
tra 20.vſq; ad 500. pro prima vice ſit pęna
manus,pro ſecunda ignis,ſi contingerit quemã
6 piam falſificare plures poſtas,ſeu plura capita
libri,vel inſtrumenti,& alterius ſcripturæ eo-
dem tempore , an vnica vix dicatur, & ſi etiã
hoc ex interuallo diuerſis temporibus con-
tingerit, an pluribus vicibus dicatur commi-
ſiſſe,reſpondit num.6.vnicam vicem eſſe,quia
ad eundem finem,eumdemq; effectum tende-
bat; ſic etiam in alijs delictis ad eũdem finem
7 tendentibus eodem tempore cõmiſſis,vt ſatis
per Iul.Clarum § fin.q.84. ibiq. Baiar.& cæ-
teri Addentes,ſic etiam delictum vnicum, &
8 continuatum, vnicum diceretur in adulterio,
quod per multos dies commiſſum, & conti-
nuatum eſt,Caſtill.dec.182.num.5.Sed quę-
ſtionis eſt,an pluribus pęnis exiſtẽtibus debeat
maiori, vel minori pęna affici reus in caſu al-
legato,& certum eſt,eum ſemel fuerit accuſa-
tus; ſed in delicti perſeuerãtia diù perſiſtẽs ma
iori pęna aſtringi videbatur, & ſic ad pęnam
priuationis officij, quod ſanè oſtenditur in
9 blaſphemante,contra quem impoſita eſt, ſe-
cundum pragma.Regni pęna mutilationis lin
guæ , & altera confiſcationis bonorum, alia
verò triremium, adhuc tamen pro prima vi-
ce erit in arbitrio Iudicis, ſed vbi perſeueran-
10 tia ineſſet, tunc perforatio linguæ locum ha-
beret,probat ex multis Ioan.de Arnone caut.
33. quem ſequitur Blanc. cautel. 9. Sed pro
11 confirmatione deciſionis aduertendum duxi
ex pragm. 1.de mercat.official.prohib. eſſe
inhibitum omnibus officialibus exercere
12 mercaturam, immò Secretario Regni , Scri-
bis à mandatis, & Magiſtris Actorum , in
pragm.12.§.2.& 5.de official.& quæ &c. Ni-
hilominus in occurrenti caſu cuiuſdam Ca-
ſtellani,qui petierat vſuras ex quibuſdam mer
cimonijs à ciuibus ſuæ Ciuitatis, fuit Ciuitas
abſoluta ab impetitis , ſed ipſe non aliter
13 punitus, ea tamen ratione, quia inter officia-
les connumerabatur, quibus hoc interdictum
eſt,ita retulit Regens Rouit.conſ.92.tom.2.&
legimus fuiſſe alias per Collaterale Conſi-
lium diſſequeſtrata quędam mercatura olei,
14 quam publicè faciebat Hector Geſualdus Re
gius Conſiliarius , vt refert Regens Lanarius
conſ.43. num.32. ſequitur Molſ. conſil. 16.
num.18.

Thoro

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata per Iudicem inferiorem ſuper iure aſſiſtendi, an pendente appellatione poſſit reuocari.*

2 *Sententia præſtans aſſiſtentiam habet exequutionem paratam.*

3 *Appellationis cauſa dicitur eadem cauſa cum prima,licet ſit diuerſa inſtantia.*

4 *Concedi non debet vni ex litigantibus, quod* alte-

*alteri denegatur,*
5 *Reus ſi tenebitur ad inſtantiam actoris in iudicio comparere, & eodem modo etiam actor tenebitur.*
6 *Actor, & reus ſunt correlatiua.*
7 *Correlatiuorum eadem eſt ratio.*
8 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
9 *Statuto diſponente poſſe probari legatum per duos teſtes, & ex hoc eodem ſtatuto poterit probari legati reuocatio per duos teſtes.*

## DECISIO XXV.

1 FVit dubitatum in S. C. an lata ſententia per Iudicem inferiorem ſuper iure aſſiſtendi, quæ ex forma Regiæ Pragmaticæ incipientis Magnæ Curiæ Ritum, fuit exequuta, ſi poſtmodum fuit ab ea appellatum, & per Iudicem appellationis reuocata, & ab iſta ſententia fuit ad S. C. appellatum, debeat pendente appellatione reuocari exequutio ſententiæ primæ, Domini Conſiliarij Aulæ Domini Altimaris fuerunt in diſpari voto, ego autem inclinaui in opinionem il-
2 lorum, quod ſicuti ſententia præſtans aſſiſtentiam habet exequutionem paratam, ita ſententia reuocans aſſiſtentiam præſtitam: Primò, quia cauſa ap-
3 pellationis dicitur eadem cauſa cũ prima, licet ſit diuerſa inſtantia, Rota Romana dec. 2. de procur. in nouis, & Afflict. dec. 10. nu. 2. ergo non debet vni
4 ex litigantibus concedi, quod alteri denegatur, regul. non debet ff. de regul. iur. gloſ. in cap. 2. de mut. pet. vbi eſt text. quod priuilegium conceſſum actori, præcludendo viam appellandi, cenſetur conceſſum reo in cauſa reconuentionis, & ſic non ſolum in eadem cauſa, ſed in reconuentione, ſecũdum Abb. ibi, & pari ratione primum, & ſecundum beneficium conceſſum ad inſtantiam actoris, debet concedi primum, & ſecundum ad inſtantiam rei, per l. petente C. de tempor. in integr. reſt. & ad hoc facit ad propoſitum,
5 quod ſi reus in iudicio ad inſtantiam actoris perſonaliter comparere tenetur, pariter actor tenebitur ad inſtantiam rei, Gom. in cap. 1. colum. 2. verſ. quid ſi actor, de dolo, & contum. in 6. Secundo, quia actor, &
6 reus ſunt correlatiua, ergò diſpoſitum pro actore, quod obtinendo aſſiſtentiam, ſententia exequatur, procedit in reo, vt obtinendo reuocationem exequatur ſententia, tum quia correla-
7 tiuorum eadem eſt ratio, & diſciplina, Bart. in l. fin. C. de ind. vid. toll. cum ſimilibus, tum etiam quia actor, & reus non debent ad imparia iudicari, l. fi. C. de fruct. & lit. exp. Tertio, quia contra-
8 riorum eadem ratio, & cognitio, l. & ſi contra ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitu. Quarto, eſt deciſio Bal. in l. fin. C. de fideicom. vbi tradit, quod ſi ſtatutum
9 diſponit, poſſe probari legatũ per duos teſtes, ex hoc eodem ſtatuto poterit probari legati reuocatio ſimiliter per duos teſtes, vt ibi per eum, & ſic fuit iudicatum, die vltimo Martij 1568. poſtea interrogaui Conſiliarios aulæ Domini de Curte, & idem mihi dixere.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Deciſio noſtri Auctoris refertur à Præſ. de Franchis.*
2 *Sententia reuocata, intelligitur quoque reuocata exequutio.*

ASſumitur concluſio ex iſta deciſione, quod quemadmodum ſententia aſſiſtentiæ mandatur exequutioni, non obſtante appellatione, pariterque reuocata ſententia executionis reſtitutio erit concedenda, non obſtante appellatione interpoſita ad S. C. de eadem deciſio-
1 ne meminit Præſ. de Franch. dec. 136. quem ſequuti ſunt vltra Addentes ibi Reg. Tapia pragm. 37. de off. Procur. Cæſ. num. 13. & in pragm. 5. num. 6. de offic. S. C. Anna alleg. 69. Viuius dec. 495. num. 13. Muſcat. in prax. S. C. lib. 2 par. 1. glo. nullitatis num. 50. & glo. ſententia num. 171. quos probaui in 1. par. noſtri Compendij verb. ſententia aſſiſtentiæ, quibus addo Cacer. var. reſol. to. 3. c. 18. n. 25 Barbat. in tract. de reſt. interd. ſuper d. prag. gl. 1. n. 36.



Digitized by Google

& ratio eſt vltra adductas per Auctorem, & Præſ.de Franch. vbi ſupra, quod ſententia re-
2 uocata,intelligitur reuocata exequutio, licet nihil in ea dicatur ex gloſ.fi.in verb.quia in cap.accedens vt lite non conteſt. vbi Bal. & Barb.n.76.tradit Anna ſing 472.& in alleg.93 num.2.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Remiſſio ſi eſt facta ſub conditione, an illa non obſeruata annulletur.*
2 *Princeps an poſſit indulgere ſine partis remiſſione.*
3 *Moderator, & arbiter eſt quilibet in re propria.*
4 *Euelli non poteſt ſine facto eius res, cuius eſt.*
5 *Contrahentium conſenſus eſt indiuiduus.*
6 *Intellectus l.ſi vnus §.pactus ne peteret ff.de pact. ampliatur.*
7 *Bart.doctrina in d.§.pactus declaratur.*
8 *Lex, quamuis C.ad Turpillian. enucleatur.*
9 *Actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem.*

## DECISIO XXVI.

FVit dubitatum in S. C. an ille qui remiſſionem fecit parti inquiſitæ de aliquo delicto omnis iniuriæ paſſæ, vel actionis competentis contra inquiſitum, nil ſibi reſeruando, niſi
1 quod inquiſitus non poſſit morari, vel ingredi in talem Ciuitatem, aliàs quod præfata remiſſio ſit nulla,& inualida, & habeatur pro non facta, ſi demum inquiſitus contrauenit, poſſit pars offenſa, quæ tali modo remiſſionem fecit accuſare, vel accuſationem proſequi, dubium facit tex.in l.ſi vnus §. pactus ne peteret, ibi quia prima actio ſublata eſt,& poſteriùs pactus ad agendum inefficax eſt ff. de pact. & deciſio Bart.in d.§.pactus, vbi determinat, qđ ſi Legatus abſoluit Pręfectum ſub certis pactis, aliàs quod reincidat in primarias pœnas, quod non eſt ſuperior talis, qui poteſtatem legis condendæ habeat, cuius contractus vim legis obtinet, vel per ſtipulationem non eſt adiecta pœna pecuniaria, talis adiectio clauſularum nihil operatur, & idem Bart.in l.tale pactum §. qui procurauit ff. eod. tit. in l. quamuis C.ad Turpill. vbi videtur caſus prima fronte.

Fuit concluſum, quod aut poſt pacem, aut remiſſionem à parte offenſa habitam proſequuta eſt indulgentia Principis, qui ſimpliciter, & non cum dictis qualitatibus indulxit, & tunc quia Principi placuit ſine dictis reſeruationibus, & poteſt Princeps hoc fa-
2 cere ſine remiſſione partis, vt tradit Andr.in c.1.quæ ſint regalia, in verb.& bona committentium col.1.verſ.dico, & etiam quod ſi ſequatur contrauentio, non poteſt pars offenſa aliquid prætendere, poſtquam indulgentia extinxit crimen, vel criminis iudicium, l.indulgentia C. de abolition. & iſto caſu quandoque S.C. iudicauit in fauorem inquiſiti, Aut verò non eſt ſequuta indulgentia Principis,& ſic remanet cõtractus remiſſionis in puris terminis, prout celebratus eſt, & tunc ſi eſt facta cum dicta conditione, vel pacto, dicti contractus ſequuta cõtrauentione, nõ prohibetur pars, quæ remiſſionem fecit accuſationem ſuam proſequi, nã per dictam remiſſionem non eſt extinctum delictum, ſed tantum impeditum ius accuſandi, vel accuſationem proſequendi;& ideò ſi cõtrahentes hoc modo voluerunt contrahere,& non aliter, eorum mens eſt attendenda, l.final.C. quæ res pign.obl.poſſ.& in l.in conuẽti ff. de verbor. oblig. & nihil impedit, quo minus poſſit, quia ex eodemmet actu, ex quo oritur remiſſio, oritur facultas proſequendi accuſationem, facit ſingularis doctrina Barth. Socci. in l. quibus diebus §.quidam Titio il 2. nu. 8.ff. de cond.& demonſtr. allegat text. in l.contractus C.de fid.inſtrum. & iu-
3 ra clamant, in re propria quemlibet eſſe moderatorem, & arbitrum, vulgata l.in re mandata C. mand. & rurſus id
4 quod alicuius eſt, non poſſe ab eo ſine eius facto euelli, regul.id quod noſtrũ,

ff.de

ff.de regul.iur. & ad idem optimè facit id, quod conſiderat Hippol.de Marſil. in ſingul.7.dicens, quod licet contra inſtrumentum guarentigiatum nulla poſſit opponi exceptio, non habet locum in exeptione, quæ ex eodem actu oritur, quia nunquam dicitur remota exceptio, quæ deſcendit ex eo fonte, ex quo petitio, quia ipſi petitioni ineſſe cenſetur, vt ibi latius per eum,
5 & cùm conſenſus contrahentium ſit indiuiduus, infertur quod ſi pro parte non ſuſtinetur, debet corruere in totum, text.notabilis ad hoc in l.tutor §. curator ff. de minor. cum ſimilib. ibi per gloſ.adductis, & illa quæ ſupra dubium facere videbantur ceſſant, quia tex.in d.§.pactus loquitur, quando pa-
6 ctum propter cuius contrauentionem prætendebatur reuiuiſci debere actionem, fuit ex interuallo appoſitum, vt patet ibi, poſtea Bar.verò loquitur non
7 in conuentione facta inter partes, ſed in gratia conceſſa à Superiore, qui poterat facere gratiam, non autem poterat prouidere, quod actiones reuiuiſcerent, & ſic eum intelligit ibi Alex. text.verò in d.l.quamuis magis fundat
8 contrarium, quia ibi loquitur in abolitione, quæ per accuſatorem impetrabatur à Præſide, cauſa cognita, quę impedit quo minus poſſit iteratò agi, quo caſu licet accuſator, & accuſatus pacti eſſent de aliquo, vt dehinc facta abolitione accuſatori præſtaretur, vt notat ibi glo. tamen accuſator erat impetraturus abolitionem à Iudice, quæ abolitio impetrabatur ſimpliciter, & ideò ſi accuſator ſic illam impetrauit, etiam non adimpletis promiſſis, non reddit ad accuſationem, quia contrahentium conuentio nihil poterat operari ex cōſenſu ipſorum in actu, qui non dependebat ex eorum voluntate, ſed à Supe-
9 rioris ordine abolitionem concedendentis, quæ tamquam actus legitimus, neque tempus, neque conditionem recipiebat, vt in regul.iur. actus legitimi, quæ omnia ceſſant in quæſtione, de qua agitur. Quare fuit iudicatum, quod dictus querulans admictatur ad faciendum partem in iudicio, die primo Menſis Apr.1568.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Princeps poteſt facere gratiam reo habenti remiſſionem partis, ſub illa conditione ne accedat ad patriam, & qualiter procedat.*

2 *Remiſſio partis infra certum tempus expetenda, an rectè procedat.*

3 *Pactum adiectum in remiſſione delicti, vt nō poſſit morari, vel accedere ad talem Ciuitatem, an valeat, deciſio S.C. allegatur quando eſſet temporale, & quid ſi eſſet perpetuū, altera deciſio eiuſdem S.C. affertur, nu.4.*

5 *Pactum in pace adiectum, ne offendens tranſire debeat ante domum offenſi, an valeat.*

1 PRincipaliter ex iſta deciſione percipitur, quod Princeps poteſt facere gratiam reo habenti remiſſionem partis, ſub illa conditione expreſſa, ne accederet ad patriam, ex eo, quia Princeps poteſt gratiam facere ſine partis remiſſione, ſed hoc procederet de plenitudine poteſtatis ſecundum aliquos, latè Guazzi. in tract.de fide, tregua, & pace lib.1. q.38. nu. 33. & ibi declarat hoc qualiter, & quomodo procedat, latius Catalan. in tract. de indultu c.22.num.33.& 50. & maximè ſi fuiſſet adie-
2 ctum tempus, vt infra tantum tempus procuraret remiſſionem partis, vt conſuetum eſt ſeruari in generalibus abolitionibus, ſubdit Tartagl.in pragm.fin.de compoſ.c.1.nu.13. non tamen deſunt alij contrarium aſſerere, vt erit videre apud eundem Guazzi.alleg.loco Secun
3 dario colligitur, remiſſionem fieri non poſſe ſub pacto, ne poſſit morari, vel accedere ad talem ciuitatem, ſiue fuerit factum pactum prædictum ad certum tempus determinatum, vt fuit deciſum per S. C. apud Viuium in eius ſylua opin.opin.574.nu.14.quem ſequutus eſt Farin.in eius prax.tit.de diuerſ.crimin.q.107. par.2.ar.20.num.263. Ricc.collectan.2080. quos probaui in meo Compend. par.1.verbo remiſſio delicti, quibus addo eundem Guazz. in d.tract par.1.queſt.62.num.1. Sed etiam
4 perpetuò, vt in alio caſu deciſum tradit Reg. Rouit.in pragm.8.num.8.de compoſ.eum ſequitur Maſtril.deciſ.Sicil.38.num.8.vt in eodem Compend.eod. verb. remiſſio obtenta

memi-

Digitized by Google

memini, & ad hoc copioſè erit videndus Viſcont. in ſuis concluſ. iuris, verbo remiſſio, ſiue pax, vbi alios recollexit, & nos allegat in citatis locis, Capibl. de Baron. 2. tom. q. 28. nu.
5 21. & an poſſit fieri pax, cum pacto ne offendens tranſire debeat ante domum offenſi, negatiuè reſpondit Morot. de treug. & pace q. 187. cum ſequitur ibidem Guazin. aſſerentes hoc benè fieri poſſe à Principe, alijsq; ſuperioribus.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Scribis Regiæ Cameræ ſolet dari zaccharum quolibet anno.*
2 *Extenſio non fit in pęnalibus, & correctorijs.*
3 *Furtum, ad hoc vt dicatur commiſſum, an furantis præſentiam requirat.*
4 *Opem præſtans furto, an dicatur furtum committere, adeò quod furti poenæ ſubiaceat.*
5 *Fur an dicatur qui perſonam ſuppoſuit in furando, & opem præſtitit.*
6 *Statutum imponens poenam delinquenti, an comprehendat præſtantem opem.*
7 *Furtum an dicatur, vbi eſt conuentum, quod pecunia furata diuidatur.*
8 *Intellectus l. falſus §. 1. ff. de furtis verus traditur.*
9 *Poena quæ imponitur pro furto de iure communi rei ſacræ, vel publicæ, quænam ſit.*
10 *Furans pecuniam Regiæ Theſaurariæ, an puniatur poena capitali Regni.*
11 *Furtum pecuniæ publicæ acriori poena puniendum eſt.*

## DECISIO XXVII.

QVidam infœlix Iuuenis, quem non nomino, quia honeſtis parentibus natus falſificauit prouiſiones Regiæ Cameræ, quibus Arrẽdatori Dohanæ mandabatur, vt quibuſdã perſonis in illis ſubſcriptis
1 zaccarum à Regia Camera Scribis eiuſdem Regiæ Cameræ dari ſolitum conſignaretur, & poſtquam manus, ſeu ſubſcriptionem Domini Locumtenentis, Præſidentis, Rationalis, & Notariorum Cameræ prædictæ, quorum omnium ſubſcriptiones in cõſimilibus prouiſionibus requiruntur falſificauit hominem, qui ſe in dictis prouiſionibus nominatum eſſe fingebat ſuppoſuit, ſicq; plures zaccari quantitates diuerſis vicibus habuit, aſcẽdentes ad valorem ducatorum circiter quindecim, & in proprios vſus conuertit; fuit in Regia Camera dubitatum, an iſta diceretur contractatio talis de re aliena facta, Domino inuito, vt verè furtum commiſſum dicatur, & ſic diſpoſitioni Capituli Regni imponentis pro furto pœnam mortis naturalis ſubiaceat.

Dùm hæc cauſa tractaretur, & votaretur in Collaterali Conſilio in præſentia Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Proregis, aliqui ex Dominis dubitabant Primò, quòd iſte verè fur dicebatur, nec ſub vera furis ſignificatione comprehendi, ſed tantum furto opem præſtans, per text. in l. ſi quis vxori §. cùm ſit ff. de furt. vbi ſi Titio honeſto viro pecuniam credere vellem, tu aliũ Titium egenum ſubieciſti, quaſi quod ille locuples eſſet, & nummos acceptos cum eo diuiſiſti, furti teneris, quaſi ope tua, conſilioq; furtum factum ſit, ſed & Titius furti tenetur, vnde ſi tanquam furto opem præſtans tenetur, infertur quod iſte, qui ſuppoſuit perſonam, ac ſi eſſet illa, quæ in prouiſionibus falſificatis nominata erat, & zaccarum poſtmodum cum perſona ſuppoſita diuiſit, opem tantum furto præſtitit, & quia Capitulum Regni imponens pro furto pœnam mortis loquitur de furante, non videtur debere extendi ad opem præſtantem, cùm ſi-
2 mus in pęnalibus, & correctorijs, in quibus regulariter non fit extenſio, Io. Andr. notat in cap. odia per illum text. de reg. iur. in 6.

Secũdò, quia quando perſona zaccarum recipiebat, iſte Iuuenis ſupponens non erat præſens, ſed abſens, vndè verum, & proprium furtum per ipſum
3 commiſti non videbatur, iuxta text. in l. falſus §. 1. verſ. ſed & ſi is ff. de furtis, vbi formaliter dicit text. quod ſi ille

qui

qui indebitum accipiebat ſoluen-
dum delegauerit, non erit furti actio,
ſi eo abſente ſolutum ſit, cœterum
ſi eo præſente alia cauſa eſt,& furtum
facit.

Tertiò, quia in quæſtione præſenti
cùm certam de iure determinationem
habeamus, non erit in alio inſiſtēdum,
apparet namq; Iuuenem hunc in l. Iul.
pecul. incidiſſe, text. eſt in l. ſacrilegi
§.labeo,vbi eod. cap. inferius ſcribit,
non ſolum pecuniam publicam, ſed
etiam priuatam crimen peculatus fa-
cere, vt ſi quis quid fiſco deberet, ſi-
mulans ſe fiſci creditorem acceperit,
quamuis priuatam pecuniam abſtule-
rit ff.ad legem Iul.peculat. ecce ergo,
quod Iuuenis iſte, licet perſonam loco
perſonæ adſcriptæ prouiſionibus præ-
dictis, quamuis falſis ſupponendo, &
ſic perſonam ſuppoſitam fiſci creditri-
cem eſſe fingendo, zaccarum ab alio
loco Arrendatoris abſtulit, quod zac-
charum comperta falſitate prouiſionū,
non fuit per Cameram in exitu Arren-
datoris admiſſum, & ſic machinatio
iſta in eius damnum ceſſerit,tamen lex
expreſsè dicit, hoc crimen peculatus
cenſeri,& conſequēter pœna certa per
legem dicta eſt,videlicet aquæ,& ignis
interdictio,in cuius locum deportatio
hodie ſucceſſit,tex.eſt in l.3.ff.eod.tit.
glo.in l.1.C.eodem,tamen fuit conclu
4 ſum,hoc verè furtum extitiſſe,per text.
in l.falſus in princ. ff.de furt. vbi falſus
creditor, hoc eſt, qui ſe ſimulat credi-
torem, ſi quid acceperit, furtum facit,
nec nummi eius fiunt, quæ verba ſatis
clara ſunt, dùm dicunt, furtum facit,
& hoc idem probat text. in dicto §.
cum Titio, & in l. ſi is qui rem §. ſi tu
Titium ff. eodem, vbi ſi Titium mihi
commodaſti, quaſi idoneum, cui cre-
derem,& ego ignorem Titium quis ſit,
deinde tu alium educas quaſi Titium,
furtum facis, quia Titium hunc eſſe
credo, & hoc apertius fundatur ex re-
ſponſionibus ad difficultates prædictas
ſubiungendis.

Et primò non obſtat, quod dice-
batur, vt ille, qui alium ſuppoſuit, li-
cet pecuniam receptam per ſuppoſi-
tam perſonam diuidat, opem præ-
ſtans, furtum dicatur, quia licet opem
5 præſtans, tamen de eo, vt de vero fure
iudicatur, ex illa vera concluſione,
quod quando prẽſtatio operis eſt cau-
ſa furti, vel delicti, verè fur dicitur,
& eadem pœna tenetur, probat text.
in l. ſi pigno.§. qui iura ff. de furt. per
quem text. Doctores idem dicunt in
accomodante enſem, & benè facit
text. in l. nihil intereſt ff. de ſicarijs, &
text. in l. 1. §. incidit ff. ad Turpill. &
ita firmant Doctores, quos ex meo in-
ſtituto omittere decreui in his meis
fragmentis, quæ pro mea particulari
victoria collegi, & vt in ſimilibus cau-
ſis mihi deſeruirent, non autem
vanam Mundi gloriam ſitiens, pote-
runt tamen videri collecta per Felin.
in cap.1.extra de officio deleg. & ideo
ſi ſuperuenit ſtatutum imponens pœ-
6 nam delinquenti, comprehenduntur
omnes, maximè quando iſta qualitas
ineſt in ipſo delicto, & tempore
delicti, iuxta elegantem theori-
cam Bart. in d. l. is qui opem ff. de
furt.

Præterea ſupponere perſonam, quæ
fingat ſe talem qualem eſſe oporte-
7 bat pro pecunia recipienda, ad hoc
vt recepta inter eos diuideretur, eſt
verè furtum facere, vt probat text
in d.l.ſi is qui rem §.ſi tu Titium.

Secundò non obſtat id, quod di-
cebatur de præſentia ſupponentis
perſonam, quando ſuppoſitæ perſo-
8 næ ſoluebatur, per text.in dicta l. fal-
ſus §. 1. ff. de furt. nam ille text. debet
intelligi, quando ille, cui delegata
erat ſolutio per falſum creditorem,
ſupponentis, vel delegantis fraudem
ignorabat,tunc enim abſentiæ,vel præ
ſentiæ diſtinctio adhibenda eſſet, nam
ſi perſona delegans eſt abſens tempore
quo pecunia ſoluitur,furtū nō cōmit-
titur,ex quo ille, qui recipit eſt inſcius

F fraudis

fraudis, furtum non commictit, & ſic
reſpectu delegantis,furtum dici non
poterit,ſed ſi eſt præſens,tunc verum
eſt dicere, furtum commicti, tum quia
præſentia regulariter arguit ſcientiam,
Bal.in l.teſt.per illum text.C.de teſtib.
c.1.per illum tex.ſi de inueſt.int.Dom.
& vaſſal.lis oriatur num.3.tum etiam
quia pecunia fingeretur ſoluta delegã-
ti,qui ſe creditorem ſimulauit, & à de-
legante ſoluta ei, cui facta eſt delega-
tio, vt notatur ibi in gloſ. & ſic furtum
commictebat, ſecus autem quando
vterque fuit particeps fraudis, tunc
enim vterque verè furtum commictit,
prout fuit in caſu de quo agitur, hoc
probat elegãs text.in d.§.ſi tu Titium,
& iſte eſt verus,& vitalis ſpiritus d.§.1.
l.falſus ff.de furt.

Poſtremò non obſtat, ꝙ hoc crimen
in legem Iuliam peculatus incidit,& ꝙ
iam per illam legem certa pęna ſtatuta
dignoſcatur,vt in l.3. ff.eo.tit.nam ve-
rum eſt dicere, huiuſmodi delinquen-
tem in prædictam legem incidiſſe, ſed
ex hoc non infertur,quod furtum pecu
niæ publicæ furtum eſſe deſinat, licet
in aliam delicti ſpeciem trãſeat, immò
adhuc illius furtum commicti dicitur,
text.eſt in d.l.ſacrilegi §.qui eũ in mo-
neta,ibi furtum publicæ monetæ feciſ
ſe,quod peculatus crimen accidit, &
ad idem eſt tex.in d.l.ſacrilegi §.labeo,
ibi pecuniæ publicæ, aut ſacræ non ab
eo factum,cuius periculo pecunia fuit,
eſt tamen qualitas aggrauãs delictum,
9 quod patet, de iure communi enim
imponitur pro furto,vel pęna pecunia-
ria,vel extraordinaria, DD. & præſer-
tim Bart.in auth.ſed nouo iure C.de
ſeruis fug.ſequitur Ang. in §. ex male-
ficijs col.2.num.4.inſt. de actio. & pro
furto rei ſacræ, vel publicæ imponitur
pęna deportationis,vt per DD.eodem
loco,& conſequens eſt,vt ſi dicitur cri
men furti,& pro crimine furti pœna
mortis imponatur,neceſſariò infertur
talem pœnam ſibi locum vendicare,
10 aliàs ſequeretur, quod qui pecuniam
Regiæ Theſaurariæ furatur, cap.Regni
ad hoc non includeretur, neq; ligare-
tur, quod dicere quàm ridiculum
ſit,nemo eſt qui non videat, immò re-
ctius dici poſſet, quod ſicuti de iure
communi furtum rei priuati hominis
modo prædicto punitur, & furtum pe-
11 cuniæ publicę punitur acriori pœna,
ita furtum pecuniæ priuatæ,quod pœ-
na mortis per cap.Regni punitur,ſi in
pecunia publica commictat altiori pa-
tibulo delinquens pęnas luere debet,
& ſic fuit iudicatum, dictum Iuuenem
eſſe ad mortem condemnandum.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Officialis delinquendo magis delinquit.*
2 *Poena officialis furtum commictētis, quęnam ſit, deciſio citatur.*
3 *Crimen peculatus in officiali quænam ſit, ſub diſtinctione refertur, & nouiſſimè deciſiones referuntur.*
4 *Falſi poena tenetur fingens ſe eſſe creditorem alicuius, cum non ſit.*
5 *Actuarius falſificans acta M. C. hoc eſt, manus Iudicũ, & Regentis, qualiter punitur.*
6 *Falſificans literas Regiæ Cancellariæ qualiter puniri debeat, deciſio producitur.*

Reaſſumitur ex facto iuris auctoritate corro-
borato,quod falſificans prouiſiones R.C.S.
quarum vigore conſequutus eſt emolumen-
tum,ſupponendo perſonam alterius poenam
mortis incurrit,iam pendet de facto conſimi-
lis altercatio de quodam Scriba Regiæ Came-
ræ, qui ſub prætextu falſarum prouiſionum
R.C.aliquas pecuniarum quantitates extorſit
à Perceptore Terræ Laboris,ac etiam Princi-
patus Citra ,licet ad inſtantiam cuiuſdam cre
ditoris Regij fiſci, & coram Præſide R. C.
Matthia Caſanata,penès Maiorinum.Sed per-
ſcrutando negotium pręfatum magnum exiſti
matur eſſe delictum intuitu officij factum ab
1 Officiali,cum magis delinquere videatur Ca-
ball.reſol. crim. 99. num.56. adeò quod in
furto tantum commiſſo ab officiali aliquid
2 ſubtrahendo, refertur fuiſſe condemnatum
ad relegandum, vel aliter arbitrariè, puta
in duplo, vt refert Matthias Coler.deciſ.Ger-
maniæ 207.tom.1.& eademmet poena teneri
viden-

Digitized by Google

3 videntur officiales crimen peculatus committentes, vt plenius Caball. reſol. crim. 99. num. 14. & ſeq. licet aliqui contrariũ putant, vt ſit pęna mortis naturalis, & potiſſimum in officialibus, nã in cęteris pęna deportationis, iuxta diſtinctionem DD. cum qua reſidet idem Caball. quamuis Farin. in eius prax. tit. de furt. q. 171. à num. 24. cum ſeq. in fi. non conſentiat pęnæ mortis, & ſic nouiſſimè fuit iudicatum per Regiam iunctam, ad relationem Præſidentis Vincentij Corcione de anno 1627. quẽdam eſſe condemnandum perpetuò ad relegandum ob tale crimen peculatus, & ad ſolutionem duc. 2000. & iterũ fuit ſimiliter deciſum, eſſe condemnandum quendam alium perpetuò in Inſulam per S.M. eligendam, ac ad intereſſe partis, & fiſci de menſe Decembris 1628. quæ ſiquidem ſententiæ viſæ fuerunt ſatis æquæ, cũ in tali crimine peculatus falſitas quoque concurrebat, ob quam etiam poterant ad mortem damnari, eo quod intuitu officij patrata fuerat, quod ſanè ſatis eſt perniciosa officialibus in aliquo officio, vel exercitio commorantibus, & vidimus etiam N. ob eam cauſam fuiſſe nouiſſimè condemnatum per quinquennium ad relegandum, & officio priuatum, nec non ad intereſſe partium, de anno 1628. & menſe Decembris, de quo memor eſt Regens Rouitus conſ. 106. par. 2. ad rem autem deue-
4 niendo notandum erit, quod fingens ſe creditorem alicuius, cùm non ſit, poena falſi tenetur, Farinac. eod. tract. q. 150. num. 58. & in ſpecie q. 171. num. 27. loquitur de eo, qui fingens ſe fiſci creditorem ab eiuſdem fiſci debitore pecuniam exigit, vt ad duplum teneatur, & hoc quando falſitas non interueniſſet, aliàs maiori poena afficeretur; & quid in Actuario
5 falſificante acta Magnæ Curiæ, hoc eſt, manus Iudicum, & Regentis; fuit in contingenti caſu damnatus ad remigandum vita durante per Sacrum Conſilium, ex Gramma. deciſ. 27. & in Conſt. qui literas num. 3. quem ſequuti ſunt Iul. Clar. Carrer. Mar. Ital. Vrſill. & Ricc. quos probaui in 1. par. noſtri Compend. verb. falſi-
6 ficans, & denique eadem poena mortis tenetur falſificans literas Regiæ Cancellariæ, vt iudicatum teſtatur Muſcatell. in eius prax. crim. rubr. de falſis num. 49.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia perempta in criminalibus, perit omne ius.*
2 *Confeſſio nihil operatur vbi ius eſt peremptum.*
3 *Solutũ eſſe, & eſſe præſcriptum æquiparãtur.*
4 *Termini præfixio facta inſtantiæ, & facta cauſæ, qualiter differant.*
5 *Confeſſio non inducit, ſed probat delictum.*
6 *Inſtantia perempta in criminalibus, nouum iudicium formari non poteſt.*
7 *Delicta cancellata poſſunt adduci ad aggrauandum.*

## DECISIO XXVIII.

FVit in S.C. dubitatum, an formata inquiſitione contra delinquentem de homicidio, datisq; defenſionibus, & lite conteſtata, ſequuta poſtmodum illius liberatione ſub fideiuſſoribus, tamen non diffinitiuè, & poſtmodum etiam ſequuta inſtantiæ peremptione, ſi demùm ob aliam cauſam in fortijs Curiæ peruenit, & ſpontè homicidiũ prędictum faſſus eſt, poſſit contra ipsũ ex cauſa homicidij p̃dicti procedi, non obſtante peremptione inſtantiæ, M.C. determinauit, quod ſic, & cùm fuiſſet appellatum ad S.C. fuit concluſum, quod moleſtari non poterat.

Nam hodie eſt expeditum, quod in
1 criminalibus perempta inſtantia, perit omne ius, aliàs de iure eſſet dubium, quia hæc opinio recepta eſt, & ſecundum eam paſſim iudicatur ad congeſta per Gram. vot. 31. & pluries, me exiſtente relatore in Camera etiam eſt iudicatum, ex hoc ergo ſequitur,
2 quod cùm peremptum ſit omne ius, confeſſio nihil operatur, iuxta tex. in l. confeſſio ff. de inter. act. & paria ſunt
3 ſolutum eſſe, vel eſſe præſcriptũ, vt tradit Aretin. in cap. cum P. Manconella extra de accuſat. nunquam enim dubitauerunt DD. an ſi ius accuſandi, vel inquirendi ſit ſublatum tempore ex diſpoſitione iuris, vel ſtatuti, quo caſu dicitur oriri exceptio reddens iudi-



Digitized by Google

cium retro nullum, ex dictis per Iacob.
Butrig.& Bal.in l.licet C. de procurat.
poſſit reus moleſtari ratione confeſſio-
nis,hoc nunquam habuerunt DD.pro
expedito, quod non poſſit, vt tradit
Aret.in loco prędicto,& Fely.congerit
alios in cap.venerabilis ext.de iud. vbi
4 facit diſtinctionem inter præfixionem
termini factam inſtantiæ,& præfinitio-
nem termini factam cauſæ,vt primo ca
ſu poſſit; ſecundo verò caſu non poſſit,
vigore dictæ confeſſionis procedi; igi-
tur ſi hanc ſectamur partem, quod in
criminalibus perempta inſtantia,
pereat ius, infertur quod terminus pe-
remptorius biennalis eſt à lege præfi-
xus cauſæ,& non inſtantiæ, faciunt di-
cta per Capyc.in dec.11.& conſequen
tèr confeſſio nihil eſt.

Præterea,confeſſio non inducit,ſed
5 probat delictũ,eſt ergo neceſse, quod
adſit ens,ſuper quo fundetur iſta con-
feſſio,quia non entis nullæ ſunt partes
ſi ergo lapſus temporis abolitionem fa
cit delicti,non poteſt dici,quod confeſ
ſio probat id, quod non eſt, & ex con-
ſequenti moleſtari non debet.

Rurſus, iſta confeſſio aut eſt recepta
in modum iudicij ſuper hoc delicto
formati,& fieri non poteſt,quia perem
6 pta inſtantia in criminalibus nouum
iudicium formari nõ poteſt, aut eſt re-
cepta incidentèr, dum de alio crimine
tractabatur, & clarum eſt, quod talis
confeſſio non eſt ſufficiens ad condem
nandum,ſed tantum ad inquirendum,
Affl.in dec.176.& cùm reiterata inqui-
ſitio fieri non poteſt,cap.de his extra
de accuſ. vndique concluditur,confeſ-
ſionem prædictam ad finem condem-
nandi non ſufficere.

Et pro hac opinione adſunt autho-
ritates,licet non conſiderent rationes
prædictas,vt poterunt videri per Socc.
in conſ.108.vol.4.& doctr.Bal.in l.pro-
perãdum C.de iudic. in princ. in final.
verbis, q̃ videntur facere in cõtrarium,
poſſent intelligi, qñ vera eſſet in crimi
nalibus,quod nunc non diſcutio,quã-
do eſſet recepta ante peremptionem
inſtantiæ,& ſic tempore habili,ſecus ſi
poſt,vt ipſe tradit in cap.fin.extra de
offic.deleg.de quo Hippol.in conſ. 46.
& conſ.84.alios cumulans.

Et quia delicta cancellata poſſunt
adduci ad aggrauandum, Paris de
ſindic. ver. ſed pone, quod aliquis nu.
7 64. fuit concluſum; quod reſpectu di-
cti homicidij non procedatur princi-
palitèr, ſed ad aggrauandum tantùm
aliam inquiſitionem aliorum delicto-
rum; die 4.Febr.1569.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

*1 Deciſio noſtri Auctoris à Prœſ.de Franch. adducitur.*

*2 Dilatio conceſſa inquiſito, an per lapſum inſtãtiæ liberatus videatur,deciſio adducitur.*

*3 Inſtantiæ peremptio in Regno non datur ex lege particulari,hoc eſt in* Tribunalibus *collegiatis.*

AB iſta deciſione colligitur,quod ſuperueni-
ente confeſſione rei de delicto,pro quo fuit
liberatus , non debet aliter puniri ob lapſum
1 inſtãtiæ, ſed potius grauari reſpectu aliorũ de-
lictorum,& de eadem deciſ. memor fuit Præſ.
de Franch.dec.653.vbi de noſtro Auctore pa-
riter meminit,& iterum in ſequenti dec. 654.
de conſimili caſu loquens,ita pariter deciſum
tradit,eum ſequitur Palma in ſuo diuerſ. iuris
glo.5.ſuper cap deteſtantes nu.4.& quid ſi fue
2 rit data dilatio inquiſito,an per lapſum inſtan-
tiæ erit liberandus, idem refert deciſum fuiſſe
in beneficiũ rei,præfatus Præſ. de Franch.dec.
250.ibiq; Adden. & de hac eadem materia
peremptionis inſtantię latè pertractat Guazi.
in tract.ad defenſ.in 2.def.c.6.per tot.vltra
Iul.Clar.in §.fi.q.51.ſequitur Lud.Gilhauſ. in
ſuo arb.crim.iud.c.5.Ramuſc.3.n.216.in Re-
3 gno aũt ex particulari pragmatica ſuper perẽ-
ptione inſtantiæ cautũ eſt,inſtantiam non dici
amplius perẽptam in omnibus Tribunalibus
Neap. reſidentibus,ẽt in cauſis delegatis, vt in
pragm.51.de off.Magiſtri Iuſtit.

Thoro.

SVM-

*SVMMARIVM.*

*1 Confeſſus ſe occidiſse hominem, an poſſit condemnari ad mortem, ſi de corpore mortui non conſtat.*
*2 Probatio nulla maior, quàm oris proprij confeſſio.*
*3 Lex indè Neratius §. fi ff. ad leg. Aquil. declaratur.*
*4 Confeſſio ita potens in criminalibus, ſicut in ciuilibus.*
*5 Lex ad hoc vt habeat locum, debet conſtare qualitas ab ea requiſita.*
*6 Antecedenti conceſſo, conceſsa ſunt & omnia, quæ ſequuntur.*
*7 Ang. in l. certum ff. de confeſ. declaratur.*
*8 Confitens ſe occidiſse hominem incertum, an poſſit ad mortem condemnari.*
*9 Opinio vehemens pro veritate habetur.*

## DECISIO XXIX.

CVM quidam Iuuenis publicè cõuerſari ſolitus non comparere cępiſſet, & ob id etiam cęptum fuiſſet ſuſpicari, nè forſitan necatus fuiſſet, & orta fama fuiſſe occiſum, conſtito, quod fuerat viſus cum quodam alio Iuuene ire ad quendam locum, & ab illa hora, vt dixi, amplius non fuerat viſus, poſito Iuuene prędicto ad torturam, vt indicaret, quid de illo Iuuene ſequutum erat, & habita ab eo confeſſione, quod iam dictus Iuuenis fuerat ab alijs cum interuentu eius occiſus, & in quodam nemore humatus, ſtante ipſa confeſſione, & alijs in M. C. benè viſis, & captis duobus alijs, habitaque ab ipſis confeſſione, confeſſi fuerunt homicidium prædictum commiſiſſe, &, vt dixi, cadauer occiſi in dicto nemore ſepelliuiſſe, & facta diligenti perquiſitione pro illo inueniẽdo, neq; aliter inuento, fuerunt iterum torti, vt veritatem dicerẽt, quid de cadauere prędicto egerunt, qui confeſſi ſunt, ſe ipſos poſt aliquos dies poſt humationem prędictam cadauer ipſum à loco prædicto ſubſtuliſſe, & in flumine, nè amplius inueniretur proieciſſe. Qua confeſſione ratificata, & formato proceſſu, fuit cęptum dubitari in M. C. an poſſent ex ea condemnari, cùm de corpore mortuo non conſtaret, & cùm tandem per Magnam Curiam lata eſſet ſententia ad mortem naturalẽ, & introducta appellatione in S. C. fuit idem dubiũ accuratè diſcuſſum, & licet ex cõfeſſione delinquentis ſe occidiſſe hominem, & in flumine proieciſſe, ſequi poſſit cõdemnatio ad pœnam ordinariam, & ſi de corpore mortuo non conſtaret.

Diſceptatio iſta procedit ex illo tex. apud omnes Criminaliſtas in vulg. l. 1. §. idẽ illud, ibi niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem ff. ad Syllan. ex quo text. Bald. determinat, ex tali confeſſione non poſſe ſequi condemnationem, in add. ad Spec. in rubr. de ſentent. cum alijs infinitis, quę iuxta morem meum omitto, quia relata ſunt per Moder. Bonon. in l. 1. §. 1. de quæſt. Fuit concluſum, quod ſequi debeat condemnatio ad mortem: Primò, quia etiam quod deberet conſtare de corpore mortuo, iux. text. in d. §. item illud, ex quo reus hoc confitetur, negari non poteſt quin con-
2 ſtet, cùm nulla maior probatio quàm proprij oris confeſſio, iuribus vulg. & ipſe reus tenetur probare de vita, & ſic docere de errore confeſſionis.

Secundò, quia hoc videtur probari
3 per tex. in l. inde Neratius §. fi. ibi, poſtea paratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe ff. ad l. Aquil. qui licet in contrarium ponderabatur per Aduocatos inquiſitorum, ibi cęterum eſſe occiſum hominem à quocumq; oportet, quaſi quod debeat conſtare de morte, & tũc ſufficiat, ſi reus dicat ſe occidiſſe, nec actor teneatur probare eum conuentum feciſſe: tamen vera intelligentia text. eſt, quod illa verba intelliguntur quando ille ſcilicet, qui confeſſus fuerat probauerat ſeruum viuum, aliàs ſecus, & ita elegantèr tradit ibi gloſ. in verb. confeſſoriam, ibi cogitur tamen probare eum eſſe occiſum à quocumq; ſi alitèr viuum probet, aliàs ſatis erit

ſi à ſe occiſum confitetur, & apertè ex illo text. probatur, nam vt patet in principio dicitur, quod confeſſus eatenus auditur, quatenus ipſe paratus eſt docere de vita ſerui, & ſic pſupponitur non conſtare, ſeruum à quocumque occiſum, & tamen expreſsè decidit, quod confeſſio potens erat, niſi ipſe de errore docuiſſet, & hoc caſu ſubdit tex. quod confeſſoria releuat ab onere probandi eum occidiſſe, cæterum actori incumbit docere à quocumque occiſum.

Et quamuis ille text. loquatur in actione legis Aquil. quæ eſt ciuilis, tñ cùm non adſit ratio in contrarium in
4 actione criminali idem dicendum, ita enim confeſſio potens eſt in criminalibus, ſicuti in ciuilibus, vulgat. iuribus.

Tertiò, quia text. in d. §. item illud nõ infertur ad id ad quod allegatur, nã ex Senatuſconſulto Syllaniano, occiſo Domino ſerui torquentur, vt indicent à quo fuit occiſus, vt eis non præbentibus opem ſupplicium inferatur, vndè nil mirum ſi quæſtio à ſeruis habenda eſt, vt ſciatur à quo Dominus occiſus eſt, & conſtare debet, hominem eſſe occiſum, quia quælibet qualitas à le-
5 ge requiſita conſtare debet, vt lex locum habeat, l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff. ne quid in flum. publ. cum alijs ſexcentis; non autem dicit ille text. quod ſeruis confitentibus Dominum occiſum ab eis, vel ab aliquo ipſis opem ferre negligentibus non ſufficiat, & reperi, quod hoc reſponſum, de quo paulò ante dicebam dat Alexand. ad illum tex. in conſ. 19. incip. circa primum in 3. colum. vol. 7.

Quartò, dixi hoc probari per text. & ibi Bart. in l. & ſi certum §. fin. ff. eodem titul. ad Syl. iuncto tex. in d. §. item illud, nam in text. in §. item illud dicitur, quod quæſtio ſeruorum non habetur, niſi de ſcelere conſtet, & tamen tex. in d. §. fi. dicit, Domino non comparente ſeruos eſſe torquendos, vnde quãuis de morte nõ conſtet, tamen ex eo, quia Dominus non comparet, & ſic de morte ſuſpicatur, à ſeruis quæſtio habetur, per quem tex. dicit ibi Bar. quod ille text. ſupplet ad dictum §. item illud, quia liquere debet, Dominũ eſſe mortuum, per text. in d. §. item illud, vel liquere, quod non comparet, per tex. in d. §. fin. ita quod ad torturam poteſt deueniri, ſicuti ergo Syllanianum Senatuſcõſultum prouidet, quod conſtito de corpore Domini occiſi, ſerui torquentur, & ſi confitentur pœnas luunt, iuxta tex. in d. l. 1. reſp. 1. & §. potuiſſe ita pariter dicendum eſt, quod cùm prouideat pari modo eſſe torquẽdos, ſi de morte Domini ſuſpicatur, quod ſi ipſi confitentur ſe ipſos occidiſſe, & ſic de corpore mortuo per eorum confeſſionem conſtat, quod ex eodem Senatuſconſulto plectantur, ſi enim torquentur, vt ibi dicit Bart. & tortura eſt legitimè illata, ergo conſequens eſt, vt omnia ea, quæ ex tortura ſequuntur, ſuum debeant habere ef-
6 fectum, quia conceſſo antecedenti, cõceſſa ſunt omnia ea, quæ ſequuntur, vulg. l. ad rem mobilem cum l. ſeq. & ibi gloſ. ff. de procurat. & ſic probatur, quod quando mors eſt indiciata ex eo ſolo, quod non comparet homo, quod dicitur occiſus, habet locum Senatuſconſultum, ꝙ prouidet tam circa adhibendam, quã circa punitionem, habita confeſſione, vt dixi, & certè pura veritas iſta videtur.

Quintò, quia Doctores, qui dicunt, confeſſionem prædictam non ſufficere loquuntur in confeſſione facta per in-
7 quiſitum ſe occidiſſe hominem incertum, cuius nomen ignoratur, tunc enim quia videtur multum vaga, & incerta, forſan non ſufficeret, non autem loquuntur quando confeſſio eſt facta de homicidio hominis certi, & particularis, quia ſi confeſſio eſſet falſa, poſſet à confitente probari, quod viuit, illa enim confeſſio quia habet omnia requiſita ad cõfeſſionem, benè eſt ſuf-

fi-

Digitized by Google

ſiciens, & ita declarat Ang. & poſt eũ Cuman. in l. certum ff. de confeſſ.

Sextò, quia ijdem Doctores loquentes de confeſſione incerti hominis dicunt, quod ſi per famam conſtaret de
8 morte alicuius hominis, eſſet ſufficiẽs, vt dicit Bal. in loco prædicto, & omnes qui eum ſequuntur ſic limitant, vel ſi ex alio eſſet veriſimilis, vt iudicauit ille Nicolaus de Tortilla, & certè in caſu prædicto adeſt fama, adeſt etiam quia iuuenis mortuus aliàs cum illis viſus fuerat, & poſtea per annum non
9 comparuit, de cuius morte vehemens eſt opinio, quæ pro veritate habetur, iuxta text. in l. 2. §. idem labeo cum glo. in verb. ſciat ff. de aqua pluuia arcend.

Septimò, dicebat Ang. in d. l. quod ſi cõfeſſio de homicidio certi hominis non ſufficeret, aperiretur via Iudicibus malignandi, & ego plus dico, quod eſſet concedere priuilegium malis hominibus impunè occidẽdi homines, procurando proditoriè, prout accidit in quæſtione præſenti homines occidere, eorum cadauera occultandi, & poſtmodum prætendere, quod ſi confitentur puniri non poſſunt, & in effectu priuare Iudicantem facultate procedendi contra ſimilia patrantes, ſub tali prętextu, quę numquam leges conſiderauerunt, neque Doctores dicere voluerunt, & eſſet quàm pernicioſiſſimum exemplum. Quare fuit votatum benè iudicatum per M. C. & quod furcis ſuſpendantur die 10. Apr. 1568. Actuarius Ioa. Alphonſus de Capua. Relator fuit D. Antonius de Orifice Regius Conſiliarius, vir integerrimæ vitæ, & doctrinæ.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

*1 Reus confitens occidiſse hominem, cuius cadauer non reperitur, an poena ordinaria puniri debeat, referuntur opiniones hinc inde, & deciſiones afferuntur pro confirmatione huiuſmodi Auctoris, nu. 2.*

1 Notatur ex iſta deciſione qualiter reus confeſſus occidiſſe hominem certum, cuius cadauer ſi non reperiatur, vt pęna ordinaria puniri debeat, & ita deciſum, quamquam ex Ang. Boſſ. Ioa. de Amic. & Gram. negatiuam ſententiam aſſequentibus probet nouiſſimè Mancin. in tract. de confeſſ. c. 3. ar. 3. nu. 6. & ex Muſcatell. in eius prax. crimin. rubr. de ſimplici homicidio num. 10. & 26. ſimiliter confirmat Almont. Ciatius in eius tract. de confeſſ. rei contra fiſcum c. 19. non deſunt tamen, qui contrariam amplectantur ſententiam, quos omnes probat Farin. in eius prax. tit. de inquiſ. q. 2. per tot. ſed verius hanc eandem quæſtionem nouiſſimè ſectatur Petr. Caball. reſol. crim. tom. 3. reſol. 255. vbi cum opinione noſtri Auctoris ſatis concludere vide-
2 tur, & ſic Mediolani deciſum tradit in conſimili caſu relato à Caſſan. ex rationibus ibidem adductis, quod ſanè procedere non ambigitur in certo homine occiſo, cuius cadauer non reperitur, ſecus tamen in incerto, vt ibi per eum.

Thoro.

### SVMMARIVM.

*1 Annotatio bonorum an debeat praecedere ſententiam foriudicationis.*

*2 Annus computatur à die contumaciæ contractæ ſuper citatione ad Capitula.*

## DECISIO XXX.

IN quadam cauſa fuit in S. C. dubitatum, an ſententia foriudicationis per Magnam Curiam Vicariæ lata eſſet nulla, eò quia non præce-
1 bat annotatio bonorum, ſecundum quam attenta diſpoſitione Conſtitutionis Regni incip. gradus vtilitas de poenā contumaciæ fit cõputatio anni, & fuit concluſum, quod non ſit nulla,
2 quia ſtilus eſt, quod computetur annus à die contumaciæ contractæ ſuper citatione ad Capitula; & ſic fuit determinatum die 16. Decembr. 1568.

AD-

Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Annus foriudicationis incipit à die contumacia.*
2 *Foriudicationis poena oritur ex contumacia.*
3 *Sententia foriudicationis robur ſumit fundamentale ex contumacia.*
4 *Ratio affertur, cur foriudicationis annus non incipiat ab actu annotationis bonorum in hac Ciuitate Neap.*
5 *Deciſio noſtri Auctoris adducitur per Regentem Rouitum.*

1 Concluſio iſtius deciſionis reſultat ex eo, quod annus foriudicatione incipit à die contumaciç, omiſſa annotatione bonorum à qua incipere præſupponebatur, & ſic deciſum, hanc eandem opinionem ex Andr. & Afflict. ſectatur Petr. Foller. in eius prax. crimin. rubr. foriudicentur ſub num. 1. nam foriudicationis
2 poena oritur ex contumacia, Franch. deciſ. 213. num. 20. non mirum ſi talis ſententia
3 ex contumacia rei robur ſumit fundamentale, idem dec. 463. num. 4. Sed verius hoc procedit, quia in Ciuitate noſtra non fiunt annotationes bonorum ex priuilegio Neapolita-
4 nis conceſſo, ne publicentur eorum bona, ideo ab annotationis actu annus non currit, vt aduertit Præſ. de Franch. dec. 515. qui hanc eandem
5 deciſionem poſuit, quem ſequutus eſt Reg. Rouit. in rubr. de ſenten. foriudicationis num. 4. quos probat Baldaſſ. ab Angel. in add. ad dec. 13. Conſil. Gizzarelli nu. 6. aſſerentes à tali actu incipere annum.

Thoro

### SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Capua cum eius foria ſoluit iura fiſcalia Regiæ Curiæ ex conuentione.*
2 *Caſalia Arnoni, & Cancelli habent immunitatem à Regia Curia, vt non ſoluant iura fiſcalia pro focularibus.*
3 *Immunitas conceſſa Caſalibus Brancianiſi, & S. Mariæ de Foſſa vnde proceſſerit.*

## DECISIO XXXI.

1 Ciuitas Capuæ cum eius foria ſoluit iura fiſcalia Regiç Curiæ ex conuentione. ſ. pro focularibus 1200. quæ diſtribuũtur hoc modo, Ciuitas ſoluit pro focularibus 300. foria Terræ Alanci pro focularibus 360. Terra Capuana pro focularibus 360. & Caſale Marcianiſi pro focularibus 180 & iſtę forię diſtribuuntur inter Caſalia ipſorum, inter quæ non connumerantur Caſalia Brancianiſi, & S. Mariæ de Foſſa, quia sũt deſignata, ſeu deſtinata pro ſeruitio venationis, & Regia Curia exigit iura pro dictis focularibus 1200 & poſtea non excõputat foria niſi duc. 53. pro franchitia conceſſa Caſalibus Arnoni, & Cancelli, & ſic rata Caſaliũ Brancianiſi, & S. Mariæ de Foſſa exigitur à Rege infra dictum maiorem numerum, & nihil excomputat foriæ; dixi hoc procedere ex eo præſertim, quia
2 Caſalia Arnoni, & Cancelli habuerũt immunitatem à Rege, & ideo illa rata Caſalia prædicta reſpiciens, ad onus Regis deduci debet, ſed immunitas cõceſſa Brancianiſi, & S. Mariæ de Foſſa fuit ex conuentione habita cum foria
3 Terræ Alanci, quæ dum teneretur dare Regi maximũ numerũ venationis pro ſeruitio Regio, dedit dicta Caſalia, & Rex foriam liberauit, & ſic immunitas eſt conceſſa illis Caſalibus, ex quo (vt dixi) Rex foriam prædictam à ſeruitio venationis liberauit, & cùm foria totũ onus venationis Caſalibus prædictis impoſuerit, ipſa ſolutionis onus aſſumpſit, & ſic videmus ſeruari, quia pro iſtis Caſalibus nihil deducitur, & pro Arnono, & Cancello deducuntur ducati 53.

Iſta ergo in diſcurſu voti mei, dum cauſa dictorum Caſalium cum Ciuitate Capuæ ſuper immunitate hoſpitandi tractaretur, diffuſius tamen conſiderabam. Conuentio eſt in dicto proceſſu. Actuarius Torina. Hæc volui annotare, quia poſſunt in futurum deſeruire, & bonum eſt memoriæ tradere.

AD-

Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Immunitas conceſſa alicui, an illud quod ſolui deberet coeteri teneantur ſoluere.*
2 *Collecta à pluribus haeredibus debita, an vno ipſorum facto non ſoluendo, coeteri teneantur.*

HIc reaſſumitur concluſio illa, quod immunitas conceſſa alicui à Rege deducitur ab onere ſoluendi ius aliquod iunctim per Ciuitatem, & Caſalia, & hinc infertur ad illam quaeſtionem tactam à Luc.de Penn. in l. actores C. de exact. trib. lib.10. quem ſequitur Camp. in cap. Regni porrecta ſub num. 113.
1 quod quando eſſet conceſſa immunitas alicui, an alij cogantur ſoluere illud ad quod tenebatur ille, cui fuit conceſſa immunitas, & concludit affirmatiuè, ſequitur alios citando Nacta conſ.431.num.12. & quid in pluribus hae-
2 redibus collectam ſoluere debentibus, an vno ipſorum effecto non ſoluendo coeteri teneantur, tradit Feſtaſ. in tract.de aeſtimo, & collec. par.2.q.15.nu.5.6.& 9 negatiuè eſſe dicendũ, vt non teneantur.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Ciuis nouus veniens nouiter ad habitandum in Ciuitate, non tenetur ad collectas, quę fuerunt impoſitę ante illius aduentum.*
2 *Ciuis nouus ſuccedens in locum Ciuis antiqui, vel in eius rem, non tenetur ad collectas.*

## DECISIO XXXII.

1 CIuis nouus veniens nouitèr ad habitandum in Ciuitate non tenetur ad collectas, quae imponuntur pro debitis contractis ante iſtius Ciuis aduentum, eſt deciſio originalis Dyn. in l. incola ff. ad municip. per text. in l. praeuidens C. de dec. lib. 10. vbi idem dicit Bart. & poſt eum Luc. de Penn. & Ioann. de Platea in l. incola C. de priuilegijs corporat. Vrb.Rom.lib.11.& Iacob.Rebuff. in l.1.eod.tit. Specul.in titul. de Conſ.§. nunc videndum in fi. niſi ſucceſſiſſet in
2 locum Ciuis antiqui, vel in eius rem deſcriptam in aeſtimo communi, ita Bald.in l.1. §.quibus ff. quod cuiuſque vniu.nom.per tex.in l.murileguli C.de murileg.& ſequitur Alex. in conſ.141. vol.2. & ſic fuit concluſum in Camera die 13.Maij 1564.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Ciuis nouiter receptus non tenetur ad collectas ob debita ex praeterito.*

1 DEſumitur ex hac deciſione, quod Ciuis nouiter receptus non tenetur ad collectas pro debitis ex praeterito, hanc eandem quaeſtionem ex Bar.Bal.& Affl. ſectatur Io. Anton.de Nigr.in Cap.Regni in ſingulis n.14 Viuius in eius Sylua commun. opin. in opin. 203.num.18.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Regia Camera Summariae magna eſt authoritas.*
2 *Trieſtini an gaudeant immunitate iuris exiturae.*
3 *Expreſsio per relationẽ ad aliud, an & quando ſufficiat.*

## DECISIO XXXIII.

EXiturae ius debetur in Regno, prout Ritus dictat, & aliàs fuit in Camera declaratum, quod ſub immunitate regulariter conceſſa non venit ius exiturae, quod expreſſam mentionẽ requirit, vt iam reperitur expreſſum in conſultatione aliàs per Cameram expedita de menſe Nouembris 1534. Regiſtrata in conſult.14. fol.39. in negotio Coronenſium, de quo, an proce-
1 dat cogitandum eſſet: ſed magna eſt authoritas Camerae ſic conſulentis, pro qua poſſent videri, quae cumulat Loffr. in conſ.24. incip.breuiter in Regia Camera, & in §. filij poſt principium verſ. & ſimiliter quaeri poteſt ſi de feud. de-

Digitized by Google

defunct.mil.

Præſuppoſito tamen, quod iſtud ſic
2 procederet, contingit dubitari in Camera, an Trieſtini, quibus per immortalis memoriæ D. Carolum V. conceſſa eſt immunitas ad inſtar Florentinorum, iuxta formam ſuorum priuilegiorum, in quibus in ſpecie eſſet conceſſa immunitas etiam iuris exituræ, gaudeant eadem immunitate.

In diſcurſu cauſæ fuit per me dictũ, quod ſi indiuidualis mẽtio requireretur,
3 expreſſio per relationem ad aliud non ſufficeret, ſed ſi ſola expreſſio requireretur, tunc expreſſio per relationem ad aliud ſufficeret, vt erat iſte caſus, iuxta dictum Bart. in l. 1. ff. de vulgar. & pup. ſubſt. faciunt congeſta per Det. in conſ. 647. volu. 2. & poteſt adaptari regula l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. cum ſimilibus. Quare fuit pronunciatum, quod Trieſtini tali immunitate gaudeant. Relator fuit Dominus Antonius de Caſtillo die 13. Febr. 1566.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Prilegium habens ad inſtar priuilegiati alterius, dicitur habere illud idem, quod priuilegiatus habet.*

2 *Indulgentia an veniant in conceſſione priuilegij, ad inſtar priuilegij alterius.*

Reſultare comperitur ex iſta deciſione, quod quando priuilegium alicui cõcederetur ad inſtar priuilegij alterius, veniunt etiam ea,
1 quæ ſpetialem requirunt expreſſionem, quæ in priuilegio relato continentur, & non eſt dubium quin habens priuilegium, ad inſtar alicuius priuilegiati, dicatur etiam habere illud priuilegium quod priuilegiatus ad inſtar alterius priuilegiati obtinet, prout ex Oldrad. conſil. 300. probat Mandoſ. in tract. de priuileg. ad inſtar glo. 11. num. 9. ſed verius quoties ſpetialem exigerent expreſſionem adhuc venire non dubitatur, exemplo
2 oſtenditur in indulgentijs, quæ exigunt ſpetialẽ expreſſionem; attamen ſi fuerit priuilegium ad inſtar conceſſum, venirent etiam indulgentiæ, probat idem Mandoſ. eod. tract. glo. 9. per tot.

Thoro

*SVMMARIVM.*

1 *Filius clerici, an dicatur inceſtuoſus, vel ſpurius.*

2 *Filius Monialis dicitur inceſtuoſus.*

3 *Lex fin. C. de natur. liber. declaratur.*

4 *Bal. opinio in l. ſi quis inceſti C. de inceſt. nupt. per S.C. recepta.*

5 *Spurijs filijs hæredibus inſtitutis, an inſtitutio cenſeatur facta contemplatione patris ipſorum.*

6 *Nepos ex ſpurio quando inſtitui poſſit.*

7 *Bar. doctr. in l. Gallus §. quid ſi his ff. de liber. & poſth. interpetratur.*

8 *Nepotes amantur, quia ex filijs naſcuntur.*

## DECISIO XXXIV.

Quidam Pater habens filium, qui propter ſpuritatem prætendebatur inceſtuoſus, moriens, teſtamentum condidit, in quo anniculum filium prædictum, quem habebat inſtituit, & in caſu quo hæres ſibi eſſe non poſſet, filios ex iam dicto filio naſcituros inſtituit, & eo caſu vsũfructum ſuorum bonorum eiuſdem filij pro eius alimentis eſſe mandauit. Demum mortuo teſtatore filius ad maiorem perueniens ætatem filios legitimos procreauit, qui in S.C. litem inſtituentes petierunt bona teſtatoris prædicti ad eos ſpectare, vigore dictæ diſpoſitionis.

In deciſione cauſę prædictæ fuit primò dubitatum, an filius prædictus, qui filius clerici eſſe præſupponebatur, inceſtuoſus dici deberet, fuit cõcluſum,
1 quod ex quo non conſtabat eius patrem fuiſſe conſtitutum in ſacris ordinibus, cẽſeretur tamen ſpurius, tanquã natus ex coitu purè naturali, nam licet gloſ. in l. 2. C. de epiſ. & cler. & Bar. in l. 2. ff. de concub. tenuerunt, quod filius clerici beneficiati ſit inceſtuoſus, eorum opinio communiter reprobatur, vt per Bal. parùm ſibi conſtantem in l. ſi quis inceſti C. de inceſt. nupt. Salycet. ibid. Petr. & Cyn. in d. l. 2. cum alijs quampluribus, quos ex meo inſtituto

tuto

Digitized by Google

tanto omittere ſoleo , tamen aliqui
ex Dominis dixerunt,opinionem gloſ.
prædictæ fore intelligendam, quando
ſcilicet in ſacris ordinibus conſtitutus
eſſet clericus, tunc enim ſicut dicimus
2 in Moniali, quæ tanquam ſponſa Chri
ſti ſi filium procreat, ipſum inceſtuo-
ſum facit, vt habetur in cap. tanta per
Abb.qui filij ſint leg. & alios congerit
Boer. in dec. 127. & extat text. in cap.
virgini 27.q. 1. ita ſi pater eſt ſacerdos
qui dicitur ſponſus eccleſiæ, filius ex
eo natus, inceſtuoſus dici deberet, ta-
men S.C. in hoc caſu idem decidit, vt
non dicatur inceſtuoſus, ex dictis per
Couarru.in titul.de ſponſ. in 2.par. re-
lect.c.8.§.5.num.14.verſ.ex qua inferri
poteſt,ex cumulatis per Corſet. in ſin-
gul.incip.fornicatio.

Secundò fuit dubitatum, an diſpo-
ſitio tex.in l.fin.C.de natur.lib.proce-
3 dat nedum in filio naturali, ſed etiam
in ſpurio,fuit cõcluſum,ꝙ ſic, ſequẽdo
opinionem gloſ.in d.l.fin.quam ſequi-
tur Bar.in l.Gallus §. quis ſi his ff. de
liber. & poſthu. & communiter dicunt
Alexand.& cœteri Doct.in d.§. quid ſi
his, maximè quia ratio text. in d. l. fin.
quæ loquitur in filio naturali,vendicat
ſibi locum etiam in filio ſpurio.

Tertiò fuit dubitatum, an dicta lex
final.habeat locum in filio inceſtuoſo,
fuit concluſum, ꝙ non, iuxta doctrinã
4 Bald. per illum text. in l. ſi quis inceſti
C. de inceſt. nupt. quam menti tenen-
dam dicit Alexand. in d. §. quid ſi his,
& quamuis Iaſ.in d.§.quid ſi his videa-
tur de hoc dubitare propter generali-
tatem rationis d. l. fin. tamen inficiari
non poteſt,opinionem Bald. eſſe veriſ-
ſimam , quæ ineuitabilitèr probatur
per text.in d.l.ſi quis inceſti, quæ eum
5 prohibet procreantem filios inceſtuo-
ſos teſtari, niſi in teſtamento illas per-
ſonas inſtituerit, quæ ab inteſtato ſibi
ſuccederent,vt ſunt pater,mater,auus,
auia, filius,filia,nepos,neptis,legitimi,
pronepos,proneptis,frater,ſoror, & pa
truus , oportet omninò dicere, quod
ratio d.l. fi. non poteſt adaptari in filio
inceſtuoſo, quia pater eius teſtari pro-
hibitus eſt, & ſic optimè Bald. ponde-
rauit text. prædictum.

Quartò fuit dubitatum, an iſto caſu
dicatur facta diſpoſitio in fauorem fi-
6 liorum naſciturorum ex filio ſpurio, &
ſic nepotum contemplatione filij præ-
dicti, ex quo dicitur in teſtamento, ꝙ
filius prædictus ſpurius habeat vſum-
fructum prædictum, fuit concluſum,
id,quod dicitur,tũc poſſe inſtitui nepo
tem ex ſpurio,quando non fit contem-
platione filij,de quo Specul.in tit.de
ſucceſſione ab inteſtato §. ſic poteſt
verſ. ſed nunquid, ſanè intelligendum
eſt,vt ſcilicet per nepotem filio acqui-
7 ratur, & ita intelligitur doctrina Bart.
in d. §. quid ſi his, & ita colligitur ex
text.in l.1.C.de natural.lib.qui ad hoc
allegatur , non autem dicitur, quod
contempletur perſona filij,ex eo, quia
nepotes ex eo nati inſtituerentur; ne-
8 mo enim dubitat, quod nepotes aman
tur,quia ſunt nati ex filijs: ſed lex hoc
tanquam ſatis remotum non oſtendit,
ſed id,quod ſupra dixi,& pro hoc alle-
gabam ſingularem doctrinam Bal. in
conſ.146.nu.5.vol.1.

Vndè cũ ex iſta diſpoſitione nihil ex
perſona nepotũ filio relictũ ſit, diſpoſi-
tio ꝑdicta valida ex omni ſui parte iudi
canda eſt, & quãuis relictus ſit vſusfru-
ctus, tamen ille pro alimentis relictus
eſt,quorum cauſa iuſtiſſima à Sapien-
tibus habita eſt, prout legitur in vulg.
cap.cùm haberet de eo qui duxit in
matrimonium , quam polluit cum
ſimil. & ſic fuit iudicatum. Commiſ-
ſarius Dominus Vincentius de Fran-
chis.



Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Filius clerici in minoribus conſtitutus, an inceſtuoſus, vel ſpurius dicatur.*
2 *Filius clerici beneficiati, an legitimari poſsit per ſubſequens matrimonium.*
3 *Filius Sacerdotis an ſpurius dici poſsit.*
4 *Diſpoſitio l.fi.C.de natur.liber.an procedat in ſpurijs, deciſio affertur.*
5 *Diſpoſitio l.fin. C. de natur. liber. an in filio inceſtuoſo locum habeat.*
6 *Diſpoſitio l.fi.C.de natur.lib.an ad nepotes ex ſpurio extendatur.*
7 *Nepos ab Auo inſtitui poteſt, dummodo vſuſfructus patri ſpurio non quæratur.*

QVatuor dubietates reſoluuntur ex iſta deciſione, quarum prima eſt, quod filius Clerici in
1 minoribus conſtitutus non aliter inceſtuoſus, ſed ſpurius dici debet, & ſic iudicatum, prout ex eodem Couar. aduertit Præſ. de Franch. deciſ.47.num.8. vbi etiam examinat articulum
2 quid in filio clerici beneficiati, ſi poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium, & refert num.4. quando eſſet in minoribus conſtitutus benè procederet, quia poterit compelli ad dimictendum beneficium, ſi contraheret matri-
3 monium, quamquam etiam filius Sacerdotis, & ſic in ſacris pariter ſpurius dici poſſit, affirmant Bermond. de concubi. in verb. qui etiam filios ex tali concubin. procr. num.1. fol.117. Marquard. de Suſan. in tract. de coelib. ſacerd. par.3.c.4. ſub num.2. Guttier. pract. quæſt. c.5. q.55. nu.46. cum ſeq. Gamma dec.143. num.2 Secunda dubitatio deciſa, ſi diſpoſitio l. fin.C.
4 de natur.lib. procedat etiam in ſpurio, & deciſum refertur affirmatiuè, eo quia talis diſpoſitio fauorabilis eſt, non odioſa, Alph. collect. 893. Tertia dubietas ſi diſpoſitio d.l.fi. locum
5 habeat in filio inceſtuoſo, & concluditur negatiuè, & ſic deciſum, de quo per eundem Marquard eod. tract. d. par.3.c.6 nu.4. Vltima du-
6 bitatio, ſi diſpoſitio facta in beneficium nepotum, & filiorum ſui filij ſpurij, valeat, & quod extendatur diſpoſitio d.l.fi. ad nepotes filios ex ſpurio, firmat ex Dec. conſ. 158. Alphar. d. collect. 893. de qua ſiquidem quæſtione plenius habetur per eundem Marquar. d.p.3. c.6. num.1. cum alijs nouiſſimè adductis per Sempron. Aſciam in tract. de ſolut. in dur. cauſam q 7. & Bellac. inter comm. opin. lib 5. tit. de natur. liber. num.4. cenſuit, quod licet inſtitui
7 poſſit nepos ab auo, non tamen, vt vſuſfructus patri ſpurio quæratur, de quo ſatis per Card. Paleot. in tract. de nothis, & ſpurijs c.53.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſsio, quæ nam dicatur iurium translatiua, & quæ extinctiua.*
2 *Hyppotheca ſolo conſenſu remictitur.*
3 *Clauſula, cedens omne ius, quid operetur.*
4 *Ceſsio illud idem operatur in iuribus incorporalibus, quod traditio in corporalibus.*
5 *Lex 3.C.de nouation. declaratur.*
6 *Factum proprium quis impugnare non poteſt.*
7 *Actio hypothecaria, an poſsit cedi ſine perſonali.*

## DECISIO XXXV.

MAgnifica Iulia Galiota annis elapſis matrimonium contraxit cum Magnifico Hectore Recco, filio Magnificorum Iacobi Recco, & Fatię Malhomo coniugum, cuius matrimonij contemplatione Iacobus donauit domus quaſdam eius filio, cui donationi acceſſit etiam Fatia prædicta, renunciando, & cedendo omnia eius iura, cum clauſula, ponens in locum ſuum, iuxta Notariorum ſtilum.

Mortuo Iacobo Fatia eius vxor egit ſuper dictis domibus iure aſſiſtendi, & obtinuit, egit etiam pariter ſuper eiſdem domibus Iulia prædicta pro eius dotibus iure aſſiſtendi, tanquam in bonis ſui viri, vigore donationis prædictæ, & obtinuit: & dùm tractaretur de exequutione ſententiæ latæ in fauorem dictæ Iuliæ contra Magnificam Dianam Caracciolam poſſeditricem domorum ex titulo emptionis factæ à Fatia, cui fuerunt adiudicatæ pro dotibus ſuis; opponebat Diana non poſſe exequi ad inſtantiam Iuliæ ſentētiam prædictam, quia Fatia, cui domus iam dicta adiudicata fuerat pro dotibus, erat anterior, Iulia verò replicabat, 
1 iura Fatię competentia erant in Hectorem eius filium translata, ſtante quod

quod in donatione facta per Iacobum Hectori filio, Fatia renunciauit, & ceſſit omnia eius Iura, & ſic ex eius perſona Iulia eſt anterior.

In reſolutione huius cōtrouerſiæ fuit primò dubitatum, an ceſſio facta per Fatiam ſuper dicta domo, fuit iurium
1 translatiua, an verò tantum extinctiua hypothecæ, quam Fatia habebat ſuper domibus, quia ſi eſſet extinctiua, tamen parum prodeſſet dictæ Iuliæ reſpectu aliorum creditorum ſui viri, prout in proceſſu præſupponitur, de quo nunc non loquor, quia non expedit.

*Et fuit concluſum*, quod eſt translatiua Iurium, nam ſi voluiſſet tantum renunciare Iuri hypothecæ ſuper domibus, dixiſſet quod remictebat Ius pignoris, vel quod conſentiebat
2 donationi, per quem conſenſum hypotheca remictitur, tex. eſt in l. ſicut. §. ſi voluntate ff. quibus mod. pign. vel hypotheca ſoluitur, & in l. fin. ibi, qui ſemel cōſentiet, & hoc modo ius ſuum reſpicit. C. rem pig. non autem dixiſ-
3 ſet, prout dixit, quod cedebat ſibi Iura competentia, per quæ verba Iurium ipſorum translatio inducitur. Bar. in l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. oblig. & in l. ſi pro te §. primo ff. de euictionib. Decius conſ. 74. numer. 2. Crauetta conſil. 398. num. 7. quia illud operatur in Iuribus in-
4 corporalibus trasferendis ceſſio, quod in rebus corporalibus traditio, ſecundum Bartol. in l. is cui §. fin. in fine ff. vt in poſſeſſ. legat. & in l. fin. poſt gloſam C. quando fiſcus, vel priuatus.

Secundò, an huic Magnificæ Iuliæ ſit in hoc factum aliquod præiuditium, ſtante quod Magnifica Fatia poſt ceſſionem prædictam factam, cedens egit, & obtinuit ſuper dictis domibus iure aſſiſtendi, & fuit facta adiudicatio, propter quod videtur, quod
5 non concurrente vno ex tribus contentis in l. 3. C. de nou. potuit ipſa agere, & ceſſio inutilis remanet, per tex. in d. l. 3. Fuit concluſum, quod nihil obſtabat dictæ Dominæ Iuliæ, & quod termini dictæ legis non benè adaptantur ad caſum iſtum, nam ille tex. loquitur, quando creditor ceſſit actionem, poſtea non obſtante ceſſione egit contra debitorem ceſſum, & exegit, tunc non concurrente vno ex tribus, de quibus ibi, nō poterit debitor ceſſus à ceſſionario moleſtari, at in caſu de quo agitur debitor, & creditor rem, quæ erat debitoris, & obligata creditori vendunt, vel donant, aut alitèr alienāt rem alteri, cui ad cautelam creditor cedit ius ſuæ hypothecæ, & in eum illam trāsferendo, tunc ſi ille creditor poſt hanc ceſſionem agit, prout fecit Fatia, in nihilo prędiudicat illi cui primò ceſſit, quia in contractu interuenit idem debitor, & iam vidit, & ſciuit, mulierem ſua Iura ceſſiſſe, & conſequenter ſi ſoluiſſet, vel paſſus fuiſſet ſolui, ſibi imputetur, quia fuit in dolo, iuxta l. in dolo ff. ad. l. Falc. & facit in argumēto glo. in l. fin. §. & ſi præfatam in verbo ſatisfaciant. C. de iur. delib. Iaſ. conſ. 19. num. 63. volum. 3. Dec. Pedem. 45. num. 7. & dec. 61. Vrſil. ad Afflic. dec. 235. num. 18. quidquid contrarium ſenſerit Raphael Cuman. conſ. 4.

Secundò, quia ille, qui vult excludere Dominam Iuliam, quæ ſe tuetur, ſeu fundat in ceſſione prędicta, eſt eadem Fatia creditrix, quæ ceſſionem fecit, & eo non obſtante adiudicationem prædictam ſuper eadem domo obtinuit; & conſequenter illa hoc allegare non poteſt, quia veniret contra ceſſionem factam per eam, quam pro-
6 miſit ſemper habere ratam, & in aliquo non contrauenire, & clarum eſt, quem non poſſe factum proprium impugnare, Iuribus vulg. immò ſi non obſtante ceſſione ipſa exegiſſet, & ex



Digitized by Google

hoc ceſſio fuiſſet effecta inutilis, ex hoc ipſa teneretur ceſſionario, vt eſt tex. in. l. fin. ff. de tranſ. & eſt deciſio Bar. in l. fideiuſ. oblig. in princ. ibi, & puto ff. de fideiuſſoribus.

Tertiò fuit dubitatum, ecce quod ceſſio facta per D. Fatiam intelligenda ſit tranſlatiuè facta, ne-
7 gari non poſſe videtur: quin ſit facta tantum ceſſio actionis hypothecariç, non autem actionis perſonalis, nam non videntur fuiſſe intentionis contrahentes velle transferre etiam actionem perſonalem pro debiti, ſeu crediti conſequutione, & ex hoc infertur, quod licet ſit verum, actionem hypothecariam ſine perſonali cedi poſſe, tamen poterit eſſe, quod ſit ſinę effectu, & ſecundum theoricam Bar. in d. l. fideiuſ. oblig. relatam, & approbatam per Alex. conſ. 47. 3. volum. habet effectum, quod pignus poſſit retineri, donec ſibi ſoluatur, & quia Domina Iulia vult vti ceſſione prædicta ad effectum agendi, ergo videtur, quod non poſſit, Fuit in hoc etiam concluſum in fauorem Dominç Iuliç, quia conſiderando ſubſtantiam negotij, ipſa vult, quod pignus retineatur, hoc modo dominium domus fuit à Iacobo Reccho in Hectorem tranſlatum, & Domina Fatia fecit ceſſionem Iurium hypothecç: Modo quando Fatia vult, firmam remanere adiudicationem factam, vel ipſam fieri ſuper domo, dicit Domina Iulia, quod ſua intereſt Hectorem retinere dominium prædictum ex illo iure ceſſo, quo dominio retento pœnes Hectorem firma remanet hypotheca contracta in fauorem Dominæ Iuliæ per Hectorem, ex regula tex. in l. cum venditor ff. de euict. Brun. conſ. primo num. 10. & 11. Anna alleg. 80. num. 9. & ſic attento dicto effectu retentionis, Domina Iulia fundatam habet intentionem.

Alia etiam ratione pro Domina Iulia in hoc puncto fuit concluſum, quia Fatia non eſt illa, quç vellet ex hoc reddere inutilem ceſſionem factam per eam, & certè non poteſt, quia ex hoc ipſa teneretur, vt determinat Bar. in d. l. fideiuſſ.

Quartò fuit dubitatum, an dictæ Dominæ Iuliæ obſtet ſententia prædicta ſuper Iure aſſiſtendi lata in fauorem Fatiæ citata, & contradicente Domina Iulia, fuit concluſum, quod non, quia ſicuti Domina Fatia habuit ſententiam, citata Domina Iulia, & nõ contradicente, ita ſimiliter Domina Iulia habuit ſententiam citata Fatia, & non contradicente, & ſic videntur Iura remanere decidenda, prout decidi debent de iure, & ego dicebam plus, quod Domina Iulia non habebat intereſſe, quod Dominæ Fatiæ aſſiſtentia ſuper dictis domibus præſtaretur, quia quanto magis Fatia obtinuiſſet, tantò magis confirmabatur donatio ipſarum domorum Hectori eius filio facta, ſtante quod donationem factam filio ipſa ratificauit, cum amplis clauſulis, & omne Ius, quod ſuperueniſſet in futurum fuiſſet Hectoris, iuxta tex. in. l. cum vir ff. de vſucapio. & ſic tantò fortior hypoteca Dominæ Iuliæ reddebatur.

Quare fuit decretum, ſententiam debere exequi in fauorem Dominæ Iuliæ, non obſtantibus oppoſitis. die vltimo Martij 1568.

AD-

Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſio operatur, vt iura, & actiones, quæ erãt penes cedentem, in ceſſionarium tranſeant.*
2 *Ceſſionarius ad inſtar cedentis ſit.*
3 *Ceſsio duos effectus parit, nempè translationis & extinctionis.*
4 *Ceſsio, quando ſit debitori, nunquam trãslatiuè, ſed extinctiuè ſit.*
5 *Ceſsio, quando ſit creditori, ſit translatiuè.*
6 *Praxis Notariorum refertur, quando apponunt clauſulas translatiuè, nõ extinctiuè.*
7 *Cedere nil aliud eſt, quam diſcedere, & alium ponere loco ſui.*
8 *Ceſsio Iuris luendi, omnes hypothecas extinguit.*
9 *Cedens nequit confiteri ſibi ſolutum in præiudicium ceſsionarij, neque paciſci, aut remittere, neque agere num. 10.*
11 *Actio perſonalis, an ceſſa videatur cum hypotecaria.*
12 *Hypotecaria accedit actioni perſonali.*
13 *Hypotecaria, & actio perſonalis eadem eſt penes ceſſionarium, quæ erant penes cedentem.*
14 *Cedẽs, an ceſſionarius preferri debeat, quando contra tertium ageretur.*

SImiliter aliæ quatuor difficultates reſoluuntur in præſenti deciſione, quarum pri-
1 ma eſt, ſi facta ceſſione Iurium, cenſeatur trãslatiuè facta, vel extinctiuè, & deciditur trãslatiuè factam, nam & ſi ceſſionis natura eſt, vt Iura, & actiones, quæ erant penes cedentẽ, in ceſſionariũ transferantur, Bart. in l. 1. ff. de act. & oblig. cum alijs cumulatis
2 per Iacob. Gallum conſ. 61. num. 2. & per omnia ad inſtar cedentis ſit, Cartar. dec. Genuæ 63. num. 2. adhuc tamen, quia talis ceſ-
3 ſio duos operatur effectus, nempè trãslationis, & extinctionis, & regulariter, quantumuis larga ex voluntate præſumitur extinctiua Iuris ſui, nõ translatiua Iuris in aliũ vt tradit Conſil. Io. And. de Georg. allegat. 28. num. 14. & 15. tamen in hoc erit aduertendum, quod quando ſit ceſſio debitori, tunc nunquam trãslatiuè ſit, ſed extinctiuè
4 ad liberandum, Camill. de Medic. conſ. 4. nu. 40. & conſ. 110. num. 4. quando autem ſit
5 creditori, tunc verius Iura transferuntur, vt plenius idem Medic. conſ. 165. præſertim num. 33. & ſic quando alijs fieret ceſſio de nouo acquirẽdis rebus ceſſis, vt ea vti poſſint contra debitores, hinc ex ſtylo Nota-
6 riorum in conſimilibus ceſſionibus apponere ſolent clauſulam illam trãslatiuè, non extinctiuè ad vberiorẽ ſecuritatem, nã ce-
7 dere nil aliud eſt, quam diſcedere, & alium ponere loco ſui, Maur. Iun. alleg. 38. num. 4.
8 quod ſecus eſt in ceſſione Iuris luendi, quæ omnes hypotecas extinguit, Molfeſ. in cõſuet. Neap. tom. 2. p. 4. q. 26. num. 7. qui in tit. de renunt. q. 6. agit copioſè de renuntiatione extinctiua, & translatiua.

Altera verò dubitatio in eo conſiſtere videtur, ſi cedens agendo ſuper Iuribus,
9 & rebus ceſsis, præiudicet ceſsionario audito, & concluditur negatiuè, nam cedens debitor Iura, & nomina, negat confiteri ſibi ſolutum fuiſſe in præiudiciũ ceſsionarij, nec poteſt paciſci, nec remittere, Camill. de Medic. conſ. 124. num. 27. & ſeq. Oſaſc dec. 44.
10 & conſequenter nec agere, vt plenius diſcutit in dec. 61. num. 1. & d. dec. 44. ſub n. 7. vbi in progreſſu dictæ deciſionis examinat articulum ab Auctore tactũ, ſi poſſit agi à cedente, non concurrente vno de requiſitis in L. 3. C. de nouat.
11 Alia verò difficultas, ſi cenſeatur etiam actio perſonalis ceſſa cum hypoteca, & reſoluitur affirmatiuè, non eſt dubium, quin talis actio perſonalis, & hypotecaria, ſint in bonis primi creditoris cedentis, Camill. de Medic. d. conſ. 165. num. 8. talis enim hypotecaria accedit obligationi perſonali, Aſ-
12 fl. dec. 3. num. 12. Immo eius pediſſequa dicetur, Præſ. de Franch. dec. 581. num. 3.

Et non mirum, ſi facta ceſſione, etiam ipſa perſonalis cenſetur trãslata, nam hypo-
13 teca, & actio eadem eſt penes ceſſionariũ, quæ erant penes cedentem, & dicitur magis permutatio, quàm liberatio, Reg. de Pont. conſ. 6. num. 10. p. 1.

Ad quartam difficultatem, ſi ſententia lata in fauorem cedẽtis, audito ceſſionario, & nõ contradicẽte ei præiudicet, & è conuerſo ſententia lata in fauorem ceſſionarij audito cedente obſtet, cõferunt relata per Præſ. de Franc. dec. 260. num. 4. de conſimili
14 altercatione loquens in cedente, & ceſſionario concurrentibus, quis eorum præferẽdus ſit, potiſſimum quando contra tertium ageretur, & reſpõdit, quòd quilibet ipſorum in ſolidum aget ex Salic. Neguſ. Dec. Tiraq. & Menoch. ſed inter ipſos erit iuſtitiæ ratio attendenda, vt inquit Auctor.

Thoro.



Digitized by Google

### SVMMARIVM.

1 *Ius Fundici, an ſit ſoluendum de ſeta torta ſeù mangana, quæ fit de ſeta Calabriæ.*
2 *Fundicus non debet ſolui de operibus factis de mercibus fundicatis,*
3 *Gabella eſt ſoluenda de omni contractu, & illa ſoluta, ſi demum ille contractus in aliū transfuſus eſt, de illo nouo contractu ſoluenda non eſt.*
4 *Qualitas adiuncta rei, facit videre nouam rem.*
5 *Conſuetudo in omnibus ſeruanda.*
6 *Poſſeſſio, nec quaſi poſſeſſio, nec conſuetudo inducitur ex actu clàm geſto.*

## DECISIO XXXVI.

IVS fūdici, an debeatur pro ſeta, quę eſt immiſſa in Dohanam Neapolis, & poſtmodum eſt extracta pro vſu artis ſerici, & eſt conuerſa in tortam, ſeu manganam, maximum eſt dubium, & quæſtio pendet de facto in Camera coram me, quæ cœpta fuit in anno 1544.

Et dùm aliàs compilato proceſſu, fuiſſet per Cameram interpoſitum decretum, quod lite pendente pro ſeta torta, & mangana ſoluerentur Regij dirictus die 26. Octobris 1551.

1 Fuit poſtmodum inſtatum pro exequutione dicti decreti, & dùm fuiſſet dictum, quod exequeretur citra pręiudicium vtriuſque partis, verùm pro ſeta torta, & mangana, quæ fieret de ſeta delata de Prouincijs Calabriæ ſuperſederetur, quouſque fiſco audito fuiſſet aliter prouiſum, & dum fiſcus inſtaret, quod iſta reſeruatio explicaretur, fuit ſuper hoc ſatis diſcuſſū, & ego dicebam, quod præſuppoſito pro nunc, quod de ſeta, quæ extrahitur de Prouincijs prædictis ſolueretur quædam gabella, quæ præſupponitur, quod ſit loco fundici, ſuper hoc puncto, ſcilicet an de ſeta torta, & mangana, quę fit de ſeta Calabriæ, debeat ſolui ius fundici poſſunt rationes ita vrgentes afferri, quæ iudicantem in vtramque ſententiam facilè adducere poſſent.

2 Nā, ꝙ non debeatur videbatur determinatū per Ritum de Iure fundici, per quē diſponitur, quod de operibus factis de mercibus fundicatis, non debet ſolui fundicus, quia ſemel tantum ſoluitur, & ideo ſi Magiſter Calligarū docet ſe emiſſe pannum à tale venditore, qui fundicum ſoluit, ipſe dę calligis factis de illo panno nō ſoluat, aliàs ſic, & ita ſi de ſeta ſana ſolutus eſt fundicus, quia gabella habetur loco fundici, ſi de illa ſeta ſana confecta eſt ſeta torta, & māgana, non debet de illa fundicus ſolui.

Secundò, hoc videtur fundari de Iure ex authoritate Firmia. in tractatu de gabel. q. . . . num. 8. vbi dicit, quod
3 ſi gabella de omni contractu eſt ſoluēda, & illa ſoluta eſt de aliquo cōtractu, ſi demum ille contractus in alium cōtractum trāſfuſus eſt, non eſt ſoluenda gabella de illo nouo contractu, allegat Bal. in l. cùm dotem C. de iu. dot. qui nihil de hoc dicit.

Tertiò, confirmatur argumento eorum, quæ dicuntur de nouatione contractuum, quod ſi remanet eadem prima ſubſtantia, licet aliquid de nouo addatur, non efficitur nouus contractus, de quo per Bar. in l. Ius ciuile ff. de iuſt. & iu. faciunt dicta per Afflict. in Conſt. Regni, cùm Curia num. 8.

Quartò, reducere ſetam ſanam ad ſetam tortam, vel manganam totū eſt, & conſiſtit in opera propriarū manuū artificum, de quibus operibus non reperitur alibi cautum ius fundici deberi, & ſic videtur eſſe in obſeruantia.

Nec videtur quidquam operari exempla in contrarium adducta de rebus factis, & materia, de qua Ius prędictum ſolutum eſt, & tamen de rebus prædictis iterum ſoluitur, nam in fide producta dicitur, quando res prædictæ ſunt emptæ ab aliquo, qui poſtea extrahit, ſecus autem eſt, quando idem artifex, qui operam fecit vult extrahere, prout in caſu dę quo agitur, in quo idem tortam, vel manganam facientes illam

illam extrahere prætendunt, & quamuis ſit producta alia fides, quæ loquitur, quando de lino, tela confecta eſt, tamen caſus iſte à præſenti de quo agitur ſatis diuerſus eſt, nam ibi antè telã confectam linum dicebatur, in propoſita verò quæſtione à principio, & poſtea ſẽper appellatur: vnus ex Dominis, etiam dubitando dicebat, non tamen, quod ita firmaret, quod omnis ſeta ſine aliqua diſtinctione videbatur exẽpta à Iure fundici, ex Ritu, qui expreſsè dicit, quod ſeta fundicum non ſoluit, quia Ius ſpetiale habet, & quia Ritus in rubrica de Iure ſetæ dicit, ꝙ ſeta delata de partibus extra Regnum præter Ius fundici, & Dohanæ ſoluit grana decem pro libra, dicebat iſte Dominus, ꝙ primus Ritus intelligitur de ſeta Regni. Secũdus verò de ſeta extra Regnum.

Pro parte verò cõtraria dicebatur, quod quando conuerſa eſt ſeta ſana in tortam, vel manganam, dicitur noua merx, vno enim modo fit negotiatio ſetæ ſanæ, alio modo ſetæ tortæ, vel manganæ, dicitur noua merx, quia ſeta ſana pluribus vſibus deſtinari poteſt ſeta torta, vel mangana illi vſui tantũ, cui tale ſetæ genus deſeruit, vt plurimum dicuntur, & ſunt noui domini, cùm ſæpius alij in Calabria emunt, & Neapolim ducunt, alij poſtmodum emunt, & ſetam manganam conficiũt, & tractant, ergo ſi eſt noua res, noua merx, & noui Domini, debet de nouo fundicus ſolui, etiam quod eadem ſubſtantia remanſerit, finge de creta ſolutum fundicum, & de creta fiant vaſa, licet ſit eadem ſubſtantia, tamen fundicus debetur, Fulg. in conſ. 115. poſt Bal. in conſ. 49. vol. 5. n. 4.

4 Dominus Marcellus de Mauro Aduocatus fiſci peritiſſimus allegabat, ſi qualitas adiuncta rei facit videre nouam rem. l. Iuris ciuil. ff. de iuſt. & iu. & allegabat l. ſi cui lana de auro, & arg. leg. ergo ſic in caſu noſtro.

Tertiò, ego dicebam, quod hoc probatur per tex. in §. cùm ex aliena materia Inſtitut. de rer. diuiſ. Vbi dubitatur ſi textus lana vnius factum eſt pãnum, quis eorum ſit Dominus, & tex. determinat, quod ſi res confecta non poteſt reduci ad primam rudem materiam, Dominus lanæ deſinit eſſe dominus, & is, qui pannũ confecit dominus efficitur; igitur cũ ſeta torta ad primã rudẽ materiam non ſit reducibilis omninò noua res cenſeri debet, & proinde fundicus ſolui debet, poſtquã iſta factura operatur, quod primus dominus deſinat eſſe dominus.

Quartò, idem Ritus allegatur pro
5 Fiſco, qui licet dicat de operis factis de mercibus fundicatis, fundicus non ſoluitur: tamen ſubdit, in hoc Conſuetudinem eſſe ſeruãdam, & quia per fidem multiplicem eſt demonſtratum, ſolui eſſe ſolitum Ius prædictum, igitur pro eo facit Ritus, nec dicatur, ꝙ in ſeta demonſtratur aliqua conſuetudo, & ſic quod iſte Ritus nõ poteſt facere pro fiſco, quia prætenditur, quod quando ſeta ſana eſſet extracta à Dohana pro faciendo tortam, & manganam, & de illa mangana Ius ſolutum non eſſet, tunc dici poteſt eſſe conuentum de illa non ſolui, ſed quando eſt extracta, vt dicunt partitæ pro vſu artis, & quando poſtmodum non eſt cõuerſa in vſum artis prędictæ: ſed in tortam, & in manganam, hoc videtur fa-
6 ctum clam à Dohanerijs, & non acquiritur quaſi poſſeſſio, nec inducitur Cõſuetudo, & ſi in omnibus alijs operibus factis de mercibus fundicatis eſt conſuetudo, quod ſoluitur fundicus, iſta conſuetudo afficit, & Ritus ſic genericè loquitur, nec in vnaquaque re Conſuetudinem requirit.

Quintò, conſideratur, quod nõ poteſt hic adaptari, quod dicitur de operibus manuum ſuarum, ex quo iſti, qui extrahunt ſetam ſanam, non ipſi conuertunt in manganam, ſed ab alijs artificibus hoc tale effici, & operari, mercede eis ſoluta procurant, & poſt ipſimet

met mercaturam exercendo, extrahũt, vel vendunt, & ſic obiectio prædicta ceſſat, & illud quod dubitabatur de Ritu, qui excipit ſetam à iure fundici verè non mihi placet, nam ille Ritus debet declarari per alium Ritum ſub Rubrica de iure ſetæ, qui loquitur de ſeta delata ab extra Regnum, & illa ſeta non ſoluit fundicum, & hoc demonſtratur, quia Ritus dicit, cùm ſeta habeat Ius ſpetiale, quæ verba intelliguntur, ideſt pro ea ſoluitur Ius ſpetiale, & ita ſolitus eſt Andreas loqui, & præſertim in Ritu ſub Rubrica de iure exituræ, vbi dùm voluit dicere, ꝙ pro ſepo diuerſimodè ſoluebatur, dicit. Itẽ ſepum habet aliud Ius ſpetiale à prædictis. ſ. medium Auguſtale pro Vntia, & alijs in locis, & certè nullibi reperitur, quod ꝓ ſeta fiat exactio ſpetialis, niſi in dicta rubrica de Iure ſetæ, vbi dicitur ſolui grana decẽ pro libra, ergo de iſta ſeta voluit loqui Ritus præcedens, & ita dicit Goffredus in ritu prędicto, & declarat quomodo intelligãtur illa alia verba, præter fundicum, & Dohanam, & quod hoc ſit verum patet, quia vt Conſuleſmet articulant, & probant, quando in Dohanam immictitur ſeta torta, & mangana ex partæ Cauæ, Coſtæ Amalfiæ Prouinciæ Principatus Citra ſoluitur fundicus. Idem demonſtratur per decretum Cameræ interpoſitum in anno 1500. Vbi indiſtinctè determinatur pro ſeta mãgana, & cingulis Ius fundici ſolui debere, demoſtratur etiam per Pragmaticã Regis Ferdinandi Primi, in anno 1485. vbi expreſsè cauetur his verbis. *Vi ordinamo, che di tutte mercantie, panni, et ſete, quale s'eſtraheno, vi debbiate far pagare tutti li deritti à noſtra Corte ſpettanti.*

In hoc igitur ingenti dubio votaui, quod ſtante maxima dubitatione in cauſa principali, in qua neſcio, quã ſentẽtiam ſequuturus eſſem, quod pro nunc pendente lite, decretum prędictũ exequeretur, cum hoc moderamento tamen, quod pro ſeta mangana, & torta, quæ extrahitur per extra Regnum ſoluatur fundicus, prò ea verò, quæ per infra Regnum fieret annotatio, & præſtaretur cautio, & ad hoc ductus hac ratione, quia poſt decretum prædictum interpoſitũ illimet Domini de Camera exequuti ſunt illud pro ſeta, quæ ꝑ extra Regnum tãtũ extrahebatur. Alij Domini, & non illi, qui in negotio principali dubitabant, quod decretum indiſtinctè exequeretur, fuerunt voti in hoc incidenti. die 20. Februarij 1566.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Gabella duplex debetur ex contractu renouato, & duplex laudemium.*
2 *Gabella impoſita ſuper frumento, & oleo, licet ex eo fiat alia ſpeties, adhuc erit exigenda.*
3 *Gabella ſemel ſoluta, iterum ſolui non debet.*
4 *Gabella gabellæ ſolui non debet.*
5 *Gabella bis ſolui non debet pro eadem re.*
6 *Gabella pro promiſſione de vendendo, non debetur pro venditione.*
7 *Gabella in dubio ſolui non debet.*
8 *Interpetratio qualibet contra gabellam fieri debet.*

Difficultas huius deciſionis eſt, ſi pro ſeta torta, vel mangana ſolui debeat Ius fundici, & licet concludatur affirmatiuè, tamen iuxta votum noſtri Auctoris percipitur, tunc ſolui debere, quando extraheretur per extra Regnum, ſecus tamen intra, nam tunc annotatio fieri debet, & cautio præſtari, in hac ambiguitate licet dici poſſit, vt alia gabella ſolui debeat, quemadmodum dicimus in contractu veteri per alium contractum renouato, ſiue per augmentum, ſiue per diminutionem pretij, tũc
1 duplex gabella debetur, & duplex laudemiũ, vnum ex contractu veteri, alterum ex nouo renouante probat Clapper. cauſa. 29. q. 3. num. 9. & de conſimili deciſione habetur infra in alleg. 13. ſi Ius fundici debeatur ex rebus de ſeta laboratis, & deciſio refertur.
2 Sic etiam ſi gabella imponatur ſuper frumento,

mento,& oleo, quamuis ex oleo fiat alia ſpecies, vt ex frumento farina, vel panis, adhuc exigenda erit gabella. Medic. conſ. 97.num.10.

3 Licet ex aduerſo dici poterat, non eſſe dubium in Regno ſolui gabellam de Serico, & conſequenter gabella ſemel ſoluta gabellariis,iterum ſolui non debet. Ioſeph Ludou.dec.Peruſ.114.num.1.& in ſuis concluſ.tit.de gabellis concluſ. vnica colum. 2. verſ.hinc videmus,eapropter ſoluta gabella de Serico ſemel,amplius ſolui nō debet, quocirca dum ſericum in aliam formam commutatur,ſemper eſt eadem materia, pro qua ſoluta eſt gabella, ideo ſi fuerit mutatum, non debetur alia gabella, nam

4 eſſet ſoluere gabellam gabellæ,quod eſt improbatum.Maſtrill.dec.Sicil.97.nu.21. non

5 enim debet gabella ſolui bis pro eadem re Alex. conſ.146.n.6.lib.6.vt ſi fuerit

6 exacta gabella pro promiſſione de vendendo,non debetur de venditione. Surd. deciſ. 321.num.3. adeo quod dum verſemur in

7 dubio,iudicari debet,quòd gabella ſolui nō debeat.Dec.conſ.457.num.8. Gratian. diſcept.Forenſ.cap.777 num.28.& cap. 17. à

8 n.17.ad 23. Sic pariter interpetratio quælibet cōtra gabellam erit facienda. Surd.dec. Mantuæ.96. num.7.ne debeatur,poſtquam ipſa in dubio non debetur,Maſtrill. vbi ſup. num.26.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio Regia Pragmatica edita Thori repellit volentes infringere geſta per Sereniſſimos Reges Aragonia.*

2 *Replicare an liceat aduerſus dicta Pragmatica exceptionem.*

3 *Pragmatica pdicta declaratio,et intellectus.*

4 *An dicta exceptio obſtet, ſi non apparet,opponentem illam habuiſſe poſſeſſionem rei cōceſſa tempore illorum Regum.*

5 *Exceptio prædicta an obſtet contra Fiſcum.*

6 *An poſſit opponi contra Vniuerſitatem.*

7 *Exceptio prædicta an poſſit opponi contra illum, qui agit vigore priuilegij conceſſi per eoſdem Reges.*

## DECISIO XXXVII.

EXceptio Regiæ Pragmaticæ editæ Thori repellit volentem infringere geſta diſpoſita, & ordinata per Sereniſſimos illos Reges Aragonios, prout in ea fuit dubitatum in cauſa vertente inter Vniuerſitatem Seminariæ, & Illuſtriſſimum Ducem dictæ terræ ſuper demanio per eandem Vniuerſitatem prætenſo, an aduerſus talem exceptionem liceret

1 replicare de defectu volũtatis illorum Regum, quaſi quod ex cauſa falſa diſpoſuiſſent,& ſic apparente cauſa non vera,diceretur defeciſſe voluntatem diſponendi, & ſic iſte caſus non comprehendatur in Pragmatica prædicta, quæ dum confirmat geſta illorum Regum, videtur confirmare ea, quæ illi Reges diſponere voluerunt,& ſic pariter dicendum eſſet,ſi opponeretur defectus voluntatis, propter ſubreptiones,& obreptiones, & ſic per Regium Collaterale Conſilium, S. R. C.& Regiam Cameram pari voto fuit votatũ, & decretum, huiuſmodi replicationes

2 non debere admitti,quia Pragmatica, dum diſponit, geſta illorum Regum

3 non debere, nec poſſe in Iudicio controuerti iure,vel iniuria facta ſint, demonſtrat hoc tantum ſufficere, quod Reges illi ſic ſtatuerunt,ſicq; diſpoſuerũt,factũ tantum proſpiciendo,omnes enim replicationes iſtæ,& ſimiles inferunt diſpoſitionem non iure factam, ſi enim cauſa non eſt vera, & eſt finalis diſpoſitio,non eſt iure facta, ſic etiam ſi ſubreptum, vel obreptum eſt, vel ſi diceretur conceſſionem fuiſſe factam rei,vt deuolutæ ob rebellionem Titij, & Sempronij,vellet allegare, quod res erat ſua, & ſic ob rebellionem Titij nō poterat deuolui, & hoc ſtante videbatur deficere voluntatem Regis concedentis; nam,vt dixi hoc allegãdo proponitur quid demõſtrãs, quod non iure fuit facta cõceſſio, & cùm hoc Pragmatica non patiatur, admitti non debet,

Digitized by Google

bet, & aliqui ex illis Dominis dixerunt, quod in cauſa Dominæ Briannæ Cantelmę, cum Illuſtri Magno Admirato ſuper petitione Caſtrorum Athini, & aliorum ſic fuerat pronũciatum per S.C. in qua cauſa Ego ꝑ Domina Brianna fueram Aduocatus, & in cauſa Excellentis Comitis Pacenti, cum Magnifico Alonſo Sanges, Generali Theſaurario, & vtili Domino terræ Gruptularum, in qua dicto Domino Theſaurario ſimiliter patrociniũ præſtiti, ita pariter fuit concluſum, & pari etiam modo in præſenti cauſa decretum. die 22. Iunij 1560.

4 Item fuit dubitatum, an dicta exceptio obſtet, ſi non apparet, opponẽtem illum habuiſſe poſſeſſionẽ rei cõceſſæ, tẽpore illorum Regũ, attentis illis verbis appoſitis in Pragmatica, ſicq; teneãtur, & obſeruẽtur, prout illis viuẽtibus tenebantur, & obſeruabantur, & in dicta cauſa dicto die fuit per omnes concluſum, ꝙ ſufficit habere poſſeſſionem tempore Pragmaticę, vt patet in proemio, fuit emanata ad tollendas lites mouendas contra præſentes poſſeſſores, & illa verba ſupra relata poſſunt referri ad declarata ſtatuta, & ordinata per illos Reges.

5 Item fuit dubitatum in dicta cauſa, an dicta exceptio obſtet cõtra fiſcum, & fuit concluſum quod ſic, quia Pragmatica prædicta habet locũ, ſi quodlibet contentorum in ea concurrit de per ſe ſine alijs, & quia ibi dicitur, litẽ non poſſe moueri, ſi bona fuiſſent in Fiſcum redacta, ergò euidenter demõſtratur, quod Fiſcus poteſt illam opponere, ergò & contra ipſum poteſt opponi, ex regula Iuris, quæ ſe habet, quod fiſcus vtitur Iure priuati, ſi non reperitur in eo priuilegium, & alia Regula, quod quiſque iuris.

6 Fuit inſuper dubitatũ, an poſſit opponi contra Vniuerſitatem, & fuit cõcluſum quod ſic, maximè quia Pragmatica prædicta fauorabilis cẽſeri debet, & in tali caſu Vniuerſitas, licet perſona ficta comprehenditur.

7 Fuit etiam dubitatum, an poſſit opponi contra illum, qui agit vigore priuilegij, conceſſi per eoſdem Reges, & fuit concluſum, quod ille, qui habet priuilegium poſterius cum poſſeſſione tempore Pragmaticæ poteſt ea ſe tueri, per verba eiuſdem Pragmaticæ, ibi mutari, renouari, &c.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio Authoris à Reg. de Ponte commemoratur.*

2 *Poſſeſsio, an debeat obtineri ante promulgationem Pragmaticę editæ Thori, vt ipſa locum habeat.*

3 *Exceptio Pragmaticę editæ Thori contra fiſcum, an opponi poſsit.*

4 *Exceptio Pragmaticæ editę Thori, an contra Vniuerſitatem opponi poſsit, ſicuti è contra vt deciſum fertur num. 5.*

6 *Exceptio Pragmaticæ editæ Thori contra Eccleſiam, an poſsit opponi remiſsiuè.*

1 QVòad primam difficultatem, ſi replicatio admicti debeat aduerſus exceptionem Pragmaticæ editæ Thori, & fuit pluries deciſum negatiue, & inter cęteras cauſas in cauſa Theſaurarij generalis, cum Comite Pacenti, de qua memor eſt Reg. de Ponte conſ. 63. num. 22. volum. 2. & in meo Compendio dec. Regni p. 1. verbo Pragmatica, quòad ſecundam, ſi ſufficit poſſeſſionẽ habere tempore Pragmaticæ editæ Thori,

2 vel ante, & fuit concluſum ſufficere, quamquam Affl. dec. 396. num. 8. Reg. de Curte in eius diuerſ. feud. fol. 71. num. 5. Conſil. de Georg. alleg. 13. num. 5. dicant, poſſeſſionem neceſſariam eſſe habere ante Pragmaticam

3 Quòad tertiam, ſi cõtra Fiſcum talis exceptio opponi poſſit, & deciſum fuit affirmatiue, late Paul. Staiban. conſ. 65. num. 30. ſicuti etiam è contra fiſco pariter licet exceptionẽ ipſam opponere, & ita ſæpius iudicatum, ita ex Minad. & Camill. de Curte perpendi in eodem Cõpendio verbo Pragmatica.

4 Quòad quartam, ſi cõtra Vniuerſitatem opponi poſſit, & reſoluitur affirmatiuè pro vt in caſu relato ab Anna Seniore alleg. 87 num 2. Quem-

Quemadmodum etiam eidem Vniuerſitati competit dictæ exceptionis allegatio, & ita deciſum in cauſa Marchionis Oriæ, cum Vniuerſitate Francauillę, ita ex Iacob. Anell. de Bottis cumulaui in d. compendio verbo Pragmatica, & quid contra Eccleſiam, an poſſit opponi talis exceptio, refer-
6 tur deciſio in 2. p. noſtri Compendij, verbo exceptio Pragmaticæ.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Collectari debent Ciues pro bonis ſitis in territorio.*

2 *Accataſtari debent bona, in quo poſſeſſores ſũt numerati.*

3 *Accataſtari debent bona, deducto onere illis iniuncto.*

## DECISIO XXXVIII.

1 COllectari debent Ciues pro bonis ſitis in territorio, ſed ſi eſſent extra territorium eſſet dubiũ de iure Guid. Papa dec. 5. Alex. conſ. 78. vol. 6. Ruinus conſ. 195. vol. 2. attamen ſecundum decretum generale Regiæ Cameræ Summariæ, ſi bona ſunt ſita in aliquo territorio ſeparato de per ſe inhabitato, debent bona prædicta poſſeſſa per particulares
2 in loco prædicto accataſtari in eo loco, in quo poſſeſſores ſunt numerati, niſi illa bona tenerentur in feudum, caſu quo tenerentur ſub annua præſta-
3 tione accataſtantur deducto onere prædicto, ſicque fuit prouiſum ad inſtantiam Vniuerſitatis Thoræ contra poſſeſſores Caſtri inhabitati Pentimæ. Relator fuit Dominus Petrus Antonius Stinca. Die ſexta Februarij 1566.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Ciues pro bonis ſitis in territorio poſſunt ſoluere collectas, non tamen pro illis exiſtentibus in alio Territorio, & ita deciſum affirmatiua ſententia proditur, & qualiter procedat num. 2.*

3 *Collectę imponuntur poſſeſſoribus in Territorio, & poſſunt etiam Forenſibus imponi poſſidentibus in territorio.*

4 *Collecta imponi an poſſint pro bonis extra territorium exiſtentibus.*

5 *Deciſio R.C. refertur ſuper contributione in fiſcalibus pro bonis, quæ poſſidentur in territorio communi ſolitis accataſtari in cataſtis Caſalium alicuius Ciuitatis.*

1 QVamuis attenta Iuris diſpoſitione Ciues pro bonis ſitis in Territorio poſſint collectam ſoluere, non tamen pro eis exiſtentibus in alio territorio, iuxta deciſa per Guid. Papam hic allegatũ, cui Addo Annam ſing. 221. & Theſaur. dec. 149. & ſic diſputando reſidet Aegid. Thomat. in tract. de collectis §. ſane num. 21. fol. 472.
2 Sed verius affirmatiuam ſententiam aſſequendo ex Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. vbi Alex. tradit Cancer. var. reſolut. tom 3. tit. de iurib. caſtr. cap. 13. num. 103. cum ſeq. vbi iſtam concluſionem diuerſimodè declarat, vt ibi per eum, & præſertim num. 105. declarando concluſionem ipſam cenſuit ex multis, non procedere, quando in alio loco, vbi bona extant ſoluerentur collectæ, nam non debet Ciuis duplici onere grauari, quod facit pro ornamento huiuſmodi deciſionis, dum apparet deciſum, quod pro bonis feudalibus, ꝓ quibus annua præſtatio debetur, deducto tali onere accataſtantur, ex quo regulariter
3 collectę imponuntur poſſeſſoribus in territorio, & poſſunt quoque imponi Forenſibus poſſidentibus in territorio, latè Vrſill. dec. 400. num. 4. 5. & 6. ſequitur Loſeus in tract. de Iure vniuerſit. p. 3. cap. 9. num. 28. Campan. in cap. Regni, item quod iuſtitiarij
4 n. 10. nõ tamen pro bonis exiſtentibus extra territorium, vt ex Alex. perpendit. ibi idem Loſeus nu. 27. & non ab re iudicatum refertur ab Auctore, ꝙ quando bona eſſent ſita in alio territorio ſeparato de per ſe inhabitato, quod debeant bona prædicta poſſeſſa per particulares in loco prædicto

acca-

accataſtari in eo loco, in quo poſſeſſores ſunt numerati, hinc infertur ad altercationẽ olim habitã in cauſa Vniuerſitatis Mariliani, cũ Vniuerſitate Caſalis Foſciani, & aliorũ Caſalium dictæ terræ ſuper contributione in functionibus fiſcalibus pro bonis, quæ poſſidebantur in Territorio communi, ſolitis accataſtari in cataſtis dictorum Caſaliũ per Ciues dictæ Terrę Mariliani, nam fuit per R. C. S. die 9. Decembris 1564. ad relationem Præſidentis Antonii de Caſtillo deciſum, quod detur terminus in cauſa vtrique parti, & interim Caſalia prędicta manuteneantur in quaſi poſſeſſione exigendi functiones fiſcales, etiam à Ciuibus dictę terrę Mariliani pro bonis accataſtatis ipſorum Caſalium; pęnes Criſpũ Magiſtrum actorum.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Collectam impoſitam ſoluentes pro eorum rata, an etiam ſoluere teneantur pro rata ſpectante ad illos, qui non ſunt ſoluendo.*

2 *Regnum coadunatum in parlamentis reputatur vnum corpus miſticum, & vnum Collegium diuiſum.*

3 *Vniuerſitates, quæ vacationem habent ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinariis, an teneantur contribuere in donatiuis.*

4 *Collecta impoſita Vniuerſitati pro exequutione ſententiæ pro debito Vniuerſitatis exigitur ab ijs, qui ſoluere poſſunt etiam pro rata illorum, qui non ſunt ſoluendo.*

5 *Vniuerſitates Regni teneri ad ſolutionem donatiui pro numero focitlariorum, qualiter ſit intelligendum.*

6 *Impoſitio facta Vniuerſitati, ſi quidam ex Ciuibus ſunt impotentes, qualiter regulanda.*

7 *Vniuerſitas ſemper dicitur eadem Vniuerſitas.*

8 *Exigi an poſſit vna Ciuitas pro alia.*

9 *Verba illa, fieri ſolutionem ad rationem foculariorum qualiter intelligantur*

10 *Donator poteſt apponere legem, quam vult in donatione.*

11 *Regnum pro vno corpore miſtico, & vna Vniuerſitate reputatur.*

12 *Numeratio foculariorum, quæ fit in hoc Regno, cuius naturæ ſit, & qualiter procedat.*

## DECISIO XXXIX.

1 COllectã impoſitã ſoluẽtes pro eorũ rata, an ẽt teneãtur ſoluere pro rata ſpectante ad illos, qui non ſunt ſoluendo, eſt quæſtio tacta per Doct. in pleriſque locis, & de facto fuit circa ean. dubitatum in Camera in repartimento donatiui vnius milionis, & vigintimillium ducatorũ facti in anno 1560. Sereniſſimo Domino Regi.

Sunt enim in Regno nonnullæ Vniuerſitates, quæ varijs ſuccedentibus caſibus factæ ſunt impotentes ad ſoluendum iuxta numerum foculariorũ, pro quo reperiuntur taxata, & diminuta focularia prædicta, prætendebat fiſcus omne id, quod ab ipſis Vniuerſitatibus recuperari non poſſit, debere præſtari a cęteris Vniuerſitatibus Regni, totumque hoc incõmodũ ad onus Regni cedere debere.

2 Dicebat enim fiſcus, quod in iſtis parlamentis, quæ fieri ſolent, totum Regnum coadunatum reputatur vnum corpus miſticum, & vnum collegium diuiſum in plura membra, prout fuit
3 aliàs iudicatum in Camera, in puncto aliàs deciſo, an ſcilicet Vniuerſitates, quæ vacationem habent ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs teneantur contribuere in donatiuis, quæ fiunt in iſtis parlamentis, ergò ſi totum Regnum eſt vnum corpus, & vnũ collegium, vt ſic pariter dici poſſit eſſe Vniuerſitatẽ, ſequitur id quod ab vno exiſtente non ſoluendo exigi non poteſt, ab alio recuperari debeat iuxta doctrinam Bartoli in l. 4. §. actor
4 ff. de re iud. vbi tradit, quod collecta impoſita Vniuerſitati exigitur ab his, qui ſoluere poſſunt, etiam pro portione illorum, qui non ſunt ſoluendo, & hoc etiam firmat Bal. in l. etiam C. de exequutione rei iud. & facit deciſio Luc. de Penna in l. omnem C. de cẽſ. lib. 10. Adducebat etiam, quod ſi Vniuerſi-

uerſi-

Digitized by Google

Vniuerſitates Regni tale donatiuum ſoluere tenentur pro numero focula-riorum, id ſanè intelligendum eſt de focularibus, quæ re vera exiſtunt, ergò ſi iſta focularia non ſunt in tanta quã-titate, quod deficit ab alijs Vniuerſi-tatibus ſolui debet.

Et cùm hoc eſſet magnæ importan-tiæ, fuit benè diſcuſſum in Camera, & demũ in Collaterali Cõſilio corã Du-ce de Alcala Vice Rege digniſſimo, & dum eſſem Commiſſarius, dixi Fiſci inſtantiam mihi non videri iuſtam, & ideo cœteras Regni Vniuerſitates ad-ſtringi non debere ad id, quod ab alijs veluti non ſoluendo exiſtentibus exigi non poſſet, motus diſtinctione Bar. in l. 2. C. de apoc. pub. quam non recito de verbo ad verbum, contentus ero eo
6 capite, in quo concludit, quod ſi im-poſitio eſt facta Vniuerſitati, tunc cœ-teri Ciues ſoluunt id, quod ab impo-tentibus exigi non poteſt, quia Vni-
7 uerſitas eſt debitrix, & ideo ſemper ea-dem dicitur Vniuerſitas. l. proponeba-tur. ff. de Iud. ſi verò impoſitio eſt fa-cta, quod vnuſquiſq; ſoluat, tunc vnus pro alio non tenetur, tex. in l. legato ff. de leg. 2. & melior tex. in l. vnic. C. vt nulli ex vic. pro ali. vic. deb. ten. quã diſtinctionem ibi ſequuntur Lucas de Penna, Ioãnes de Platea, & Iac. Re-buff. & Alex. & Iaſ. in d. l. 4. §. actor, & idem Alex. in l. cuius nepte ff. de pact. & tradũt Docto. in d. l. legato, cũ ergo donatiuum prædictum ſit factum per Regnum, cum hoc, quod duc. 50000. ſoluerentur per Barones Regni, & re-manentes duc. 70000. ſoluerentur per Terras, Ciuitates, Loca, & Caſtra Re-gni, ad rationem foculariorum, videtur ſolutio indicta vnicuique Terræ, Ca-ſtro, Ciuitati, ſiue loco, & conſequen-ter clara ex prædictis infertur deciſio, quod vna Ciuitas pro alia ſoluere non
8 debet, nam ſatis graue, & rationi, & æquitati naturali contrarium eſſet, ſi vna Vniuerſitas pro alia teneretur, vt dicit tex. in d. l. vn. C. vt null. ex vic.

Quod approbabam ex eo, quia ſic videbatur expreſsè cautum in obla-
9 tione facta per Regnum in illa verba, quæ dicunt, quod ſolutio fiat per Vni-uerſitates ad rationẽ foculariorum, & hoc videntur declarare, quod ſcilicèt quæque Vniuerſitas pro ſuis foculari-bus ſolueret, habita ratione omnium foculariorum, prout reperiuntur taxa-ta in Camera, aliàs eſſet neceſſaria no-ua numeratio pro taxatione dicti do-natiui, iuxta verba prædicta, quod eſt
10 ſatis abſurdum, & cùm in donando potuerunt apponere legem, quam vol-uerunt. l. quoties C. de donat. quæ ſub
11 modo, Nec obſtabat, quod totũ Re-gnum habetur pro vno corpore miſti-co, & vna vniuerſitate, quia in illa cau-ſa ego hoc fundaui, & eſt verum, ſed dixi, quod iſtud Regnum, dũ donauit noluit ſimpliciter donare, ita quod Regnum ſimpliciter ſe ſoluturum ob-tuliſſet, ſed qualificatè donauit, ſcili-cet, quod duc. 50000. ſoluerentur per Barones, & alij per Vniuerſitates, Ter-ras, & Caſtra, ita quod voluit indicere ſolutionem vnicuique Vniuerſitati, & remanet concluſio ſupra firmata, Nec dicatur, quod focularia diminuta in-dictis terris impotentibus non extant,
12 quia ſecundum naturam numeratio-nis huius Regni, poſtquam clauſa eſt numeratio, ſi diminuuntur focularia, non diminuitur numerus foculariorũ quòad obligationẽ Vniuerſitatis, quæ pro tot focularibus remanet obligata, vſque ad nouam, & generalem Regni numerationem, immò ſi iſtæ Vniuerſi-tates, quæ in præſentiarum ſunt pau-peres, & ad ſoluendum impotentes, & in futurum ditarẽtur, pro omnibus di-ctis focularibus tenerentur ſoluere Re-giç Curiç, ex reg. tex. in l. locum §. defi-cientium. ff. de mun. & in l. his honori-bus §. primo ff. de vacat. mun. Ruin. conſ. 3. nu. 11. vol. primo. Vrſil. ad Affl. dec. 392. num. 8. nec audirentur ſi di-cerent, quod tunc non erant tot focu-laria, vt ſi pateat ad ſenſum illa verba ad

Digitized by Google

ad rationem foculariorum, ſic debere interpetrari, omnes Domini mei fuerũt in eadem opinione, excepto Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Traneſi, Sicque fuit cõcluſum die 23. Auguſti 1560.

Benè verũ eſt, quod ſi aliqua Terra in totũ eſſet dishabitata aliquo caſu, vel incurſu hoſtium, tunc illa focularia, quæ antè exactionem erant taxata irent ad onus Regni, quia diſtributio facta per Vniuerſitates in donatiuo nõ poſſet verificari in iſta exhabitatione, quæ deſijt eſſe Vniuerſitas, iuxta notata per Bar. in l. finali. ff. de colleg. illic. Et ſic etiam die prædicto fuit concluſum.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ciuitas an teneatur ad ſolutionem ex defectu vnius non ſoluendi, & aliorum ſimiliter non ſoluentium ex impotentia.*
2 *Regnum vnica Prouincia eſt quòad iuriſdictionem.*
3 *Rex in Regno habet imperium, Barones habent iuriſdictionem, & Territorium, Vniuerſitates rerum adminiſtrationem.*
4 *Procuratores deſtinant Barones, & Vniuerſitates ad interueniendum in parlamentis.*
5 *Barones, eorumque procuratores, & vniuerſitates ſtipulari videntur, quod ſua intereſt quatenus ad eorum ratam ſpectat, non aliorum.*
6 *Debitum Vniuerſitatis non eſt ſingulorum, nec è contra.*
7 *Collecta, quando ſubrogatur loco ſeruitij perſonalis, illi qui ſunt immunes ab illo nõ tenentur ſoluere pro alijs non valentibus ſoluere.*
8 *Donatiua ſunt loco ſeruitiorum in Regno.*
9 *Adhoa ſeruitium in pecunia dicitur.*
10 *Immunitate adhoamenti conceſſa, includitur adhoa, et è contra, et ita deciſum.*
11 *Adhoa eſt onus reale, & cur.*
12 *Adhoa in Burgenſaticis loco collectarum ſucceſſit.*
13 *Adhoa remiſſa Baroni, non per hoc eius feudatarij exempti videntur.*
14 *Donatiua hodie ſunt neceſſaria.*
15 *Barones ſoluere tenentur in donatiuis, & ſi nullum procuratorem miſerint.*
16 *Conſenſus maioris partis in donatiuis ſufficit, & præiudicat non conſentientibus.*
17 *Immunitas conceſſa à Rege Vniuerſitati, cuius damno cedere debeat.*

1 REaſſumitur ab iſta deciſione, quatenus fiſcus, dum prætenderet recuperare reſidua donatiui, quod fit Regi ſingulo biennio ab alijs Vniuerſitatibus Regni, exiſtentibus aliquibus earum nõ ſoluentibus, ea ſiquidem ratione, cùm Regnum ſit vnicum corpus miſticum ſub ſe continens plura membra, quæ ſunt ipſæ Vniuerſitates, & propterea vna ipſarum effecta non ſoluendo, cęteræ contribuere aſtringuntur, ex doctrina Lucæ de Penna hic relata, quod cùm ſit ſoluenda collecta, vel tributum à Ciuitate, & Villis, pertinentijs, & Caſalibus ex defectu vnius, ſeu aliquarum Ciuitas teneatur, non autem à ſingulis perſonis, Nacta conſ. 397. num. 12. & conſ. 431. num. 12. probat, quod immunitate alicui conceſſa reliqui tenentur ſoluere ratam ad immunem ſpectantem, idemq; aſſequitur Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. primo num. 13. & 19. vt integra quantitas promiſſa donatiui erit exigenda integra à corpore Regni, & dixit, ita practicari, quæ ratio non videtur ſatisfacere noſtro Auctori, dum contrarium intellexit fundare, poſtquam hoc erit intelligendũ, quòad iuriſdictionem, &
2 ſic Regnum totũ pro vnica Prouincia ponitur, vt in materia præſcriptionis notat Affl. in conſt. conſuetudinem num. 4. & in conſt. Occupatis nu. 5. nam in effectu Rex in toto Regno habet Imperium, Barones
3 habent iuriſdictionem, & territorium, & Vniuerſitates rerum adminiſtrationem Montan. in prag. 2. num. 42. & 64. de adminiſt. Vniuerſ. quaſi quod omnia videntur eſſe diſtincta, & ſeparata, & propterea quan-
4 do fit donatiuum vnanimiter Barones, & Vniuerſitates Regni, & multi ipſorum procuratores deſtinant ad interueniendum in parlamento, & concludendum, quidquid in eo erit donandum Regi, vt nouiſſimè ſectatur Reuerendiſſ. Epiſcopus Caprenſ. Raphael Raſtell. in ſuo opuſculo vtiliſſimo de Regimin. Princip. lib. 3. de cauſa materiali parlamenti nu. 2. quaſi quod om-
5 nes videntur ſtipulari, quod ſua intereſt quatenus ad eorum ratam pertineat, non aliorum, ita quod altero ipſorum ſoluendo non exiſtente, cęteri non teneãtur, ſubdens



Digitized by Google

in rubr.de cauſa formali fol.153.nu.1. ꝙ in donatiuo faciendo Regi agitur de pecunia cõi, non vt vniuerſis, ſed vt ſingulis, ſinguli .n.tenentur de proprijs, non aũt de vniuerſitatis pecunijs cõtribuere donatiuo, & ꝓpterea maior pars non præiudicat minori,
6 ſicuti debitum vniuerſitatis non eſt debitũ ſingulorum, nec è contra, *Loſęus* de iure vniuer.p.1.c.1.nu.26.& ſubdit, nec propterea bona vniuerſitatis capi poſſunt pro debito particulariũ, & è contra, ex quibus videtur iuſtificari opinio Auctoris contraria vt nõ aliter cęteræ vniuerſitates pro aliarũ vniuerſitatũ debito moleſtari debeant, ſed tm̃ ciues ipſarũ particulares potentes ſoluere pro aliis ciuibus impotẽtibus ipſarũmet vniuerſitatũ non valentiũ ſoluere, de quo latius per Reg.Rouit.in conſult.vnica poſt eius conſ.to.1.nu.22.23.&30.cui etiã conuenit ꝙ ex Bar.notat Reg.Lanar.conſ.
7 57.n.10.ꝙ quãdo collecta ſubrogatur loco ſeruitii ꝑſonalis, illi qui ſunt immunes à tali ſeruitio nullatenus ſoluere tenẽtur ꝓ aliis non valentibus ſoluere, ſicq. deciſũ refert contra fiſcum fuiſſe in beneficiũ Baronum, vt talia donatiua nõ aliter loco adoharum cenſeri debeãt ſubrogata, ſed ꝑſonalis ſeruitii, quãquam Reg.de Pon.dec.3.n.9.dicat
8 donatiua in Regno eſſe loco ſeruitiorum, eũ ſequitur Giur.dec.117.nu.3.Pręſ.Amat. conſ.12.n.7.& proinde ſubdit, adoham nil
9 aliud eſſe quã ſeruitiũ in pecunia, quapropter adiutoria, & ſeruitia oĩa, quæ præſtantur à vaſallis dño appellantur adohamẽta quæ fieri ſolẽt in parlamẽto generali, ſubdit nu.16.& ſubſequitur nu.20. ꝙ conceſſa
10 immunitate adiuuamẽti includitur adoha, & ſic è contra, & ita deciſum ꝑ R.C.teſta-
11 tur, vndè ex hoc vr̃ eſſe onus velut reale, & per iſtã rõnem ad emptorẽ ſpectat, Medic. conſ.114.n.11.Maur.Iun.alleg.81.n.1.quæ
12 ſiquidẽ ad hoc in burgẽſaticis ſucceſſerũt loco collectarũ, vt aduertit ibid.Maur.nu.3 quo fit, vt ſi fuerit remiſſa per Regẽ Baroni
13 non per hoc eius feudatarii erint exempti, prout ibidem ſubſequitur, ſic ẽt in collectis erit dicẽdum, ꝙ ſi fuerint remiſſæ pauperibus, & impotentibus, non per hoc aliis potẽtibus ſoluere remiſſæ videntur, quin pro illis contribuant, adeo ꝙ cũ talia donatiua
14 hodie non aliter voluntaria, ſed neceſſaria eſſe videantur, quẽadmodum teſtãtur idem Reg.de Pon.d.dec.3.nu.14.Giurb.ib.nu.2. Præſ.Amat.vbi ſupra nu.15. Pater Raſtell. d.l.3.tit.de cauſ.final.parlam.nu.1.vbi allegat ad hoc ẽt Maſtril.de magiſt.to.2. lib.5. c.15.n.29.& alios ſubſequitur, ad ipſius ſo-
15 lutionem oẽs cõpelli poſſe Barones, etiã ſi nullum procuratorem miſerint, vt aduertit Amat.loc.cit.nu.15. ex quo ſufficit in hoc
16 conſenſus maioris partis, qui aliis in hoc præiudicare non dubitatur, ꝙ etiam fundat Raſtell.eod.loc.f.153.& nõ mirũ ſi alii pro aliis teneantur, quia talia donatiua fiunt in quantitatibus certis in vniuerſo, ideo integra erint exigenda à corpore Regni, ad qđ accedit Reg.de Curt.in ſuo diuer.feu.§.redeundo igitur nu.32.dũ quęrit, immunitatẽ conceſsam à Rege vniuerſitati cuius dãno
17 cedere deberet, dicebatur in dãnum Regis, nihilominus deciſum refert fuiſſe, talem immunitatem ſolutionũ fiſcalium nõ officere Regiæ Curiæ, & ꝙ non põt ex vniuerſitatibus habentibus immunitatẽ haberi, ſuppleatur ex aliis vniuerſitatibus, ꝙ ſanè in aliis contributionibus admitti hoc non debeat, ex Clapper.& aliis probat Reg.Valenz.ſingularis meus Dominus conſ.99.nu.43.etenim hoc cedere debet in fiſci dãnum, & ſic concordare cõſpicitur cum hac noſtri Auctoris cõcluſione Molf.in proem.Conſuet. Neap.q.6.num.16.latius Io.Maria Nouar. lib.2.quæſt.foren.q.57.vbi alias de hoc deciſiones adduxit, & meminit de hac deciſione Auctoris.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Focularia Sclauonorum, & Albanenſium numerantur quolibet anno.*

2 *Focularia Sclauonorum non firmiter reſident, ſed ſemper vagantur.*

3 *Numeratio Sclauonorum non fit per comprobationem.*

## DECISIO XL.

1 FOcularia Sclauonorum, & Albanenſium, in Regno numeran
2 tur quolibet anno, quia ſunt focularia, quæ non firmiter reſident, ſed ſemper vagantur.

In relatione cõputi Perceptoris Terræ Bari anni 8.indict.non fuerat factus introitus dictorum foculariorũ, quia eo anno non fuerat facta numeratio; fuit dubitatũ, an debeat fieri liquidatio ſecũdum numerationem factam in dicto anno 9. indict. fuit concluſum, quòd ſi in numeratione facta in dicto anno 9.indiction.eſſet annotatum tempus habitationis ipſorum, ꝙ includeret annum 8. indict. quo fieret dicta

H nume-

Digitized by Google

numeratio,ſeu liquidatio,ſin autem capereturinformatio de habitatione eorundem, & hinc ſumpta occaſione fuit cõcluſum, q̃ ſcriberetur omnibus Perceptoribus Prouinciarum, q̃ hinc in antea quolibet anno dictam numerationem facerẽt,& in margine cuiuſlibet focularis apponeretur tẽpus habitationis, & in dicta diſcuſſione fuit cõpertum, quod pro annis 4.5.6.& 7. indict. erat facta exactio pro focularibus liquidatis in anno 1559.quæ in numeratione facta in anno 1561. totius Regni, nõ fuerũt numerata in illis Terris,& locis,in quibus fuerunt numerata in numeratione Sclauonorũ; & fuit dictũ,quod erat erratũ,quia in numeratione Sclauonorum etiã fuit dictũ, quod erat erratũ,quia in numeratione vniuerſali,ſi non fuerunt reperta, inferebatur,q̃ non erant tunc temporis,ergo exactio facta pro tempore ſequẽti ex cauſa numerationis præcedẽtis fuerit iniuſta,& præſertim quia focularia
3 Sclauonorum nõ numerantur per cõprobationem;& ideo fuit prouiſum,ẽt non petentibus Vniuerſitatibus,q̃ fieret ordo pro reſtitutione indebitæ exactionis. Rationalis Relator fuit Marcus Hieronymus de Aſſaro. Die 14. Februarij 1566.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Albanenſes, & Sclauoni ſoluunt carolenos vndecim tantum pro foculari.*

2 *Villę Sclauonorũ, & Albanẽſium præſumuntur feuda quaternata, ſi ſunt in ſufficienti numero vaſallorum.*

3 *Praxis cõceſſa Baronibus ad impetrandũ, vt eorũ feuda impleãtur hominibus traditur*

4 *Priuilegium conceſſum Comiti Molæ à Rege enunciatur ex gratia obtentum pro habitatione ciuium implenda in Caſali S. Michaelis.*

Notatur ab iſta deciſione, q̃ numeratio focularior ũ Sclauonorũ, & Albanẽſiũ fieri debeat quolibet anno,& ſoluunt carol.11.
1 tantũ pro quolibet foculari,vt tradit Reg. de Curte in ſuo diuerſ.iur.feu. §. redeundo igitur nu.33. & hic notandum duxi q̃ retulit præſtantiſ.I.C.Fuluius Lanarius generis, & virtutũ cumulo ornatiſſimus ex Loffr.in c.1.quis dic.Dux,in ſua optima Addit. ſiue repet.ad eius patruum in c.1.de ijs qui feu.
2 dar.poſſ.nu.85. quod villę Sclauonorum,& Albanenſium præſumũtur feuda quaternata,ſi ſunt in ſufficienti numero vaſallorum;
3 quapropter Barones habentes feuda inhabitata,ſi velint ea habitatoribus implere, porrectis precibus Excell.Proregi, committitur R.C.S. vt ſe informet, & cum voto referat,& licentia cõceditur,vt ex exteris, præſertim Albanẽſibus impleatur, Reg.de Pon.de pot.Pror.tit.12.rub.de feud.inhab. & nouiſſimè Rendell.in tract.de Baron.paſcuis,& defenſ.p.2.c.10.fol.117. verſ.& vide ſequens, vbi de priuilegio conceſſo Co-
4 miti Molæ à Rege ex gratia impetrato, ad populoſitatẽ Caſalis S.Michaęlis obtinendam agit,quod à Barbaris ignotis fuit cœptum,inde derelictum.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Teſti alleganti ſe aliter dixiſse,quam per Notarium fuit ſcriptum,an ſit ſtandum.*

2 *Notario propter eius authoritatem ſtandum eſt in ciuilibus.*

3 *Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminalibus.*

4 *Teſtis negantis ſe ita depoſuiſse dicto, an ſit ſtandum in criminalibus.*

5 *Teſtiũ dictis,an Notario ſit ſtãdũ in ciuilibus*

6 *Cõtumacia an faciat indicium ad torturam.*

7 *Teſtes negantes ſe ita depoſuiſse,prout Notarius ſcripſit,an poſſint torqueri.*

8 *Teſtis vbi inſtrumento contradicit,torquendus eſt tam ipſe,quam Notarius.*

## DECIS. XLI.

Teſti aſſerẽti ſe aliter dixiſſe quam per Notarium fuerit ſcriptum, an fuerit ſtandum,eſt quæſtio quotidiana,& contingit in R.C.de facto, nã
1 fuerunt examinati nonnulli teſtes per quendam Notarium Robertum aſſumptum per Io.Matthęum Villanum Caualla riũ Dohanę Menepecudũ Apulię Commiſſariũ deſtinatũ cõtra fraudatores Dohanæ p̃dictæ, & in eorum depoſitione affirmaſſe pretenditur,quod quædam pecudes erant ſolitæ fidari in Dohana prædicta, & poſtea dũ de hoc exita-

exitaretur in R.C. ijdem teſtes nũquã hoc dixiſſe contendunt, ob quod formata inquiſitione contra eos, dubitari cęptum eſt, quid faciendum.

Et certè quęſtio eſt trita, & originalis Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed pone ecce Iudex, Gram. conſ. 30. num. 11. conſ. 47. nu. 1. & conſ. 67. Clar. in pract. crim. q. 53. verſ. quęritur eſt caſus, & in §. falſum verſ. pone teſtis in loco, Spec.
2 concludit, ꝙ in cauſa ciuili ſtãdum eſt Notario propter ſui authoritatem, idẽ Spec. in tit. de inſtru. edit. §. reſtat verſ. quid ſi dum, vbi idem firmat, etiam ſi plures eſſent, quia quilibet eſt ſingularis in ſua depoſitione, cùm ſigillatim examinentur, in criminali verò neutri credendum eſſe dicit, ex regula, quod
3 in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, Abb. in cap. cũ cauſam in fi. lo 1. ext. de teſtib. dicit idem, ꝙ in cauſa ciuili ſtatur Notario, in criminali verò neutri, & plenius in cap. ad audiẽtiam de præſcrip. 2. col. vbi illud ꝙ dixerat in ciuili limitat, ſi plures teſtes, & oẽs ſimul contra
4 Notarium conuenirent, & in criminali firmat, ꝙ ẽt ſi eſſent plures, non ſtaretur ipſis cõtra Notarium, nec è contrario rõne antedicta, & ſic pertrãſcunt DD. quos cumulat Felyn. in d. c. ad audientiam: Dubium tamen ꝙ penès me reſidet eſt, an ſit iſto caſu locus torturæ ad eruendam veritatem contra teſtes; vel contra Notarium, nã DD. prædicti loquuntur, ꝙ non ſtatur dicto alicuius ex eis, & hoc poſſet intelligi ad finẽ probandi, quo attento requirũtur illę claræ probationes; At quoad indicia nõ ita exactæ, & concludentes ꝓbationes ſũt neceſſariæ, & quoad teſtes videtur indubitatum, quod cõtra ipſos ſit tantum ſcriptura Notarij, illa non ſufficit per prædicta.

Sed quoad Notarium mihi videtur magis quæſtio dubitabilis, quia vt dicũt DD. prædicti, & etiam in ciuilibus
5 quando oẽs conueniũt, ſtatur teſtibus contra Notarium, & firmat etiã Alex. cõſ. 65. vol. 2. verſ. decidit ẽt ex authoritate Ang. in l. 1. §. ſi quis neget, quẽadm. teſt. aper. & multò fortius hoc dicẽdũ eſt in criminalibus, in quibus nõ ita creditur Notario cõtra teſtes, ſicut in ciuilibus, cõcurrit ẽt in caſu de quo agitur, ꝙ Notarius citatus ad informãdum non comparuit, & fuit reputatus
6 contumax, & contumacia contra ipſũ facit indicium, vt dicunt Criminaliſtę per doctr. Bar. vulg. in l. j. C. de hęr. inſt. & ad hoc facit ẽt authoritas Bal. in cõſ. 281. vol. 2. vbi dicit, ꝙ ſi duo ex teſtibus
7 dicunt, nõ ita dixiſſe, ſtatur arbitrio Iudicis quoad torturam, allegat Iac. de Are. in l. ſi quis Decurio C. de falſ. & idem Bal. in conſ. 166. proponitur eod. vol. dicit, ꝙ ſi vnus ex teſtibus contra-
8 dicit inſtrumento, torquentur tàm Notarius, quàm teſtis, vt in conſ. 55. reperitur in final. verb. vol. 1. ꝙ videtur repetitũ in cõſ. 385. vol. 5. vbi dicit, ꝙ eſſet incipiẽdum à teſte, & licet Capy. dec. 61. ſimpliciter pertranſeat cum DD. & in dec. 94. loquendo de Notario dicit, quod S.C. decreuit, quod liberaretur, non tamen aperit, ſi fuit diſcuſſum, an deberet torqueri; fuit per Cameram prouiſum, ꝙ teſtes liberarentur ſub fideiuſſoribus, & de Notario non fuit aliquid dictum, quia erat in fuga.

## A D D I T I O.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes aſſerentes aliter dixiſſe, quam à Notario fuerit ſcriptum in ciuilibus ſunt liberandi ſub fideiuſſoribus ob fugam Notarÿ & quid in criminalibus, nu. 2.*

3 *Notario, an teſtibus potius credendũ ſit, ſi fuerit per teſtes dictum aliter dixiſſe, deciſio refertur S. C.*

AB huiuſmodi deciſione percipitur, ꝙ teſtes aſſerentes aliter dixiſſe quàm à No-
1 tario fuerit ſcriptum in ciuilibus fore liberandos ſub fideiuſſoribus, ob fugam, & contumaciam Notarii; de hac quæſtione licet in criminalibus latè Iul. Clar. in §. fi. q. 53. num. 17. vbi optima additio præſertim agit
2 quando oẽs teſtes cõuenirent, allegat Alex.

H 2 conſ.

conſ.65.col.fin.vol.2.Natt.conſ.393. Maſuer.ad prax.Papien.tit.de reſciſſ.ſent. gloſ. fuerunt vnquam,& melius idem Clar. in §. falſum nu.11. refert regulariter magis cre-
3 dendum eſſe Notario in hoc, ſed quantum ad hoc,vt Notarius, vel teſtis puniatur de falſo non creditur contra Notariũ teſtibus, nec è cõtra ex Spec. Alex.& Rimin.allegando ita fuiſſe Neap.deciſum apud Capyc.deciſ. 94. quos omnes probauit nouiſſime Caball.Reſol.crimin.caſu 183. nu. 3. & vltra eum Farinacc.de Falſit.& ſimulat. contraꝫ.quæſt.158.p.2.nu.202. cum alijs à me congeſtis in prima parte Compendij dec. Regni verbo teſtes aſſerentes.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis transfertur in ceſſionarium, vigore ceſſionis.*
2 *Lex 3.C.de nouatio.declaratur.*
3 *Cedens volens iteratò agere de conſenſu ceſſionarij ſuccumbentis,non prohibetur.*
4 *Cedens hypothecam tantum, & agens actione perſonali,& exigens tenetur ceſſionario.*
5 *Actio hypothecaria,ad hoc vt extinguatur per perſonalem,quid requiratur.*

## DECISIO XLII.

IN cauſa Magnificæ Beatricis de Luciano cum Ill. Alonſo Sances Theſaurario generali, & Collateralis Conſiliario, vtili Domino terræ Gruptularum, inter cętera de quibus fuit dubitatum in S.C. creditor in actione perſonali, & hypothecaria ſuper bonis feudalibus ceſſit iura ſua omnia, tam reſpectu actionis perſonalis, quam etiam hypothecariæ, ceſſionarius egit contra debitorem actione perſonali,& contra Theſaurarium poſſeſſorem bonorum feudalium obligatorum, & obtinuit contra debitorem, qui tamen non erat ſoluendo, & contra poſſeſſorem ſuccubuit, quia in ceſſione facta defecerat aſſenſus reſpectu feudalium, modò cedens,pęnes quem remanſit actio hypothecaria de conſenſu ceſſionarij, & ad eius vtilitatem iteratò agit actione hypotecaria prædicta contra Illuſtr.Theſaurarium poſſeſſorem,fuit dubitatum,an poſſit; Dicebant Aduocati Theſaurarij, quod non poſſit, quia vigore ceſſionis præ-
1 dictæ fuit validè in ceſſionarium translata actio perſonalis, & cùm ipſe egerit, & obtinuerit, concurrunt omnia requiſita in l.3.C. de nouatio.per quã interueniente vno ex tribus ibi poſitis cedens prohibetur agere, quo caſu etiam poſſet dici, quod actio directa, quę remanſit pœnes cedentem ſit extincta, & adducebant notata per Docto.in l.2. C. de actio. & oblig. Dicebant, quod licet verior ſit opinio Bar. in l.fideiuſ.obligat.ff.de fideiuſſ. quod ſcilicet poſſet cedi actio perſonalis ſine hypothecaria,& è contra,& in hoc non tenetur opinio glo.in l.fin.C.de hæred.vel actio.vend.tamen ratio glo. in d.l.fin. non reprobatur, dum vult, quod ſi principalis cedens hypothecariam tantum ageret actione perſonali, quod ceſſionarius hypothecam amitteret, & ſic exercitium actionis perſonalis extinguit hypothecam.

2 Contrarium tamen fuit concluſum, iunctis duabus aulis,excepto vno Domino, & fuit habitum pro abſoluto, quòd diſpoſitio tex. in d.l.3. intelligitur,quando eſſet controuerſia inter cedentem agentem contra debitorem ceſſum,& ipſum debitorem volentem illum excludere, quia tunc interueniente vno ex illis tribus requiſitis,cedens agere non poteſt, ſed non ex hoc
3 infertur; quod ſi cedens vult agere de conſenſu ceſsionarij, & ad ſui commodum,quod non poſsit,quia hoc nulla lege cauetur: immò ſi cedens hypothecam tantum agit actione perſo-
4 nali, & exigit; & ex hypothecaria eſt effecta inutilis, & tenetur reſtituere ceſsionario prædicto omne,quod exegit, vt tradit Bar. in d. l. fideiuſſ. obliga.& aliàs fuit deciſum in eodẽ S. C. ſup. in deciſione 35.

5 Ex quo infertur, quod multò magis poſſet agere de cõſenſu ceſsionarij ad ſui commodum. Præterea, ad hoc vt per actionem perſonalem intentatam

extin-

Digitized by Google

extinguatur hipotecaria,non ſufficit,q̃ intentetur,& non exigatur, ſed eſt neceſſe, quod ſit vtilis, & efficax, & hoc colligitur ex theorica prædicta Bar.cũ dicit,quod ceſſio hypothecaria ſine personali fieri poteſt,ſed poteſt eſſe caſus,quod ſit ſine effectu,quando cedẽs egiſſet,& non exegiſſet,& ſic fuit iudicatum contra dominum Theſaurarium die 11.Februarij 1569.Act.Io.Portius.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Actio perſonalis, vel hipotecaria, an ſint in bonis primi Creditoris cedentis.*
2 *Actiones ſunt affixę oſſibus noſtris.*
3 *Actio omnis cedi poteſt.*
4 *Actiones,& Iura in ceſſionarios transferuntur,quæ erant penes cedentem.*
5 *Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius cedentis.*
6 *Actione perſonali ceſſa, cenſetur quoq; actio hypotecaria ceſſa.*
7 *Hypotecaria acceſſoria eſt ad perſonalem actionem.*
8 *Hypotecaria cedi poteſt iunctim cum perſonali,& ſine ea.*
9 *Ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis.*
10 *Ceſſionarius dicitur procurator in rem propriam.*
11 *Ceſſionarius agere non prohibetur contra debitorem ceſſum.*
12 *Ceſſionarius ſi excludatur ex facto cedentis, habebit regreſſum contra cedentem.*
13 *Aſſenſus requiritur in feudalium ceſſione.*
14 *Actio perſonalis ceſſa, ſi extinguatur, non tamen actio hypotecaria extincta cenſetur.*
15 *Cedens poſt ceſſionem agere non poterit, quando tamen in locũ ſuum ceſſionarium poſuerit,quod limitatur quando adeſſet conſenſus ceſſionarij nu. 16.*

RESoluitur caſus in hac deciſione,vt cedens non prohibeatur agere contra debitorẽ ceſſum,quãuis Ceſſionarius prius egiſſet,& ſuccubuiſſet ex defectu regij aſſenſus reſpectu feudalium eſt quam veriſſimũ,
1 quod actio perſonalis, vel hypotecaria ſint in bonis primi creditoris cedẽtis,Camill. de Medic.conſ.165.nu.8.& eius oſſibus omnia
2 iura ſunt affixa,Oſaſc.dec.61.nu.4. ſed quia
3 omnis actio cedi poteſt,Amatus deciſ. Ferrar.6.nu.33.Idcirco omnia iura,& actiones,
4 quæ erant penes cedentem in ceſſionarium transferuntur ex multis probat Iacob.Gallus conſ.61.nu 2.etenim talis ceſſio operatur,vt in ceſſionarium transferantur omnia iura,quæ erant apud cedentem,Merlin.dec. Lucenſ.48.nu.5. & conſequenter ceſſiona-
5 rius ſuccedit in vniuerſum ius cedentis,Intrigl.dec.1.n.24.& in eius iura vniuerſa ſuccedit,idem dec.8.nu.10.Merlin.ibid.nu.3.& 4.Muta dec. Sicil.14 nu.8. latius Franc.Coſta conſ.35.n.16.& ſeq. quapropter ceſſa perſonali actione, cẽſetur ẽt ceſſa actio hy-
6 potecaria,quæ competit cedenti,gloſ.in l.ſi pignori verſ.contra ff.famil.erciſc.cum alijs citatis per Reg. Lanar.conſ.87.nu.2. ex eo
7 quia eſt acceſſoria hypotecaria ad perſonalem actionem,Franc. Balduin. in tract. de pignor.cap.8. Franch.dec.581.n.2.ſic etiam
8 hypotecaria cedi poteſt nedum iunctim,ſed ſine principali actione,Neguſ. de pign. p. 3. memb.1.ſub n.14.& p.6.memb.2.nu.5.quo
9 fit,vt ceſſionarius ſuccedens in locum cedẽtis,cenſetur eadem perſona,Amat. dec.Ferrar.16.n.1.Intrigl.d.dec.8 n.10.nam dicitur
10 etiam procurator in rem propriam,idem in eadem dec.n.11.& propterea agere non
11 prohibetur contra debitorem ceſſum,ita Cornaz.dec. Lucenſ.10.num 1. in tantum, quod ſi excluderetur ex facto cedentis,haberet contra eũ regreſſum, vt probat Marilian.dec.Ianuæ 2.n.4. & 5. vt exẽplo iſtius deciſionis probatur de ceſſione facta ſine
13 aſſenſu in feudalibus,qui requiritur, Lanar. conſ.82.nu.1.quare ex ijs inferebatur,quod
14 licet fuiſſet extincta actio perſonalis ceſſa contra primam debitricem,non per hoc hypotecaria cẽſebatur extincta contra alium conuentum ex ijs, quæ tradit Neguſant. in d.p.6.memb.2. n.5. & ſucceſſiuè licet cedẽs
15 poſt ceſſionem agere non poterit, quando poneret in locum ſuũ ceſſionarium, Ioſeph Ludou.in ſuis concluſ.Rub.de ceſſion.concluſ.vnica in fine verſ.declara 13. accedente tamen conſenſu ceſſionarij nõ prohibetur, alias ſecus eſſet ceſſante tali conſenſu,niſi
16 interuenerit vnum de tribus requiſitis in l. 3.C.de nouat.vt late Oſaſc.dec.61. & 44. cũ alijs adductis ibidẽ per eundem Ioſeph.Ludou.firmãdo concluſionem illã,potuiſſe cedentem contra debitorem ceſſum pro conſequendo eius credito exercere actionem directam penes eum remanſam infixam oſſibus ipſius,niſi interuenerit vnum ex tribus vt ſupra notatis, quę ceſſabant in caſu hic enarrato,ex quibus iuſtificatur deciſio ipſa.

Thoro.



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe, ſeù pretium quantiplurimi debetur à tempore moræ.*

2 *Intereſſe quantiplurimi debetur circa ipſam rem.*

3 *Intereſſe quantiplurimi officio Iudicis mercennarij debetur.*

4 *Iudicis officio debita, lata ſententia peti non poſſunt.*

5 *Opinio vltimo loco recitata regulariter attenditur.*

6 *Intellectus ad legem quartam C. depoſ. verus traditur.*

## DECISIO XLIII.

1 INtereſſe, ſeù pretium quantiplurimi debetur à tempore moræ, l. vinum ff. ſi cer. pet. l. centum Capuæ, & l. quod ſi epheſi ff. de eo, quod certo loco.

Fuit tamē dubitatum in Camera in cauſa inter Epiſcopum Aſculi, & Principem eiuſdem Ciuitatis. An facta condemnatione per Cameram, quæ cōdemnauit Principē ad currus ſex frumenti pro annis ſex decurſis, in quibus erat debitor anno quolibet currū vnū.
2 An poſſet Epiſcopus petere intereſſe quātiplurimi, dubium faciebat, quia hoc intereſſe, vel extimatio licet debeatur circa ipſam rem, vt tradit Bar. in l. vnica C. de ſent. quæ pro eo quod
3 intereſt, tamen debetur Iudicis officio mercennarij, l. 3. §. nunc ff. eod.
4 de eo, quod certo loco, & ea, quæ debentur Iudicis officio lata ſententia ſuper principali non poſſunt peti, l. 4. C. depoſiti, Alber. in d. l. Vinum format quæſtionem in ſpecie, & dicit, quod Odoffredus fuit in opinione per rationem prædictam, quod peti non poteſt, ſequendo Guid. de Suzar. ſed quod Petrus tenuit opinionem in cōtrarium, quia hoc videtur intereſſe, quod eſt intra rem debitam, & videtur reſidere in hac opinione, poſtquam il-
5 lam ſecundo loco recitat, & non impugnat, idem ibi videtur dicere Paul. allegans Specul. in tit. de oblig. & ſolut.

Et confirmari poſſet, quia licet ex ſententia peti non poſſit, tamen poſſet agi prima actione ad rem, & intereſſe,
6 & ita intelligitur tex. in d. l. 4. quia per ſententiam nō eſt nouata prima actio, niſi ſequuta eſſet ſatisfactio, l. prima, & ibi notatis C. de Iud. glo. in d. l. 4. & licet Paul. de Caſtro ibi in vſuris dubitet, tamen intereſſe huiuſmodi indiſtinctè tenet poſſe iterato agi, idem in l. fundum Cornelianum de nouat. & delegat. Salic. poſt Alber. & Bald. vndè fui in voto, quod condemnatio ſequi poteſt, & ſic fuit concluſum.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe quantiplurimi, an debeatur ex mora rei non tradita, deciſiones referuntur.*

2 *Valor frumenti debiti in genere quantiplurimi perpetuò creſcit à die moræ, etiam vltra triennium, & quando non.*

1 COncluſio illa apud Doct. ventilata deciditur, ſi intereſſe quantiplurimi debeatur ex mora rei non traditę, de quo ſatis per Ozaſc. dec. Pedemont. 129. Ruginell. Pract. quęſt. cap. 20. nu. 9. Surd. dec. 267. nu. 7. & dec. 306. n. 7. Rota Genuę dec. 177. n. 4. Amat. dec. Anconit. 24. n. 17. & ita deciſū Genuę teſtatur Rota Genuæ dec. 211. ſimiliter Anconæ fatetur Amatus dec. Anconit. 24. nu. 13. Mantuæ Surdus dec. 81. Siciliæ Giurba dec. 114. Anton. de Amat. var. reſol. cap. 34. nu. 35. vltra Maſtrill. dec. 16. & Sabaudiæ pluries Anton. Faber in eius Codice tit. de vſuris in definit. 3. 9. & 10. Idcirco valor fru-
2 menti debiti in genere quantiplurimi creſcit perpetuò à die morę, etiam vltra triennium, Surd. dec. 8. nu. 5. ſecus ſi quis ſe obligauerit pro certa quantitate frumenti, tunc non præſtatur per eum, idem dec. 212. nu. 6. & de alijs pertinentibus ad materiam iſtam quantiplurimi, in quibus caſibus ceſſet, videatur Nouar. lib. 2. quæſt. foreñſ. q. 86.

Thoro.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Fundicus ſoluitur ab emptore.*
2 *Verbum, facta partita in Dohana, qualiter intelligatur.*
3 *Permittendum non eſt per indirectum, quod directè eſt prohibitum.*
4 *Dohana Neapolitana habet quandam praeheminentiam, quam non habent aliæ Dohanæ Regni.*
5 *Extrahentes pro Apothecis, tenentur ad ſolutionem fundici.*

## DECISIO XLIV.

1 FVndicus ſoluitur ab emptore tempore contractationis, vt dicit Ritus, Fuerat annis præteritis prouiſum per Regiam Cameram, quod ſi immittentes merces in fundicum Brunduſij volebant ipſimet illas extrahere pro illis vendendis in illorũ Apothecis, potuiſſent hoc facere, facta partita in Dohana, ſeù fundico.

2 Fuit dubitatum, quomodo intelligantur illa verba, facta partita, An ſ. quod ſoluere teneantur extrahentes ius fundici pro futuro emptore, prout eſt in Dohana Neapolis, fuit deciſum, quod intelligãtur de annotatione tantum, quia ſi intelligerentur de ſolutione fundici, reſultaret, quod extrahentes vendendo in apothecis, tantò carius venderent, & ſic Brunduſini emendo fundicum ſoluerent contra eorum immunitatem, & ideò non eſt
3 per indirectum permittendum, quod directè eſſet prohibitum, reg. cũ quod vna via de reg. iu. in 6. l. non dubium C. de leg. & licet aliter ſeruetur in
4 Dohana Neapolitana, hoc eſt ex quadam particulari preheminentia Dohanæ prædictæ, propter multitudinem Apothecarum, & exterorum ad eam confluentium, quod non eſt trahendũ ad exemplum, vulg. §. ſed quod Principi Inſtitut. de iur. nat. & tex. in l. 3. in fine, & ibi Docto. C. de leg.

Sed ego moui difficultatem, quod ſtãte deciſione prædicta infertur, quod exteri ementes in apothecis nõ ſoluerent fundicum, quem aliàs ſoluere tenentur, & ſecundum prædictam rationem tolerandum non eſſet, & ſi diceretur, quod Arrendator teneat vnum hominem in qualibet Apotheca, ſicut dicit Ritus, *A buon ladron buon guardator*
5 videretur ſatis durum, & ideo fuit prouiſum, quod extrahentes pro apothecis modo prædicto teneantur in caſu quo venderent exteris, & ſic ſubiectis ſolutioni fundici dare notitiam Arrendatori, vltra notitiam ſimiliter dandã per emptorem ſub pœna intercepti. Relator fuit Dominus de Sancta Cruce die 6. menſis Febrnarij 1566.

## ADDITIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius fundici ſunt grana 15. pro vntia, ius autem Dohanæ grana 18.*
2 *Ius Dohanæ ſpectat ad Regem.*
3 *Ius fundici ſoluitur pro ferro, azario, pice, ac alijs mercibus inductis in Dohanam.*
4 *Ius fundici cur ſoluatur, ratio affertur.*
5 *Ius fundici fuit noua gabella inducta à Federico Imperatore, nam antea non ſoluebatur.*
6 *Ius fundici ab emptore ſoluitur, ſiue eſſet ciuis, ſiue exterus.*
7 *Gabella impoſita emptori, an & quando venditorem comprehendat, ne per indirectum videatur fraudari.*
8 *Pragmatica Regis Ferd. I. de Vectigal. ponderantur.*
9 *Mercantias extrahentes ex Dohana vendẽdi cauſa, vel extrahendi, quod ius ſoluere debeant.*

DEciditur in hac deciſione, verbum illud, vulgo apud Dohanerios habitum, facta partita eſſe intelligendum, facta annotatione bonorum, & pro intelligentia omnium in eadem deciſione contentorum ſciẽdum eſt, aliud eſſe ius fundici, & aliud ius Dohanæ, nam ſunt diuerſa, quia ius fundici ſunt grana 15. pro vntia, ius Dohanæ grana
1 18. ex Affl. in Conſt. magiſtros fundicarios ſub n. 12. tradit Camp. in cap. vt illorum nu. 23. & nedum tale ius Dohanæ ſpectat ad
2 Regem, Franc. dec. 397. nu. 7. quam etiam prædictũ ius fundici, qui ſoluitur pro ferro, azario,

Digitized by Google

3 azario, pice, & alijs mercibus inductis in Dohanam, vt ex d. Affl. ibidem Camp. notat
4 præter quam de victualibus, etenim hoc ius fundici ſoluitur eo quia merces ibi inductæ ſunt in domo regia ob cuſtodiam, & conſeruationem ipſarum rerum, & ſic fuit noua
5 Gabella tempore Federici Imperatoris introducta, nam antea non ſoluebatur, & de multis rebus non ſoluitur, vt inquit Affl. in Rub. de offic. mag. fundic. quod ſiquidem ius
6 ab emptore ſoluitur, vt hic auctor notat, ſiue eſset ciues, ſiue exteri, ſicut ibidem Affl. in d. Rub. notat, & melius Batius in Addit. ad eundem in d. Conſt. lit. B. eapropter extrahentes merces à fundicis tenetur facere partitam, hoc eſt annotationem bonorum ipſorum non tamen ſolutionem, eo quod tanto carius extrahentes venderent in apothecis ſoluendo fundicum contra eorum
7 immunitatem, dum emptores ſoluere tenentur, & ita Gabella impoſita emptori, an & quando comprehendat venditorem, ne videatur per indirectum immunis fraudari probat Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 390. per totum, de quo ſatis loquutus fui in cõtingentia facti in meo voto. . . quamquam hoc ſeruari non videatur in Dohana Neap. ex cauſa hic expreſſa, & reſpectu alterius deciſionis inferius traditæ, non procedit reſpectu iuris Dohanæ, ex quo ſunt
8 duę pragmaticę Regis Ferd. & per vnam ipſarum ſtatuitur, vt non exigatur aliquid per Dohanerios Neap. ab extrahẽtibus res emptas in apothecis d. Ciuitatis, q̃ eſt prag. 1. de Vectigal. & altera, per quam ſtatuitur,
9 quod deferentes mercantias ſolutis granis ſex per vntiam extrahere poſſint mercantias ad libitum per mare tantum, de quibus memor eſt Camp. eodem loco citato, & per aliam prag. eiuſdem Regis fuit etiam ſtatutum, quod volentes extrahere à Dohana vendendi cauſa merces Auerſæ, Capuæ, Summæ, Cauæ, S. Seuerini, Salerni, ac alijs locis, quod teneãtur ſoluere dirictus, ac ſi vẽditio fieret in Dohana integros, & ꝑ mercibus in dictis locis venditis, & conductis Neap. exigi debent dirictus tam ab emptore, quam à vẽditore, de qua meminit Batius ibi lit. D. quod ſecus eſt in iure fundici.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſidua non exacta ſignificantur per Rationalem contra Perceptorem Prouintiæ.*
2 *Rationalis tenetur ſignificare ſecundum Cedularium.*

## DECISIO XLV.

1 RESidua non exacta ſignificantur per Rationalem contra Perceptorẽ Prouintiæ, cuius ordinationis occaſione fuit de duobus in Camera dubitatũ. Primò ſi Perceptor non poſuit in computum exegiſſe in aliqua Vniuerſitate, quia exhabitauerat, an Rationalis debeat ſignificare iuxta poſita, vel ſecundum Cedulariũ, in quo dicta Vniuerſitas erat taxata. Secundò, an ſi Perceptor ſuperexegit, talis ſuperexactio poſsit cum minori exactione fortè facta compenſari. Et circa primũ dixi, quod aut talis ſuperexactio Rationalis errabat, ſi non ſignificabat ſecundum Cedularium, vel ſi dubitaſſet, & debebat proponere Cameræ, & ab ea ordinem recipere, & in hoc conuenerunt omnes Domini.

Circa ſecundum dixi, quod aut talis ſuperexactio plurium impoſitionũ eſt facta in vna, eademq; tanda, & tunc quia Vniuerſitas nullum grauamen recepit, ſi plus ſoluit in vna, quia tantundem minus ſoluit in alia, non teneatur Perceptor prędictus, aut maior exactio in vna impoſitione eſt facta reſpectu vnius tandæ præcedentis, & diminuta exactio eſt facta reſpectu tandæ ſequentis in alia impoſitione, & tunc quia iam Perceptor faciendo primam ſuperexactionem Vniuerſitatem grauauerat, ſicut poſtea in ſequenti tanda in alia impoſitione minorem exactionem fecit, non propterea Perceptor ipſe excuſabitur, quia in Regiæ Cameræ inſtructionum pęnas incidit, & ſecundum hanc diſtintionem omnes Domini mei conuenerunt, quod in quęſtione, de qua agebatur Perceptor condemna-

demnaretur,prout aliàs in eadē Regia Camera prouidit in compotu Perceptoris Baſilicatæ,ſeptimo Februa.1566. exiſtente Relatore Magnifico Anello Candido.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Perceptores inexacta pro exactis, & inſoluta pro ſolutis ponere prohibentur.*
2 *Rationales R. C. in viſione computorum debent dubia referre eidem R. C.*

1 Circa primum dubium hic poſitum, ex quo Perceptor nō poſuerat compotum exegiſſe ab aliqua Vniuerſitate, forte quia exhabitauerat, & diſpoſitum per Reg. prag.37.de offic.procur. Cæſ. inexacta pro exactis, & inſoluta pro ſolutis non debere poni,& ex hoc excuſandus veniebat, ſed quantū ad Rationales, quod eius computa videre debēt,dum aliquod dubium verſatur
2 debent Regiæ Cameræ illud referre, vt in prag.8.§.4.& prag 35.§.2.eo.tit.Quoad ſecundum caput hic relatum videnda ſunt relata ſupra in deciſ.18. vbi de conſimili caſu agitur.

Thoro.

### *SVMMARIVM.*

1 *Electio mala eſt in culpa.*
2 *Culpa alicuius nemini debet eſſe nociua, ſed culpoſo.*
3 *Culpoſus etiam tenetur de caſu fortuito aduueniente.*

## DECISIO XLVI.

FVit dubitatum in Collaterali Conſilio, ſi mandatum primū in apoca Banco directa, quod ſoluatur certa quantitas alicui eſt verum, girata tamen in eadem apoca alteri facta,quod .ſ. alteri ſumma prædicta ſoluatur ſit falſa, An hoc caſu pro Bancherio ſit iudicandum, & fuit pro Bancherio iudicatū die 19.Maij 1580. Conſiderando qualitates, quæ in facto præſenti interuenerunt: nam mandatum in apoca Banco directa, quod ſolueret duc.1300.Domino Marchioni Lauri,in cuius perſona iſte caſus acciderat erat verum,girata tamen in eadem apoca facta per Marchionem cuidam eius Secretario erat falſa, & ideo ſufficiebat Banco primum mandatum verum inſpicere, & imputandū erat illi, cui apoca prædicta fuerat cōſignata,qui illam benè cuſtodire tenebatur,vt deponunt teſtes de conſuetudine,& quia aliàs erat quaſi commercium tollere,ſi Bancherij etiam propter iſtas giratas ſcriptas in calce apocę veræ tenerentur.

Sed ꝙ magis fuit in conſideratione erat vnum,quod dictus Marchio poſtquam apoca prædicta fuit per Bancum acceptata tempore ſtatuto ſoluēda,illam Secretario conſignauit, & ſic ei faciendi giratam falſam commoditatem præbuit, vndè eligendo talem, ipſi Marchioni imputandum eſt,quia
1 mala electio eſt in culpa, l. ſi ſoluturus ff.de ſol.Secundò,quia dictus Marchio non ignorabat Secretarium prædictū aliàs eius manū falſificare in Banchis, & pecuniam exigere fuiſſe ſolitum,vndè eum ad eius ſeruitia retinendo, & quod peius ei (vt dixi) apocam prædictam conſignando eſſet in grauiori cul
2 pa,& eius culpa nemini debet eſſe dānoſa, ſed culpoſo damnum afferri debet,arg. l. Sancimus C. de pœn. hinc dicitur, ꝙ culpa obnoxius tenetur ēt
3 de caſu fortuito aduenīete, & per Aduocatos Magnificorum Compoſtæ, & Sociorum ponderabatur tex. in l. ſi ſeruus communis §. & ſicut ff. de fur. iuncta doctrina Bar.in l. quod nerua num.3.ff.depoſiti,concurrit ex aduerſo maxima bona fides Banci prædicti, quod dùm Secretario prædicto fidem adhibuit,ad id ſumma cū ratione motum ſe docuit,pluries.n.idem Secretarius apocas veras proprię manus Marchionis ſubſcriptione munitas adduxerat, vndè non eſt mirum, ſi Bāchum apocam hanc, de qua nunc agitur verā

ſimiliter

Digitized by Google

ſimiliter eſſe credit. Concurrebat etiã vnum non modicæ conſiderationis; nam Secretarius ille tum apocarum,& literarum,tum & dicti Marchionis ſingularum ſcripturarũ curam ſuſtinebat, vndè ſuccedit diſpoſitio tex. quem ad hoc in argumentum ponderabam in l. argentum ff. commod. quapropter ſi Marchio in graui culpa fuit, Bancherij verò in maxima, & exuberanti bona fide, Bancherios condemnare iniquum equidem eſſet. Quare fuit prouiſum,vt ſupra retuli.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Extenſio non fit in odioſis.*
2 *Poena mortis impoſita eſt accedentibus ad Bãchum cum apoca falſa.*
3 *Poena mortis impoſita accedentibus ad Banchum cum apoca falſa,etiam ad giratam falſam extenditur ex lege particulari Regni.*
4 *Actio legitimi depoſiti,licet irregularis oritur ex ſola confeſſione Bancherij.*
5 *Bancherij tenentur actione depoſiti.*
6 *Depoſitarius an liberetur, ſi facto depoſito penès aliquem, & conuentum eſſet reddi illud cuicumque portanti literas deponentis, & quid ſi fuiſſent falſæ.nu.7.*
8 *Cautela pro Bancherijs aſſertur pro conſeruatione literarum tranſmiſſarum.*
9 *Bancherius an teneatur pro falſis apocis præſentatis,& cur,deciſio refertur.*
10 *Falſitas in girata,an Bncherio, vel principali nocere debeat.*
11 *Falſum dici non poteſt id quod habet aliquid veritatis admixtum.*
12 *Soluens procuratori falſo an liberetur.*
13 *Bancherius ob giratam falſam factã in depoſito,an teneatur, deciſio aſſertur.*
14 *Sigillum quis non tenetur recognoſcere,quando probaret per alium interpoſitum, quia illud prodiderat.*
15 *Solutio fieri debet coram creditore,& illi conſignari Chirographum,aut penès Notariũ deponi pecunia.*
16 *Giratarius apocæ banchalis, an agat contra debitorem vigore pragmaticæ.*
17 *Cedens ceſſionarium in ſui locum reponit,& dominium transfert in eum.*
18 *Cedens,& ceſſionarius pro vna perſona reputantur.*
19 *Ceſſionarius creditor appellatur.*
20 *Ceſſionarius agere non prohibetur contra debitorem,& contra auctorem ſui auctoris.*
21 *Ceſſionarius an via executiua agere poſſit,referuntur opiniones cum deciſionibus.*
22 *Procurator conſtitutus in rem propriam poterit obligationes incuſare.*
23 *Actiones vtiles in ceſſionarium transferuntur,ſed directę penès cedentem.*
24 *Ceſſionarius quando in omnibus repreſentat perſonam cedentis.*
25 *Ceſſionarius ex ſui perſona habet vtiles actiones,exercitium autem directarum ex perſona cedentis.*
26 *Ceſſionarius quando via executiua agta.*
27 *Ceſſionarius agere non poteſt via executiua, niſi ſeruatis ijs, quæ ſeruare debebat cedens.*
28 *Ceſſio ſimplex diuerſa eſt à ceſſione actionum.*
29 *Creditor agit vt debitor,ſi agat contra ſuum debitorem,& eſt nouus modus agendi.*
30 *Conditio appoſita in girata apocæ, quod ſi illi non ſoluerent ſe offert girans ſoluere,an in ſubſidium teneatur, deciſio aſſertur.*
31 *Ceſſionarius in ſubſidium agit contra cedentem.*

Comperitur ab iſta deciſione, quod Bancherii non tenentur ob giratam falſam in apoca bancharia factam, & ita reſolutum ſic audiui intrepidè ſeruari, & caſus accidit in Bancho Montis Pietatis Neap.nam & ſi Bancherius pro apoca falſa confecta tenetur de ſuo ſoluere, poſtquam aſtringitur creditorum ſcripturam veram agnoſcere,ſi eorum manu eſſent ſubſcriptæ, & ſuo riſico, atque periculo hoc cedere debet,prout in praxi receptum eſt, eos teneri pro apocis falſis, non tamen pro giratis falſis, hoc idem admicti deberet, cũ ſit hoc
1 ſtricti iuris,& in odioſis non debet fieri extenſio de ſimilibus ad ſimilia, cap.odia de regul.iur.in 6.quod eſt adeò verum;nam & ſi pro acceſſu ad Banchum cum apoca falſa puniri debet pœna vltimi ſupplicii, ex di-
2 ſpoſitione pragmat.5. de falſ. quam ſectatur Muſcat.in prax.crimin. tit.de falſ.num. 49. fuit dubitatum, ſi etiam talis pœna
3 locum vendicaret reſpectu giratæ falſæ, ſed quia ipſa pragmatica erat pęnalis,& odioſa neceſsè fuit, vt alia ſpecialis de hoc promulgaretur, vt locum haberet talis pœna

vt in

vt in pragm. 10.eiuſdem tituli;ſed ratio po
tiſſima eſt,quare pro girata Banchum non
tenetur,ea eſſe oſtenditur, ſed tantum in
prima apoca,nam etſi Bancherij noſtri tē
poris verè non ſint depoſitarij,tamen ex le
ge contractus,electo Banco publico ex ſo-
4 la confeſſione pecuniarum Bācherii,adiun-
cta Iudicis auctoritate, & creditoris recu-
ſatione oritur actio legitimi depoſiti, & ſi
irregularis,Reg.de Pon.conſ.56.nu.3.& 4.
par.1.Intriglio.deciſ.Sicil.1.num.15.& 16.
Giurb.dec.98.num.3. & conſequenter ipſi
5 ex receptione pecuniarum in eorum Ban-
cis,& ex vi fideiuſſionis tenentur actione
depoſiti,Muta in pragm.Sicil.tit.73.nu.52
6 quo fit,vt ſi depoſui penès te pecuniam,&
ſtipulatus ſum reddi cuicumque portanti
literas meas, ſi vnus portaret literas meas
ſi ei reſtituatur, depoſitarius liberaretur,
Carroc.in tract.de depoſito par.1. rubr. ſi
vnus ex hæredibus num.13. & vltra eum
Ioſeph Lodou.in ſuis concluſ. tit. de man-
dato concluſ.2.in fi.ſi tamen literæ fuiſſent
7 falſæ,ipſi depoſitario aſcriberetur, nam
prout ibidem ex Boer.deciſ.281.colu.6. &
num.6. notat ibi Carroc.nu.14. quod cau-
8 tius erit, vt depoſitarius, & quilibet debi-
tor conſeruet literas tranſmiſſas, & faciat
legitimè regiſtrari mandatum &c.nam hoc
ipſi incumbit ſolutionem legitimam face-
re, ſic & in Banchetio hoc erit aſcriben-
dum,qui tenetur ſcire ſubſcriptionem ma-
nus creditoris, & cautè agere, vt ſoluat
pecuniam, & ſic in terminis deciſum Ro-
mæ teſtatur Farinac. deciſ.crim.76.par.2.
9 de Bancherio ſoluente falſo nūtio cum fal
ſis mādatis, vt teneatur ad ſolutionem de-
poſitanti,in falſitate autem commiſſa in gi
rata,quamuis in ſe delictum ſit, & condi-
gna pęna animaduertendum,de quo ſpeci-
ficè loquitur Farinac. titul.de falſit. q.150.
10 num.350. in eo, qui alienam apocam,ſeu
chirographum falſificat,non enim hoc affi-
cere debet Bancherio; ſed principali cre-
ditori facienti apocam veram alicui, qui
videtur ab eo approbatus,& dum primor
dium veritatis in ſe continere videatur,ſuc
11 cedit,vt falſitatis crimen ceſſare debeat,eo
quod falſum dici non poteſt,id quod habet
aliquid veritatis admixtum, Gramm.conſ.
30.num.14.& conſ.33.num.13. quo circa
ſoluens procuratori falſo liberatur, quan-
do ſic ſoluens habuit iuſtam cauſam cre-
12 dendi illum non eſſe falſum procuratorem
ex quo vtebatur dominus eius opera in ſi-
milibus negotiis,vt firmat idē Farin.nu.2.
quod facit ad corroborationem huiuſmo-
di deciſionis,quæ limitatur non procedere
in girata facta in fide depoſiti, prout fuit
deciſum in Collater.Conſil. ad relationem
13 S.C. contra Pandectarium Banci Spiritus
Sancti huius Ciuitatis, & ratio diuerſitatis
eſſe poterit illa, ex quo fides depoſiti con-
tingi poſſit amicti,vel furari, & inuito do-
mino ſit girata, & conſequenter ignoran-
tia in eo præſumatur,ideo ei non debet dā-
num afficere, prout in ſimili ex Aufrer. de-
ciſum refert Rebuff.ad Conſt. Galliæ to.1.
tit.de chirograf. in præfat. num.62. quod
14 quis non tenetur recognoſcere ſigillum,
quando probaret per alium interpoſitum,
quia illud prodiderat, ſecus in apoca facta
alicui,quando tunc ſcientia facientis apo-
cam interuenerit, & facilius debet cauſa
fideli homini conſignare,aliàs contra Ban-
cherios in infinitum teneretur pro falſis gi
ratis,licet poſſit militare eadem ratio amiſ
ſionis, vel furti in apoca, ex quo ipſę fie-
ri ſolent in præſentia creditorum, ſi prius
facta fuerit, & caſus amiſſionis euenerit,
15 vel furti ſibi erit imputandum, nam fieri
debuerat coram creditore,& illi conſigna-
ri,aut deponi penès Notarium, quia tunc
ſolutionem operaretur, Giurb.dec.38.nu.
10. Infertur ex hoc ad aliam altercationē
16 pluries in iſtis Tribunalibus occurſam, &
in dies occurrit, licet diuerſimodè iudica-
tum per M.C. an giratarius apocæ poſſit
principalem debitorem conuenire vigore
Regiæ Pragmaticæ de apocis ſituata in ru-
bric.de offic.Procur.Cæſar.pragm.64.§.6.
quæ habet executionem paratam executi-
uam, ita vt nō poſſit audiri,niſi in vinculis,
vel facto prius depoſito, & per ea quę au-
diui relatum,eſt hoc ſanè intelligendum eſ
ſe iuxta terminos ceſſionis iurium, etenim
17 cedens actiones, ceſſionarium in ſuum lo-
cum reponere dicitur, & dominium tranſ-
ferre,Menoc.de præſumpt.lib.3.præſump.
6.num.92.Monach.deciſ.Lucenſ.32.nu.12
& 13.Muta dec.14.num.8.Intriglio.dec.1.
num.24 & ſeq.& conſequenter dum in lo-
18 cum cedentis ſuccedit,eiuſq. perſonam re
præſentat, & pro vna perſona reputatur,
idem Monac. deciſ.Bonon.19. latè Graſſ.
de except.in prælud. num.18. ſubſequitur
19 quod ceſſionarius pariter creditor appel-
latur, Cartar.dec.63.num.3.Intrigl.dec.8.
num.12.Graſſ.vbi ſupra num.182. & ſuc-
20 ceſſiuè vti creditor agere ex iure ſibi ceſſo
non prohibetur, probat Cornazan. deciſ.
Lucen.10.nu.5. & potiſſimum agere con-
tra

Digitized by Google

tra auctorem auctoris ſui, Gratian. deciſ. March.13.num.37.ſed quæſtionis eſt,quanam actione experiri debet,cùm vt locum habeat diſpoſitio ipſius pragmaticæ,exigitur actio directa inter debitorem,& creditorem,non aũt vtilis, poſtquam in eadem pragmatica ſancitur,debitores vigore apocæ audiri non debere, niſi in vinculis,vel facto depoſito,ac ſi eſſet inſtrumentum liquidatum, ſeu obligatio penès acta ſtipulata, ſi enim ageretur via executiua vigore inſtrumenti, & in hoc caſu aliàs difficultari cõtingit,ſi ceſſionarius poſſit via executiua

21 agere,& Afflict.in conſt. eos qui ſcienter in 10.quæſt.tenet,quod non poſſit,eum ſequutus eſt Troyſ.in rit.166.num.8. & in ritu 282.num.2.per rationem illam,ex quo non fuit ſtipulatum inſtrumẽtum de facie ad faciem,& ſic directè, & licet ipſe videatur contrarium tenere,eum ſequitur Vrſil. dec.64.num.8. adhuc tamen ab opinione Afflicti non erit recedẽdum, quam omnes ſectantur,Franch.dec.353.nu.1. cum aliis per me relatis in vot. . . . . ſicq; in praxi receptum eſt,ambos interuenire debere in liquidatione.ſ.cedentem,& ceſſionarium, de qua praxi teſtatur Scagl.in ritu 163.nu. 21. quem ſequutus eſt Maſull. ad Capyc. dec.51.num 12. vltra Reg. Rouit.de inſtru. liquid num. 10. & hoc potiſſimum quando ceſſionarius fuerit in rem propriã procurator conſtitutus à cedente , vt dicam infra, propter exercitium directarũ actionum, pariterq; in incuſatione obligationis nemo admictitur,niſi principalis creditor,

22 & conſequenter ceſſionarius nullatenus admicteretur,niſ. fuerit conſtitutus procurator in rem propriam, iuxta opinionem Caraui.in rit.286.nu.8. quem ſequutus eſt Galter.in prax.inſtr.p.2. ſecund.partis nu. 25. quæ in praxi recepta non videntur, ſic pariter in ceſſionario erit dicendum, etenim vigore ceſſionis vtiles cenſentur tranſlatæ in ceſſionarium, & directę remanent

23 penitus inanes penès cedentem,Barz.dec. Bonon.26. num.7. Quapropter vt poſſit ceſſionarius exercitio directarum vti,neceſſè erit in ceſſionis inſtrumento, quod ſint appoſitæ clauſulæ pugnantes , in ſpecie

24 autem clauſula ponens eundem in vniuerſum ius,locum,& priuilegium ſuum,conſtituensq. procuratorem irreuocabilem,& in rem propriam,& tunc ceſſionarius reduceretur per omnia ad inſtar cedentis , idem Barz.dec.56.nu.39.& 41.& dec.70.nu.28.

25 nam haberet vtiles ex ſui perſona,& directarum exercitium ex perſona cedentis,vt eius procurator, Manent.conſ.129.nu.34.

26 & tunc via executiua vti poterit,vt quoq; nouiſſimè firmat Cartar. deciſ.Genuæ 61 num.1.& 2.ſequitur Merlin.deciſ.Lucenſ. 48.num.7.etenim ceſſionarius agere non

27 poteſt via executiua,niſi ſeruatis his, quæ ſeruare debebat cedens, Seraphi.dec.512. num. 2. quæ ſiquidem omnia concurrere non videntur in ſimplici girata apocæ, ſic diuerſa eſt ceſſio ſimplex,quã ceſſio actionum, vt probat Oſaſch.dec.61.num.7. &

28 diuerſos effectus operari debet in modo agendi,totaliter tutius erit , vt giratarius

29 girantem compellat ad agendum,per ea quæ in ſimili probat Franch. dec. 41. nam iſte modus agendi, ago vt agas eſt nouus, Gratia.cap.62.num.48. aut inſimul agant, vt pragmatica ſibi locum vendicet , quæ omnia erint excogitanda in occurrenti caſu ſimili, quem adhuc tactum non vidi, &

30 quid ſi in girata fuerit dictum , *& per me le pagarete al tale, & ſe li tali, & tali non pagheranno,le pagharò io,* deciſum fuit in ſubſidium teneri, Regens Tapia ſuper dictam

31 pragmaticam 64.ſicuti ceſſionarius in ſubſidium agit contra cedentem , Gratianus dicta deciſ. 13.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pactum de vendendo feudum ſine aſſenſu nõ valet.*
2 *Declaratio partium interueniſſe aſſenſum,an probet.*
3 *Pactum de vendendo,an det actionem ad intereſſe.*
4 *Verba legis ſemper cum miniſterio aliquid operandi debent intelligi.*
5 *Alienationis, verbum, quoſcumque contractus comprehendit, vbi alienatio ſimpliciter eſt probibita.*
6 *Alienatione probibita, & hypotheca cenſetur probibita.*
7 *Dictio ,ſeù, diſiungit.*
8 *Stipulatio pœnalis conſiſtens in dari, non exigitur niſi quatenus cum intereſſe concurrat, ſecus ſi conſiſtat in fieri.*

## DECIS. XLVII.

IN cauſa inter Ill. Principem Biſinianí,& Illuſtr. Duciſſam Atripaldæ de tribus principaliter fuit dubitatum. Pri-

Digitized by Google

Primò, an pactum de vendendo feu-
1 dum valeat ſine aſſenſu. Secundò, an declaratio partium interueniſſe aſſenſum probet. Tertiò, an pactum de vendendo det actionem ad intereſſe.

Quod pactũ de vendendo nõ valeat ſine aſſenſu eſt clarum, & partes non contendunt. Quod dicta declaratio
2 partium non probet in iſto caſu, eſt indubitatum, non ſolum quia eſt ſuper actu, quem partes non valent facere, ſed eſſet aſſertio in præiudicium Regis, quod fieri non poteſt.

Ad punctum verò, an teneatur ad
3 intereſſe, omiſſis authoritatibus Doctorum, & cumulatis per Frecc. in 2. lib. ſubfeud. in 2. lim. ad Conſt. Diuæ memoriæ nu. 28. & per Minad. in conſ. 29. dicebam non teneri.

Adde pro hac opinione Franch. deciſ. 48. quidquid dicat Vrſil. dec. 240. nu. 18. & inter alia ponderabam verba tex. in Conſt. diuæ memoriæ in tribus locis: Primò dicit Conſtitutio prædicta, *Decernimus omnes alienationes, ſeu quoſcumque contractus ſuper feudis minuendis, vel commutandis, nullam omninò firmitatem habere, niſi de ſpeciali noſtra celſitudinis licentia confirmetur.*

4 Verba legis ſemper cum miniſterio aliquid operandi intelligi debent, vulg. iur. dum dicit, *omnes alienationes,*
5 comprehendit venditiones, permutationes, in ſolutum dationes, dotationes, donationes, conceſſiones in feudum, cenſus, emphyteuſim, legata, &
6 hypothecas, quia prohibita alienatione prohibetur hypotheca, l. fin. C. de reb. alien. non alien. Bar. in l. in quorum ff. de pign.

Sequitur poſtea, *ſeu quoſcumque con-*
7 *tractus*, illa dictio, *ſeu*, diſiungit ex theorica Bar. in l. cum quidam C. de verb. & rer. ſign. & ſic debet intelligi de alijs contractibus vltra prædictos.

*Super feudis minuendis*, hoc includit ſi imponitur onus, vel ſeruitus; demum dicit, *commutandis*, non poteſt intelligi niſi de promiſſionibus de vendendo, quia iſti ſunt contractus ſuper commutandis de vna perſona in aliam, & quia omnes aliorum contractuũ ſpecies iam erant comprehenſę, ex hac prohibitione contractus non põt oriri obligatio ad intereſſe, quia eſt actus factus contra prohibitionem legis, vt colligi põt ex l. nõ dubium, iuncta glo. C. de legib. ibi, *nullum pactum*, glo. dicit, ad excipiendum, ibi *nullam conuentionem*, glo. dicit ad agendum, ibi *nullum contractum*, glo. dicit ad vltro, citroque obligandum valere, legere etiam in eadem lege ſufficere legiſlatori prohibere actum, quia omnia quæ contra prohibitionem facta, ſunt inutilia, & pro infectis cenſeri debeant.

Et patet ad ſenſum, quia ſi nullam omninò firmitatem habent, vtiq; ſi teneretur ad intereſſe, omnem omninò firmitatem, & vtilitatem contineret, & ſic contra iura prædicta, quod & eo fortius procedit ponderando dictionem illam *omninò*, quæ illud idem operatur, quod dictio, *ipſo iure*, hinc DD. dictionem illam pręciſam reputant, pro quo allegari ſolet Gemin. in cap. ſi quis preſbyter 8. q. 1. poſt glo. in clem. 1. de vita, & hon. cler.

Secundò, Conſtitutio ponderatur,
8 ibi, *Et non ſtipulationem pœnalem nullius eſſe momenti*, de iure ſtipulatio pœnalis conſiſtens in dari, nõ exigitur niſi quatenus cum intereſſe concurrat, ſecus ſi conſiſtat in fieri, materia eſt in cap. cũ dilecti extra de arb. ſed de ſtylo, qui pro lege ſeruatur, ſemper exigitur, quatenus cum intereſſe concurrit, Affl. in dec. 135. ſi nullius eſt momenti ex prædictis, ergo excluſa eſt petitio intereſſe.

Tertiò, eadem Conſtitutio ponderatur ibi, *Contrahentibus, & alienantibus concedimus facultatem iure proprio*, prædicta omnia reuocari Legiſlator voluit, non ſolum loqui de alienatoribus, ſed de contrahentibus, vt omnes includeret,



Digitized by Google

ret ; Dum verò poſtea ſequitur, ibi, *Prædicta omnia intellexit de promiſſione de vendendo*, & ſic promiſſionem prædictam voluit includere, ſi reuocando ſolueret intereſſe, pateretur pœnam pro actu facto à lege permictête, quod eſſe non debet, vulg. l. Graccus de adult.

Tandèm omnibus rectè diſcuſſis, & ponderatis. die 5. Iunij 1581. coram Illuſtriſſimo D. Ioanne Zunica Vicerege Ampliſſimo, fuit per Sacrum Conſilium Collaterale deciſum, pactum de vendendo ſine aſſenſu non valere, neque ex eo poſſe agi ad intereſſe, ob inobſeruantiam, Commiſſ. D. Vincentius de Franchis.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de vendendo feudum, an requirat aſſenſum.*

2 *Deciſio S.C. affertur, teneri hæredem ad intereſſe ob non impletam promiſſionem vendendi feudum.*

3 *Reuocatio vigore Conſtitutionis Regni cõſtitutionem, an locum habeat in promiſſione de vendendo feudum.*

4 *Promictens non alienare, an in caſu contrauentionis teneatur ad intereſſe.*

1 QVod pactum, ſeu promiſſio de vendendo feudum requirat Regium aſſenſum, ex Afſl. probat Ann. in alleg. 125. nu. 13. nec propterea valida iudicetur promiſſio abſq; aſſenſu, ſicuti in præcedenti nu. 12. probauit, & melius rem ipſam attingit, ſi aſſenſus requiratur in promiſſione vendendi feudum, Reg. de Pont. conſ. 85. & 86. vol. 1. vbi præſertim nu. 19. cum ſeq. ſubſtinet, talem promiſ-
2 ſionem valere abſque aſſenſu ex rationibus ibi deductis, & quod fuit per S.C. iudicatum teneri hæredem ad intereſſe ob non impletã promiſſionem vendendi feudum, in cauſa Marci Antonij Rotæ, ex Anna in Conſt. conſtitutionem nu. 139. & 159. ſubdit nu. 37. ſequitur Conſil. Fab. Anna conſ. 75. num. 18. & 20. & quod promiſſio de vendendo feudum
3 ſubſtinetur, nec in ea locum habeat reuocatio vigore dictæ Conſtit. confirmat in conſ. 17. nu. 27. vol. 1. & an promictens nõ aliena-
4 re in caſu contrauentionis teneatur ad intereſſe, idem in conſ. 77. nu. 13. par. 2.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Grauatus poteſt duas quartas detrahere.*

2 *Trebellianica de iure antiquo prohiberi nõ poterat, licet iura allegata in falcidia procedere videantur, vt neque directè, nec indirectè prohiberi poſſit.*

3 *Falcidia expreſsè per teſtatorem prohiberi poteſt.*

4 *Iura de falcidia loquentia, etiam in trebellianica procedunt.*

5 *Opinio glo. in §. ſi verò expreſſim, auth. de hæred. & falcid. verior, & cõmunis eſt.*

6 *Leges promiſcuò vtuntur nomine falcidiæ, & trebellianicæ.*

7 *Tex. in d. § ſi verò penderatur, & qualiter procedat nu. 10.*

8 *Pater ſicut poteſt falcidiam prohibere, an etiam trebellianicam.*

9 *Trebellianica an prohiberi poſſit in filijs primi gradus, & qualiter.*

11 *Tex. in l. iubemus C. ad treb. qualiter procedat, & nu. 24.*

12 *Reſtitutio fideicommiſſi facienda extraneo, an prohibitionem trebellianicæ admittat, vel non, refertur cõmunis opinio.*

13 *Lex licet dura, erit ſeruanda.*

14 *Hæres vnicam quartam detrahebat, quã lex ciuilis falcidiam appellat, & in ea quarta debita iure naturæ imputabatur*

15 *Tex. in l. filium quem habentem C. famil. hercïſ. ponderatur.*

16 *Filius grauatus fideicommiſſo non iure trebellianicam tantum deducit, & hanc opinionem ſequuntur quamplures DD. ſi verò ſub conditione fuerit inſtitutus duas detrahit, & an vera ſit diſſeritur num. 17.*

18 *Tempore l. iubemus vnica quarta detrahebatur.*

19 *Legitima detrahitur à ſubſtantia bonorũ, & non de fructibus.*

20 *Fructus an imputentur in legitimam, opiniones hinc inde referuntur.*

21 Fru-

Digitized by Google

21 *Fructus legitimè an imputentur de iure digeſtorum,& quando,declaratur.*
22 *Tex.in l.Papinianus* §.*vnde ſi quis ff. de inoff.teſtam. an ſit correctus per l. ſcimus* §.*r pletionem C.eod.*
23 *Tria iura conſiderantur circa fructuum imputationem in legitima.*
24 *Teſtator poteſt diſponere,quod fructus nõ imputentur in trebellianicam, quod limitatur num.25.& 26.*
27 *Teſtator circa imputationem falcidiæ poteſt alterare iuris diſpoſitionem.*
28 *Teſtator poteſt diſponere,quod ex vna re hæreditatis percipiatur quarta, & ex certa quantitate in pecunia, & deciſio quæſtionis affertur nu. 29.*

## DECISIO XLVIII.

IN cauſa vertente in hoc S.Reg.Conſ. reſidente in Caſtro Capuanæ,referenda,& votanda in Reg.Collat.Conſil. inter Magnif. Detium,& fratres de Gagliardo ex vna,& Venerabile Collegiũ ſãctiſſimi Nominis Ieſus:caſus talis eſt, Magn.quon.Io.Benedictus Gagliardus I.V.D. in ſuo vltimo teſtamento inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem Detium Gagliardum eius filium legitimũ, & naturalem,& ei ſubſtituit,vt quãdocũq; moreretur abſq; filijs legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore deſcendẽtibus, ſuccederent filio ſuo duo fratres ſui pro duabus partibus,&ꝑ alia tertia parte ſuccederet eius vxor,durante ſua vita, Mortuus eſt teſtator, mortuus eſt ẽt Detius ſuus filius abſq;filijs,&ſic fuit effectus caſus ſubſtitutionis fideicommiſſariæ,dictus Detius fecit teſtamentum,in quo inſtituit hæredem dictum Venerabile Collegium del Ieſus,quod vt hæres inſtitutum à dicto Detio petit omnia eius bona, in quibus eſt hæreditas dicti Ioan. Benedicti, & licet dicta bona eſſent ſubiecta reſtitutioni, tamen attento,quod dictus Detius erat filius dicti Io.Benedicti, & grauatus ſub conditione poterat ex hæredi-
1
tate dicti ſui patris duas quartas detrahere, vnam quartam debitam iure naturæ,& quartam trebellianicam,iuxta tex.in cap.Rainutius, & cap.Rainaldus extra de teſtam. & in cap.ſi pater eod. tit. in 6. & ſic dictum Collegium petit medietatem totius hęreditatis dicti Io. Benedicti, videlicet vncias quatuor ex duodecim vncijs pro quarta, quæ iure naturæ debetur, & de reliquis vncijs octo detrahet vncias duas, quia ſicut quarta pars, quæ debetur pro trebellianica pro parte dictorum de Gagliardis fideicommiſſariorum dicitur, quod in caſu de quo agitur non poteſt detrahi, niſi ſolum legitima, quia per dictum teſtatorem Io.Benedictum fuit expreſsè prohibita detractio trebellianicæ, quæ licet de iure antiquo non poterat
2 per teſtatorem prohiberi,neq; in totũ, neque pro parte, l.quod de bonis §.1. & §.fi.ff.ad leg. falc. quæ iura in falcidia loquuntur, neque directè, vt in dictis iuribus,neque indirectè, l.1. & ibi Saly.C.eod.tit. & idem erat in trebellianica,vt eſt tex.& ibi glo.& DD. omnes in l.ſi vt allegas eod.tit. eſt tex. & ibi gloſ.in l.denique ff. ad trebell. hodie verò eſt expreſsè diſpoſitum,
3 quod falcidia poteſt prohiberi per teſtatorem, §. ſi verò expreſſim in auth. de hæred.& falc. & in auth. ſed cùm teſtator C.ad leg. falc. quæ ſumpta eſt à d.§.ſi verò expreſſim, licet tex.ille loquatur in falcidia, tamen eſt dicen-
4 dum in trebellianica,prout eſt communis opinio Bar.Alexan.Socc.& Iaſ.in l.Marcellus ff.ad treb.vt ibi Alexan. & Iaſ.atteſtantur,licet DD. omnes ibi, & in pluribus locis hunc articulum examinent, miror cur tot membranæ cartæ hunc articulum occupant, cùm glo.ita in duobus locis hoc teneat, vt d. §. ſi verò expreſſim, & in §. ſed quia ſtipulationes inſt.de fid.hæred.licet glo.teneat contrarium in d. auth. ſed cùm teſtator,tamen opinio d.gl.in dictis lo-
5 cis ſupra allegatis eſt verior,& commu-

nis,tùm quia eadem eſt ratio prohiben di tr ebellianicam, quæ eſt falcidia, vt ſeruetur voluntas teſtatoris,quod multum conſiderant iura, vt in §. diſponat teſtator auth.de nupt. & in §. hinc nobis,& in §.ex hęredi in auth.de hæred. & falc.l. in conditionibus ff. de cond.& demonſtr. & in alijs pluribus iuribus.
6 Imò quià leges promiſcuò vtuntur hoc nomine falcidia pro trebellianica, vt eſt tex. in d.l.ſi vt allegas,& in d.l.1.§. denique, & in l.iubemus §. 1. & §.fi. C.ad treb. & legibus infinitis; Tamen miror,quod Doctores,qui ſuper hoc ar ticulo laborauerunt, adduxerint tex.in d.§.ſi verò expreſſim, vbi expreſsè di-
7 cunt, quod ſi prohibita falcidia noluerint hæredes hæreditatem, tunc venit ſubſtitutis,& cohęredibus, & fideicom miſſarijs,& legatarijs,loquendo vniuer ſalibus, poſtquam loquitur etiam de legatarijs,& ſic de legatarijs particularibus,eſt verum,quod DD.pro hac cõmuni opinione allegãt tex. in §.ſi verò non fecerit, qui tex.immediatè præcedit d.§.ſi verò expreſſim, non erat neceſſarium me extendere in hoc articulo, licet hæc obitèr fuerint dicta,ſtante
8 hac communi deciſione,quod ſicut pa ter poteſt prohibere falcidiam, ita pariter trebellianicam prohibere põt,dicit Bal.quẽ ſequitur Saly.& Corn.in d.l.iubemus C.ad treb.quæ ſupradicta
9 cõis concluſio non procedit in filijs pri mi gradus, imò eis per patrem inſtitutis non põt prohiberi per eius patrẽ,& trebellianica nõ detrahitur, quãdo gra uati ſunt ꝑ fideicõmiſſum alijs filijs,ſeu nepotibus hæreditatẽ reſtituere,ꝑ tex. in d.l.iubemus, quæ expreſsè diſponit, ꝙ ſi pater inſtituit filiũ, vel filios hæredes,& rogauerit eos,vt ſi vnus,vel plures moriantur abſq; liberis,ꝙ eius portio reſtituatur ſuperſtitibus, retenta tamen quarta per treb.ſex.non per imputationẽ reddituũ,licet teſtator hoc negauerit,vel iuſſerit:ſed in ipſis rebus hęreditarijs reſtituatur,ergò poſtquã tex. ibi decidit, ꝙ quarta detrahatur ex rebus hęreditarijs,& non per imputationem fructuuum,ſequitur,ꝙ non poterit prohiberi trebellianica in filijs primi gradus, quod poſtquam non põt eam minuere,non poterit eã in totũ tollere.

Super iſto paſſu,& intellectu DD.Legiſtæ,& Canoniſtę fuerunt varij,tàm in lecturis,quã in cõſilijs,taliter ꝙ non vidi eos ita varios,& diuerſos in quocũq; alio iuris articulo, quẽ ego viderim,& legerim, & multi eorũ pro vtraq; parte conſuluerũt,& dicunt aliqui,quod cõis opinio eſt, ꝙ pater non põt prohibere trebellianicam quoad filios primi gradus,ſecũdũ doctr.Bal. ſupra adductã cum eius ſequacibus, plures verò alij DD.dicunt,ꝙ cõis opinio eſt,quod põt ꝓhibere,nõ adduco hic DD.qa infiniti, sũt qui tàm in lecturis,q̃ in conſilijs hãc materiã tranſiuerunt, ſolũ fundabo opinionẽ,quã tenui, & votaui, ꝙ hodie pater põt prohibere trebellianicã, nedum quando ab eo eſt inſtitutus hæres extraneus, & de reſtituẽdo grauatus ꝑ fideicõmiſſum ſub cõditione ſi ſine filijs moriatur,ſed etiã ſi filius primi gradus hoc modo fuerit inſtitutus, & grauatus, & ſic tex. in dicto §. ſi verò ex-
10 preſſim indiſtinctè ꝓcedit tã in extraneo,quã in filio primi gradus inſtituto, & rõ illius tex. vniformis eſt tã in filio, quam in extraneo,vt ſeruetur voluntas defuncti,quæ omnino ſeruanda eſt per iura ſupra allegata,& ꝑ tex.in d.§.ſi verò expreſſim ita dicit, tota difficultas eſt ſolũ reſpondere textui d.l.iubemus, poſſem ideo dicere,ꝙ tex. ille non habet locũ in caſu noſtro, quia ibi in fine diſponitur,ꝙ diſpoſitio illius legis non habet locum niſi in perſonis,& caſibus ibi expreſſis,licet perſonę ibi expreſsæ ſint tàm perſonæ grauatæ, quàm illæ, quibus reſtituẽda eſt hæreditas,ſunt filij,& nepotes,qui per fideicommiſſum ſunt grauati,ut eſt ibi tex.in princ.& in §.1. cũ ergo in caſu noſtro ſunt uocati per fideicommiſſum fratres teſtatoris,

&non

Digitized by Google

& non filij, neque nepotes, neque alij
11 deſcendẽtes, ſed fratres teſtatoris, qui extranei dicuntur, & non vocati, per illum tex. ſed potius excluſi, vt in §. fi. ergo d. l. iubemus non habet locum in caſu noſtro, & quod dicta lex proce-
12 dat, quando extraneo eſt facienda reſtitutio per fideicommiſſum, videtur tenere gloſ in d. l. iubemus, ibi, dum dicit, Tertij dicunt, quam opinionem tenent Rain. Cin. Alber. & Fur. de Rampon. in d. l. iubemus, quos refert ille in l. in fideicõmiſſariam col. 2. ff. ad treb. & dicit ibi Alexan quod iſta opinio eſt verior in puncto iuris, licet Salic. in d. l. iubemus, & Imol. in l. quod de bonis §. quod Auus ff. ad leg. Falcid. rationibus de quibus per eum ibi, benè tamen reſpondet Alexand. vbi ſupra deductis per Imol. in d. §. quod auus, idem ꝙ tenent ſupra relati DD. antiqui in d. l. iubemus tenet Raphael Cuman. in conſil. 23. & quare illa lex non habet locum, quando extraneo eſt facienda reſtitutio, cùm in eo caſu deberet fortius procedere d. l. quia ſequitur, quod melioris conditionis ſit extraneus, quã filij, ſeu nepotes, & alij deſcendentes, rationem ibi ponunt ſupradicti DD. licet nõ poſſet alia aſſignari ratio, tamen ſufficit, quod d. l. iubemus in fin. ſtatuerit, quod diſpoſitio dictæ legis non procedat, niſi in perſonis, & caſibus ex-
13 preſſis, etiam ſi dura eſſet, debet ſeruari lex proſpexit ff. qui, & à quibus, & ſi fortè hæc opinio eſſet dubia, venio ad aliam rationem, & motiuum, per quod clarè videbimus, dictam legem iubemus non procedere in caſu noſtro, quia ſecundum veram opinionem de iure ciuili, vnam ſolũ detrahebat quartam, quam lex ciuilis, vt plurimum vo-
14 cat falcidiã, & in ea imputabatur quarta debita iure naturæ, l. Papinianus §. vndè ſi quis ff. de inoffic. teſtamen. & in §. quarta, & in §. meminiſſe in fi. eadem lege, eſt text. in l. quoties, & in l. ſi cogitatione C. famil. herciſc. & in d. l. iubemus §. 1. & §. fi. l. irritum, l. quãquam, & l. ſi vt allegas C. ad leg. falc. omnia ergò illa iura ſolum loquũtur de vna quarta, quãdo filius eſt hęres inſtitutus, & multis grauatus legatis, vel quãdo eſt grauatus de reſtituendo hæreditatem alteri, ſiue purè, ſiue ſub conditione, & tex. in d. l. iubemus hoc probat neceſſariò, dum vult, quod retenta quarta non per imputationem redituum, ſed ex ipſis rebus hæreditarijs, dodrans reſtituatur, & ſic ex duodecim vncijs pro quarta reſtituentur tres vnciæ, & reliquum reſtituitur vnum dodrans, quod eſt nouem vnciæ, & reſpondere, prout dicunt aliqui DD. quod à principio fuit retenta, & deducta legitima, & de eo, quod ſupereſt reſtituitur dodrans, hæc reſponſio violat hunc text. quia text. hoc non dicit, & nos diuinando non poſſumus ſupplere, quod dicta lex nullatenus dicit, neque erat neceſſarium aliquid detrahere, cùm tota hæreditas erat penès filium hæredem, & non euenerat conditio, & poterat nunquam euenire, quo circa ille text. pro iſta opinione eſt rotundus, ad idem eſt tex. in l. filium quem habentem C. famil.
15 herciſc. vbi filius grauatus reſtituere portionem hæreditatis fratribus, vel alijs, ſub conditione, qui fundum à patre habuerat, compenſato prædio in retentione quartæ, & quod ab alio hęrede vice mutua percepit, & ſi quid deeſt in ſupplementum deducto, quod à cœteris in eo fundo ſoluitur ſupra quartam habens, reddere compellitur meritò dicit ibi Iaſon colum. 3. nota ex tota iſta lege hic eſſe text. expreſſum, & ineuitabilem, quod filius graua-
16 tus fideicommiſſo non purè, & ſtatim, ſcilicet in euentum alicuius conditionis; tamen non detrahit duas quartas, vnam ratione legitimæ, & aliam ratione trebellianicæ, ſed ſolum quartam trebellianicam deducit, & idem dicit ibi colum. 4. verſ. certè contra, quod vna quarta imputatur in aliã, & tamen

I 3 ibi

Digitized by Google

ibi declarat colum. 3. in fin. cum ſeq. ad idem eſt tex. quem non aliter indu co in §. quamobrem in auth. de reſtitu. & ea, quæ primò, qui tenet pro hac opi nione eſt ineuitabilis, prout illum indu cit Barb. in d. cap. Rainutius colum. an tepenul. vſque ad fin. qui hunc articu- lum latè examinat, & tenet hanc opi- nionem de iure ciuili, ꝙ vna ſola quarta detrahitur, ſiuè filius ſit purè, ſiuè ſub conditione grauatus reſtituere hære- ditatem, idem tenent Odofr. Bal. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in d. l. filium, qui dicunt, quod de iure ciuili vna ſola quarta de- trahitur, & idem latè tenet Barb. vbi ſu pra, & dicunt, quod illa opinio glo. in l. Papinianus §. meminiſſe ff. de inoffic. teſtamen. & in l. quamquam C. ad leg. falcid. quæ facit illam diſtinctionem,
17 quod filius purè grauatus de reſtituen do hæreditatem detrahit vnam ſolam quartam, ſi verò ſub conditione duas detrahit, eſt falſa de iure ciuili, licet de conſuetudine ſit approbata, & deciſa de iure canonico in d. cap. Rainutius, & cap. Rainaldus, & in d. cap. ſi pater de teſtamen. in 6. Iſta eſt vera opinio, ꝙ de iure ciuili vna ſola quarta detra- hitur, ſed de cõſuetudine fiat diſtinctio, vt ſupra, quæ opinio conſuetudinis, & iuris canonici hodie ſeruatur vbique & per DD. omnes in locis ſupra alleg.

Cùm igitur tẽpore l. iubemus vna
18 ſola quarta detrahebatur, ita dicit Paul. de Caſtr. in l. mulier §. cum appo- neretur ff. ad treb. quam opinionem ibi ſequitur Alexand. qui dicit, quod dictum nunquam eſt obliuioni traden- dum, quod eſt peregrina limitatio ad dictam legem iubemus, ille text. non habet locum hodie, cùm duæ quartæ detrahuntur eo caſu quo filius eſt gra- uatus de reſtituendo ſub conditione, non eſt dubium, quod illæ decretales ſunt factæ longè poſt dictam legem iu- bemus, & idem glo. ſupra allegata; ſe- quitur igitur neceſſariò, quod iſte caſus noſter nõ comprehẽditur in illo tex. & hoc oportet dicere inuitis dentibus, cũ tex. ille in fine dicat, quod dicta lex nõ habet locum, niſi in illis perſonis, & ca ſibus ibi diſpoſitis, ſed ſic eſt caſus no- ſter, non eſt diſpoſitus in dicta lege, cùm ſolum loquatur eo caſu, quo vna ſola detrahitur quarta, idem eſt trebel- lianica incluſa, ſeu imputata in ea legi- tima, ergò cogimur dicere, trebelliani- cam hoc noſtro caſu poſſe prohiberi ꝑ patrem, attento quod hodie duas quar tas detrahit, quoniam grauatus eſt re- ſtituere hæreditatem ſub conditione.

Et ſi dicebatur, prout dicitur, ergò ille tex. in d. l. ſeruit nobis de vento, cũ in illa trebellianica erat incluſa legiti- ma, in qua fructus non imputantur, etiã in hoc diſpoſuiſſet teſtator, quod legi-
19 tima detrahitur à ſubſtantia bonorum, & non de fructibus, iuxta tex. in l. ſci- mus §. repletionem C. de inoffic. teſt. & hoc nedum habet locum in filijs pri- mi gradus, ſed in nepotibus, quibus debetur legitima, ergo diſpoſitio illius tex. eſſet inanis, poſtquam erat ſatis ibi
20 prouiſum de legitima, in qua fructus non imputantur, ita dicit Alexand. in l. quod de bonis §. quod auus colu. 2. ff. ad leg. falc. & ſic ibi tenet contrarium eius, quod dixerat in d. l. mulier §. cum proponeretur, ſequendo Paulũ de Caſtro ibi dicens, ꝙ durum eſſet in pra- ctica obtinere pro opinione Pauli de Caſtro, cũ Bar. & Ang. teneant contra eius opinionem, ſed ſic vides, ꝙ opinio Paul. de Caſt. eſt vera, & neceſſaria, pro ut ſupra fundaui medijs, quibus (iudicio meo) non poteſt reſponderi. Non ob- ſtat ratio Alexand. in d. §. quod auus, quia eſt aduertendum, quod tempore illius legis iubemus, & etiam de iure
21 Digeſtorum fructus etiam in legitima imputabantur, quando filius erat gra- uatus de reſtituẽdo bona poſt certum tẽpus, vt poſt decem annos, vel etiam poſt tẽpus incertum, vtputa poſt mor- tẽ, vt eſt tex. in d. l. Papinianus §. ſi cõ- ditioni verſ. vnde ſi quis, vbi Bart. &

latius

Digitized by Google

latius Ang.& Paul.de Caſt.qui dicunt, quod ille tex. procedit nedum quando filius eſt grauatus reſtituere hæreditatem poſt certum tempus, vt dicit ibi gloſ. ſed etiam poſt tempus incertum, quod ſufficit, quod fructus ſint percepti iudicio teſtatoris, Bart.& Alexan.in l.in fideicommiſſariam ff.ad trebell.vbi dicit ibi Alexan.quod licet dentur plures ſolutiones ad tex. in d. §. vnde
22 ſi quis, tamen communiter tenetur, quod hodie ille tex.eſt correctus per tex. in l.ſcimus §. repletionem C. de inoffic. teſtam. idem dicit Ripa in d. l.in fideicõmiſſariam col.5. verſ.tertia declaratio, qui dicit, quod hodie ille tex.eſt correctus, prout communiter tenetur. Quocirca Paul. de Caſtro notabiliter dicit in d.§. repletionem, quod conſi-
23 deranda ſunt tria iura, ideſt ius digeſtorum, & paragraphorum, illi fructus iudicio teſtatoris imputabantur ſupra legitimam, & etiam in trebellianicam tam liberis primi gradus, quam ſequẽtium, vt in d.§.vnde ſi quis. Secundo conſideratur ius Codicis ante Iuſtinianum,& tunc fuit introductum ſpecialiter in liberis primi gradus, vt non imputarent in trebellianicam, nec in legitimam, in quo trebellianica imputabatur, quod non erat detrahenda niſi vna quarta, & iſte caſus in d.l.iubemus quæ fuit Leonis Imperatoris, qui fuit longo tempore ante Iuſtinianum Imperatorem,Tertium ius fuit illud Iuſtiniani in d.§.repletionem, quod licet ille tex.loquatur in filijs generaliter,intelligitur in omnibus deſcendentibus, vt non imputent in legitimam. Cùm igitur tempore legis iubemus imputabãtur fructus in legitimam, & per conſequens in trebellianicam, in qua legitima imputabatur , quod nondum illo tẽpore erat correctus tex.in d.§.vnde ſi quis, fuit per illam legem ſpecialiter prouiſum in filijs primi gradus, vt fructus non imputentur in trebellianicam,in qua incluſa erat legitima,etiam ſi hoc teſtator iuſſiſſet,& nõ fuit inanis illa diſpoſitio, quod de iure digeſtorum, & de illo iure Codicis in filijs, & alijs deſcendentibus fructus imputabantur in quartam,etiam iure naturæ debitam; ideo illa lex de nouo in ſpeciali priuilegio filiorum primi gradus ſtatuit, quod ei non imputẽtur fructus in trebellianicam, etiam ſi pater iuſſiſſet,quod aliàs imputari debuiſſet, etiã quartam debitam iure naturę:Hodie verò per tex.in d.§.repletionem, illa lex nõ procedit,quia(vt ſupra dixi)fructus non imputantur in legitimam, nedum in filijs primi gradus, ſed neq; in nepotibus, & alijs deſcendentibus, quibus legitima debetur. Concludendo igitur dico,quod dicta lex iubemus non procedit hodie, cùm duæ quartæ debentur filio grauato ſub conditione: Tempore verò illius legis,vna ſola detrahebatur,ſiuè debebatur,ideo non procedit niſi in perſonis, & caſibus in d.l.expreſſis, vt dicit tex. ibidem in § fin.& ita expreſsè tenet Paul. de Caſt in d.§.repletionem, in d.l.mulier §.cũ proponeretur,& in l.quod de bonis §. fructus ff.ad l.falc.

Vltimò dico,quod lex iubemus non dicit neque directè, neque indirectè, neq; expreſsè, neq; tacitè, quod pater non poteſt prohibere trebellianicam, quod ſolum dicit,quod fructus non imputantur in quartam, de qua ibi etiam ſi teſtator iuſſerit, quod imputentur, quia iſta diuerſa ſunt, quod prohibeatur trebellianica,ſeu falcidia, & quod fructus non imputentur,vel non,quando de iure digeſtorum,& Codic.pater, ſeu teſtator alius non poterat prohibere trebellianicam,vt ſupra dixi in principio,tamen fructus in ea imputabãtur, vt ſupra latè fuit deductum per text.in d.l.in fideicõmiſſariam.Præterea teſta-
24 tor poteſt prohibere,ſeu diſponere, quod fructus non imputentur in trebellianicam, hoc probat tex. in d.l. in fideicommiſſariã,dum dicit,quod licet fru-

fructus percepti poſt mortem teſtatoris iudicio eius non veniant in reſtitutionem, tamẽ ſi teſtator diſponit, quod fructus medio tempore percepti iudicio teſtatoris reſtituantur fideicommiſſario, fructus non potuerunt imputari in trebellianicam, per tex. in d. l. in fideicommiſſariam, quod imputari non poteſt, quod ſi fructus non efficiuntur hæredis, ſed omnes debẽt reſtitui, non poſſunt in quartam imputari, ſed tunc de corporibus, & rebus hæreditarijs detrahetur quarta, & ita dicit Alexand. in d. l. in fideicōmiſſariam col. 5. vbi dicit, quod licet fructus imputantur in quartam, tamen fallit niſi teſtator,
25 expreſsè diſpoſuiſſet, quod hæres detraheret quartam, vt quod cogãt eum reſtituere, retẽta quarta, nam tunc fructus non imputantur in quartam, ſicut nec per legata l. Titia ff. ad leg. falc. vbi eſt tex. quod & aliàs hæres non tenetur imputare in quartam creditum ſuũ, vt puta, ſi erat creditor teſtatoris, qui eum fecit hæredem, l. quod de bonis §. quod auus ff. ad leg. falc. fallit hoc, niſi teſtator expreſsè diſpoſuiſſet, quod
26 hæres in quartam imputaret, ad quod ſibi debebat teſtator, vt eſt caſus in d. l. ſi debitor; quod procedit etiam in filijs primi gradus, vt eſt tex. in d. l. quod de bonis §. cum fideicommiſſum in 2. lect. quæ communiter tenetur, vt ibi per Bar. Alexan. & omnes 1. & 3. lect. gloſ. ſunt communiter reprobatæ, dum volebant, quod pater in filijs non imputaret in quartam id quod ſibi eius pater debebat, à quo fuerat inſtitutus hæres, & grauatus de reſtituẽdo, quod hoc eſt falſum, & in hoc decipiebatur quidam ex Dominis votantibus, qui dicebat, quod etiam de iure digeſtorum pater non poterat diſponere, quod filius imputaret in quartam id quod ſibi pater debebat, eo inſtituto hærede, & grauato de reſtituendo, quod vt vides ſecundum verum, & communem intellectũ d. §. cum fideicommiſſum, vt ſupra dixi, hoc eſt falſum, quod pater diſponere poteſt, vt filius ſibi in quartam imputet id quod ſibi pater debet, intellige ſemper de iure digeſtorum, & Cod. antequam eſſet facta l. ſcimus in §. repletionem; propterea dicebat Alexan. in d. l. ſi debitor, quod teſtator circa impu
27 tationem falcidiæ poteſt alterare iuris diſpoſitionem, allegat Bal. in d. l. filium col. 6. C. fam. herciſ. hoc optimè comprobatur per Paul. de Caſt. in d. l. ſi debitor, vbi dicit, quod licet illo iure falcidia non poſſet directè prohiberi, vt in d. l. quod de bonis §. 1. & §. fi. nec impediri eius detractio, poterat tamen indirectè, vt ibi ſubnectit, tamen ibi, id quod ad noſtrum propoſitum facit, dicendo hæc verba, vel proprius hic non prohibetur detractio falcidiæ, ſed datur cum onere compẽſari cum debito, quod poterat expreſsè fieri, & ſic vides quàm diuerſum ſit imputare, vel non imputare in quartam fructus, vel debitum, & prohibere falcidiam, quod teſtator de iure digeſtorum poterat facere, quod debitum, vel fructus imputarentur in quartam, non tamen poterat diſponere, quod falcidia, ſeu trebellianica prohiberetur, dico igitur, quod licet in d. l. iubemus fructus non imputentur in quartam filijs primi gradus, etiam ſi teſtator ita iuſſerit, tamen non infert, quod ex hoc cẽſeatur inductum, quod in filijs primi gradus non poteſt pater prohibere trebellianicam, quia vt vides hæc diuerſa ſunt, & ex vno nõ infertur aliud, tum quia tantum poterat venire filius antequã eueniret conditio fideicommiſſi, quod ex fructuum
28 perceptione habuiſſet quartam integram, quæ ex dictis fructibus percepta eſſet, ſicut diſponere poteſt teſtator, vt ex vna re hæreditatis percipiatur quarta, & ex certa quantitate in pecunia, vt eſt tex. in l. 1. §. ſi hæres percepto fundo, & in §. fin. ff. ad trebell. & in l. ſi qui vſuræ ff. de fideicommiſ. hæred. Ex quibus omnibus fuit concluſum, & vo-

tatum

Digitized by Google

tatum per nos tres Regentes, & per
Præſidentem S.C.& per omnes Conſiliarios duarum aularum, deptis duobus, qui fuerant in contrario voto, pa-
29 trem potuiſſe prohibere trebellianicam, etiam filijs primi gradus, per dictũ
§.ſi verò expreſſim,& l.iubemus non
habere locum in præſenti caſu, neque
aliud diſponere ſuper prohibitione
trebellianicæ.

## A D D I T I O.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio noſtri Auctoris à pluribus Doctor. enunciatur.*

2 *Deciſio S.C. allegatur, an potuit trebellianica prohiberi in filijs primi gradus.*

3 *Prohibitio trebellianicæ quemadmodum expreſsè prohiberi poteſt, an etiam tacitè prohiberi poſſit.*

4 *Quarta trebellianica an poſſit alienari per filios primi gradus, ſtante prohibitione, deciſio pronanciatur.*

5 *Deciſio S.C. memoratur, ſi hæres priuari debeat trebellianica, qui non confecerit inuentarium.*

AD ornatum iſtius deciſionis commemoratæ à Præſidente de Franch.dec.11.videantur Conſiliar.Fab.Anna conſ.25.nu.23.&
1 conſ. 116. num. 11. Viuius in eius ſylua in
opin.1005.ſub num.2.Borgn.deciſ. Fiuiz.3.
par.3.num.12.dec.7.num.1.& 23. & dec.8.
num.13.Ioſeph Ruſtic.in tract.an & quando
liber.in cond.poſ.voc. lib.1. cap.2. num.12.
Molfeſ.in conſuetud. Neap. par.3.q.6.nu.22
Viſcont.ad ipſum Franch. Præſid. de Amat.
conſil.1.nu.140.& conſil.91. num.33. Theſſ.
lib.1.quæſt.forenſ.cap.20.num.2. Paſchal.de
virib.patr.poteſt.par.2.c.4.num.144. & nouiſſimè Zappul.in pragm.58. num.13. de
adminiſtrat. vniuerſ. quos etiam probaui in
1.par.noſtri Compend.verb.trebellianica,
& vltra hęc Viſill.dec.367.num.17. quem
ſequuti ſunt Anna dicto conſil. 25. num.10.
& Ioſeph de Ruſt.vbi ſupra num.10.Marta
voto 113. refert fuiſſe deciſum per Sacrum
2 Conſilium, trebellianicam non potuiſſe prohiberi in filijs primi gradus, vnde infertur,
3 quod ſi expreſsè fuiſſet prohibita, an ſi tacitè fuerit prohibita, valeret prohibitio, deciſum retulit idem Franch.dec.612. affirmatiuè, eum ſequuti ſunt Peguer.deciſ.Cathalon.
102.Molfeſ.par.2.quæſt.10.num.63.Viſcon.
ad Franch.d.dec.11.ſub num.19.Paſch.d.l.vbi
ſupra num.145.idem Molf.conſ.14.num.25.
Zappul.ibidem num. 16. & ſic per Collaterale Conſilium deciſum teſtatur Præſiden.
de Amat.d.conſil.1. num.118. & conſil.91.
num. 33. quos etiam probaui in eodem
Compendio in alio verb.trebellianica, An
4 autem trebellianica quarta poſſit alienari
per filios primi gradus, ſtante prohibitione
alienationis factæ per teſtatorem; deciſum
fuit affirmatiuè per Sacrum Conſilium, vt
in 2.par.mei Compendij verb. trebellianica
il primo,& in alio verb.ſequenti patet deci-
5 ſio Sacri Conſilij, ſi priuari debeat ea hæres
qui non confecit inuentarium, & fuit reſolutum negatiuè.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium, & actionum quid operetur.*

2 *Cedens an vti poſſit iure ceſſo, & quando.*

3 *Inſtantia regulariter tranſit in ſucceſſores vniuerſales, non tamen in ſingulares.*

4 *Aſſenſus eſt ſtricti iuris, ideo non extenditur.*

5 *Bona hypotecata pro ſorte, etiam pro vſuris cenſentur hypotecata, vti acceſſoria ad ſortem.*

6 *Bona viri pro dote ſunt tacitè hypotecata.*

7 *Bona pro alimentis ſunt tacitè hypotecata.*

8 *Expreſſum cenſetur omne illud, quod eſt expreſſum in inſtrumento, pariter in aſſenſu.*

9 *Clauſula quoad expreſſa tantum in aſſenſu quid operetur.*

10 *Deciſio Sacri Conſilij refertur.*

DE-

## DECISIO XLIX.

IN cauſa Magnificorum N. & fratrum petentium ſibi aſſiſtentiam præſtari ſuper terris, & caſtris, quæ fuerunt quon. Marchionis Rebellis pro tertijs decurſis,& non ſolutis pro ducatis annuis 220.quos emit Magnificus N.eorum genitor, ſuper Baiulatione, & Molendino cuiuſdam Terræ, de duobus fuit dubitatum: Primò,quod non procedebat iudicium iſtorum fratrum, quia ceſſerunt ius ſuum Titio tertiarũ, vt conſtat per inſtrumentum in actis productum,ſed ad iſtud motiuum eſt facilis reſponſio, quia per ceſſionem iurium, & actionum ſolum transferuntur
1 actiones vtiles, & directæ remanent
2 penès cedentem, quibus experiri poteſt cedens,niſi in tribus caſibus,vt eſt tex.in l. 3. C. de noua.vbi not. omnes DD.Bar.in l.facta §.ſi heres ff.ad treb, & in l.fi.ff.de tranſact.cũ ſimil.de quibus in alia mea deciſione edita quinq; ab hinc annis. Præterea ego dicebam, quod in caſu noſtro fuit facta ceſſio longo tempore poſt litem motam,& conteſtatam per illos fratres, & ſic inſtantia non potuit transferri in dominium Titij ceſſionarij ex cauſa merè volun-
3 taria, quia licet inſtantia regulariter transferatur in ſucceſſores vniuerſales, vt eſt tex.in l.ſi cum hominem ff.de fideiuſſ.non tamen tranſit in ſingulares ſucceſſores ex cauſa voluntaria, vt ibi decidit Bar.in fin.per tex.in l.2. §.non ſolum ff.de hæred.vel act.ven.& in l.ſi pignore in fin.ff.fam.herc.idem tenent omnes DD. vt latè Alex.in l.ſi cõſtante §.fin.ff.ſol matr. & optimè Flor.in l. in iudicio ff.fam.herc.qui dicit,quod opinio Bart. communiter tenetur per Legiſtas,& tãto magis hæc procedunt in caſu noſtro, quia in ceſſione eſt vnũ pactum, quod iudicium iam intẽtatum per illos Fratres poſſit proſequi tàm per eoſdem cedẽtes, quàm per Titium prædictum ceſſionarium, cùm quo Titius ceſſionarius contentatur, quod cauſa expediatur in perſona illorum fratrum,res eſt ſine dubio.

Fuit aliud dubium in iſta cauſa,quod iſti actores non habent aſſenſum ſuper bonis feudalibus pro iſtis terris,quia in inſtrumento eſt vnum pactum, quod dictus Marchio promictit ſoluere dicto N. tertias de tertia in tertiã in hac Ciuitate Neapolis, & poſtea in fine inſtrumenti dicitur, pro obſeruantia prædictorum,omnia bona burgenſatica, & feudalia mediante aſſenſu iam obtento,& impetrato;ſed in aſſenſu non fit mentio de dicto pacto, ſed tantum in eo dicitur,quod præſtatur aſſenſus obligationi omnium bonorum feudalium pro euictione, & pro obſeruatione omnium contẽtorum in inſtrumentò,quoad expreſſa tamen in aſſenſu non eſt facta mentio de iſto pacto, quod Marchio promictebat ſoluere tertias in hac Ciuitate Neap. pro quibus obligauerat omnia bona ſua, & ſic non extendebatur aſſenſus ratione
4 clauſulæ quoad expreſſa, tamen cùm aſſenſus ſit ſtricti iuris, nulla fit extenſio,latè per Andr.& Affl.in cap.Imperialem in princ.col.2.& in c.1.§.1.qui ſucceſſ.tenea.Paul.de Caſtr.in l.ſi quis §.irritum ff.de iniuſ. rupt.Alexand. in conſ. 166. in 5.volum. & Affl. in dec. 355. tamen hoc non obſtante contrarium fuit deciſum, quia ſicut bona ali-
5 cuius ſunt hypothecata pro ſorte,quando eſt expreſſa hypotheca pro ſorte, ita cẽſentur hypothecata pro vſuris,ẽt ſi de vſuris non ſit dictum, tanquam acceſſoriẹ ad ſortem,vt eſt tex.in l.Lucius ff.qui pot.in pign.hab.& Socc. latè, & optimè in conſ.91. in 2.volum. Ioannes de Plat.in l.2. colu.2. C.de vſur.fiſ.lib.x. Bar.& omnes DD. in l.ſi cum dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo ff.ſolu.matr.Aret.in l.prædicta ff. de acq.hæred.Bald.Nouel.in ſuo tract. de dote fol.9.col.3. & 4. & Neguſan. in ſuo tract.de pign.in 2.par.fol.11.&12.

in

in quibus locis DD. communiter con-
6 cludunt, quod ſicut pro dote ſunt hodie à legis diſpoſitione tacitè bona viri hypothecata, l. 1. §. ſed vt plenius C. de rei vxor. act. ita ſunt tacitè hypothecata pro alimentis, per quæ iura, & deciſiones fuit aliàs deciſum per Regiam
7 Cameram, quod ſicut per Capitulum Neapolitanum conceſſus Aſſenſus cenſetur præſtitus in bonis feudalibus viri pro dotis reſtitutione, ita cenſetur præſtitus pro vſufructu, tanquam acceſſorio ad dotem, prout dicitur de vſuris, & de alimentis, & hoc eſt clarum, quia aſſenſus ſe refert expreſsè ad inſtrumẽtum, vbi Rex, ſeu Prorex dat aſſenſum obligationi bonorum pro obſeruatione omnium continendorum in inſtru-
8 mento, & ſic cenſetur expreſſum in aſſenſu omne illud, quod eſt expreſſum in inſtrumento, l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. & l. ſi ita ſcripſero ff. de cond. & demon. not. Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. Non obſtat in quantum dicitur, quod hoc motiuum ceſſat propter clauſulã, quæ apponitur in aſſenſibus, & reperitur appoſita in hoc aſſenſu, hæc non ſũt expreſſa, licet ſint expreſſa in inſtrumento, ergo &c. Quia dico, quod Regia Camera habuit conſultationem huius caſus cũ omnibus Regentibus Regiam Cancellariam ſuper hac clauſula, quæ ponitur in aſſenſibus quoad expreſſa tantum, qui nobis dixerunt, quod illa clauſula ſolùm excludit, quando in inſtrumẽto eſſet adiectum aliquod pactum inſolitum, vel extraneum à natura contractus, ſeu rei, & non ſolitum apponi, vt puta, quædam ſubſtitutio, vel ſimile, tunc ſi de his non eſt facta expreſſa mentio in aſſenſu, licet aſſenſus ſe referat ad inſtrumentum, in quo illa pacta inſolita ſunt expreſſæ illæ clauſulæ quoad expreſſa, tamen excludit aſſenſum, ſed quantum in inſtrumento eſt appoſita clauſula ſolita apponi, vt eſt clauſula conſtituti, & præcarij, obligatio omnium bonorum pro tertijs ſol-
uendis Neap. licet talia non ſint expreſſa in aſſenſu, poſtquam aſſenſus ſe refert ad inſtrumentum, in quo talia ſunt expreſſa, & ſemper vel ſaltim omictetur ſolita apponi illa clauſula quoad
9 expreſſa tantum, non excludit illa; ſed includit, argum. l. certi conditio §. ſi nũmos ff. ſi cert. pet. cum plenè not. maximè per Iaſ. in l. vel vniuerſorum ff. de pign. act. l. certè cum ſeq. ff. de præcar. Et ita Domini Regentes declarauerũt intentionem dictæ clauſulæ quoad expreſſa tantum, prout aliàs idem dixerunt in cauſa Camilli Capycij, & ita
10 fuit ſententiatum in fauorem illorum fratrũ, nemine ex Dominis diſcrepãte.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius an poſſit petere aſſiſtentiam ſuper feudalibus ex iure ceſſo.*

2 *Ceſſione facta, an pariter inſtantia ceſſa videatur, an ſpecifica requiratur, vel ſub generali ceſſione conceſſa videatur.*

3 *Aſſenſus in ceſſione litis ſuper feudo, an erit neceſſarius.*

4 *Aſſenſus præſtitus ſuper ſorte, an etiam ſuper intereſſe præſtitus cenſeatur, deciſio refertur nu. 5.*

6 *Aſſenſus ad intereſſe intrinſecum veniens ab intellectu iuris, an extendatur.*

7 *Aſſenſus an comprehendat intereſſe contractus ſtricti iuris, & quid in bonæ fidei, deciſio citatur.*

IN primis ex hac deciſione perpenditur, ſi cedens poſſit agere iure aſſiſtendi pro tertijs promiſſis, & non ſolutis ſuper bonis feudalibus obligatis, non obſtante, quod in aſſenſu non ſint expreſſæ, ſed generaliter conceſſus ſuper obligatione, & refertur deciſum affirmatiuè, quod autem è conuerſo in ceſ-
1 ſionario an poſſit petere aſſiſtentiam ex iure ceſſo ſuper feudalibus, latius diſcutit Mareſcot. variar. reſol. lib. 1. c. 40. vbi refert deciſum fuiſſe affirmatiuè per Sacrum Conſilium, in cauſa Gaſparis Conte, cũ filia Lucæ Ruſſi

Ruſſi vxoris Franciſci Ferrandi, etiam quod aſſenſus non fuerit in ceſſione habitus, potiſſimum quando in conceſſione Dominus cõſenſit, quod res poſſit vendi, & alienari, non erit opus nouo conſenſu Domini in ceſſione feudalis rei, vt in meo Comp. par. 1. verb. conceſſio, & quid in burgenſaticis ſatis ſuperq; deductum fuit in meo voto . . . vt ibi erit videre, at cũ de ceſſione agatur quæſitum patet dum iudicium prius inſtitutum fuerat, & poſtmodum ceſſio facta, ſi cenſeri
2 debeat inſtãtia ceſſa, vt à ceſſionario proſequi potuiſſet, ſi ſpecifica ceſſio requiratur, vel ſub generali ceſſione comprehenſa videretur, recurrendum eſſe duxi ad Reg. de Pon. conſ. 7. volu. 1. vbi à num. 15. ad 21. rem agit, & deciſionem Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ ſimul retulit, quod ſub tali ceſſione generali veniat ceſſio inſtantiæ, quem ſequutus eſt Giurb. deciſ. Sicil. 84. num. 12. & potiſſi-
3 mum in ceſſione litis, & cauſæ aſſenſus erit neceſſarius ſuper feudo, Camill. Larat. conſ. 83. nu. 2. Conſil. de Georg. in ſua repet. feud. c. 43. num. 24. Circa ſecundum dubium excitatum ab Auctore, ſi exiſtente pacto in inſtrumento ſoluendi tertias de tertia in tertiam in hac Ciuitate, & in aſſenſu non fuerit tale pactum adiectum, ſed tantum dictum, quod præſtatur aſſenſus obligationi omniũ bonorum feudalium pro euictione, & pro obſeruantione omnium contentorum quoad expreſſa tantum, extendatur aſſenſus. Nam & ſi ex illa quæſtione depẽdeat, an aſſenſus ad ſortem præſtitus, etiam ad intereſ-
4 ſe extendatur, licet Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 20. referat deciſum negatiuè, quem ſequutus eſt Franch. dec. 623. num. 11. cum alijs nouiſſimè relatis à Baldaxare de Angelis in addit. ad Conſil. Gizzar. dec. 67. num. 3. & vl-
5 tra eos Reg. de Ponte dec. 34. nu. 32. Maur. Iun. alleg. 8. num. 18. Nihilominus contra Frecc. refert iudicatum fuiſſe Reg. de Ponte conſ. 64. num. 19. lib. 1. & in d. dec. 34. ſub nu. 38. & hanc eandem opinionem ſectatur Paul. Staiban. conſ. 94. num. 13. & 14. vt aſſenſus licet ſit ſtricti iuris præſtitus ſuper capitale, comprehendat debitum vſurarum, ſeu intereſſe, tanto fortius comprehendere videtur pactum ita ſoluendi, quod eſt acceſſorium, dum in effectu debet illius ſolutio fieri iuxta promiſſionem expreſſam in inſtrumento, ad quod idem Reg. de Ponte conſ. 77 num. 2. eiuſdem voluminis cenſuit, aſſenſum
6 extendi ad intereſſe, intrinſecum veniens ab intellectu iuris, & habens ortum ex eadem re in aſſenſu comprehenſa, imò fortius talis aſſenſus comprehendit intereſſe tertiarum, idem conſ. 76. num. 7. d. par. 1. benè tamen
7 non comprehendit intereſſe in contractu ſtricti iuris, ſecus in contractibus bonæ fidei, & ſic iudicatum retulit d. conſ. 64. num. 31. & 32.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Bona alienari prohibita vigore fideicommiſsi, debent ad filios deuenire, & non ad fiſcum.*

2 *Fiſcus non eſt propriè hæres, quando bona per delictum ei acquiruntur, ſed ſucceſſor.*

3 *Prohibitio alienationis bonorum facta per teſtatorem fauore ſuæ familiæ, nõ eſt nuda, ſed cum cauſa legitima valida.*

4 *Vocati de familia cenſentur, quando teſtator voluit bona penès familiam eſſe.*

5 *Alienatio bonorum prohibitorum eſt ipſo iure nulla.*

6 *Bona alienari prohibita, ſicuti non transeũt in hæredem extraneum, ita delinquendo prohibiti bona ipſa alienari non poſſunt per publicationem in fiſcum transferre.*

7 *Alienatio prohibita, fauore alterius, tũc delinquendo quis non alienat.*

8 *Feudum antiquum an fiſco, vel agnatis acquiratur ob rebellionem feudatarij.*

9 *Feudum ex pacto alienari non poteſt inuitis agnatis.*

10 *Tex. in c. 1. de alien. feud. pat. qualiter procedat.*

11 *Feudum ex pacto qualiter incolume permanet.*

12 *Donatio cenſeri debet de feudo ex pacto ſubſequuta morte acquirentis, ſub tali conditione conceſſo, & proinde erit locus reiuendicationi.*

13 *Feudum ex pacto reſtitutioni ſubiectum eſt ſubſequuta morte feudatarij, quocirca alienari non poteſt.*

14 *Delictum feudatarij non nocet ſucceſſori in feudo, ex pacto potius quam ex ſucceſsione.*

15 *Filij cenſentur vocati per ſubſtitutionem fidei-*

*fideicommiſſariam ad feudum ex pacto.*

*16 Prohibitio alienationis facta per teſtatorem contemplatione certæ perſonæ dicitur fideicommiſſaria in caſu alienationis.*

*17 Succeditur in bonis teſtatoris, & non pupilli per ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

*18 Tex.in l.ſticchus §.ſeruus meus ff.de man. teſt.extenditur, & qualiter procedat, nu.19.*

*20 Prohibitio alienationis, an & quando ipſam impediat.*

*21 Filij incapaces ſuccedendi, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, non faciunt deficere conditionem.*

*22 Deportati pro mortuis habentur, ſimilitèr damnati pro crimine læſæ Maieſtatis.*

*23 Tex.in l.ex facto §.ex facto ff.ad trebell. ponderatur.*

*24 Crimen hæreſis eſt maius crimine leſę Maieſtatis.*

*25 Interrogatus ſi fuiſſet teſtator, idèm reſpõdiſſe præſumitur.*

*26 Teſtator preſumitur velle bona ſua conſeruari in familia.*

*27 Quartæ duæ detrahi poſſunt ab hærede grauato ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. ſecus ſi purè eſſet grauatus, nam tunc vnica tantum.*

*28 Detractio quartarum qualiter de iure canonico, & de iure ciuili procedat.*

*29 Filius grauari non poteſt in legitima.*

*30 Falcidia poteſt expreſsè prohiberi.*

*31 Trebellianica, an poſſit expreſsè prohiberi.*

*32 Deciſio altercationis, quod fiſcus quartas detrahere non poſſit, refertur.*

*33 Legitimæ quis ſpecificè renunciare debet, vt ab ea excludatur.*

*34 Iuramentum habet vim expreſſi.*

*35 Expreſſa omnia cenſentur per relationem ad teſtamentum in inſtrumento facto.*

*36 Deciſio R.C. quod bona hæretici ſubiecta reſtitutioni, non fiſco, ſed hæredibus filijs applicari debent.*

## DECISIO L.

QVidam N. commiſit crimen hæreſis, & quia fuit relapſus, condemnatus fuit ad mortem, & ad eius combuſtionem, cum omnium bonorum ſuorum confiſcatione, iuxta tex. in cap. vergentis extra de hæret. & in cap. cum ſecundum eod. tit. in 6. & in auth. Gazaros C. eod. tit. pro cuius ſententiæ exequutione dicto N. fuit caput amputatum, & corpus combuſtum, & omnia eius bona publicata, & Regio Fiſco applicata; quibus omnibus exequutis, & adimpletis, comparuerunt in Regia Camera fratres dicti N. petentes bona ſua vigore fideicommiſſi facti in teſtamento quondam N. eorum communis patris, qui dictis eius filijs hæredibus inſtitutis eos ad inuicem ſubſtituit vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, & prohibuit expreſsè eius bona alienari, niſi vnus eorum alteri venderet; diſpoſuit etiam, quod ſi fortè contingeret, aliquem ex dictis eius filijs ſeruiri alio Regi, quàm Regi noſtro, quod tunc ſit ipſo iure, & ipſo facto priuatus eius parte, quæ applicetur alijs eius fratribus fidelibus; cùm igitur iſte caſus euenit, quod dictus N. fuit declaratus hæreticus, & ſic rebellis diuinæ Maieſtatis, relapſus, & capite truncato combuſtus, eius bona alienari prohibita vigore fideicommiſſi
1 eorum patris debent ad eos prouenire, & non ad Regium Fiſcum, qui habetur vt hæres extraneus, eſt gloſ. in l. 1. in gloſa final. in fin. C. de bon. liber. & ibi Bart. in 2. colum. verſic. ſecundo quæro, Alexand. & omnes in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de dam. infect. Hyppolitus de Marſil. in ſing. 314. Immò fiſcus non eſt propriè hæ-
2 res, quando bona per delictum ei acquiruntur, eſt benè propriè ſucceſſor, l. 2. & ibi gloſ. C. ad legem Iuliam de



Digitized by Google

vi publ. Aret.in l. ex facto §.final.co-
lumn.1. ff.de vulgar. & pupillar. ſubſt.
& latiùs in l.ſi quis mihi bona §.1. co-
lumn.penult.& in fin. ff.de acquirend.
hæred. & quando bona prohibita ſunt
alienari per teſtatorem fauore ſuæ fa-
3 miliæ, quæ prohibitio non eſt nuda,
ſed cum cauſa legitima, eſt valida,
l.filiusfamilias §.Diui ff.de legat.1.vbi
Doctores omnes, & tunc quia bona
nullatenus poſſunt alienari in præiudi-
cium illorum, quorum fauore prohibi-
ta fuit alienatio, quia ſi bona prohibi-
ta ſunt alienari extra familiam, etiam
4 ſi non eſt dictum, quia teſtator vult
ea manere ſemper penès familiam, il-
li de familia cenſentur vocati per fi-
deicommiſſum, ita Doctores commu-
niter contra Dyn. Bart. & Aretinum in
l.qui Romæ §.cohæredes,vbi latiſſimè
Iaſ. qui citat omnes, qui contra Dyn.
Bart.& Aret.tenent ff. de verbor. obli-
gation non tenebat talis alienatio,
5 imò eſt ipſo iure nulla, l. final. §. ſed
quia, & §. ſin autem ſub conditione
C. communia de ſucceſſion. quo caſu
talia bona ita alienari prohibita, ſicut
non tranſeunt in heredem extraneum,
ita delinquendo illi, qui ſunt prohibi-
6 ti bona alienare non poſſunt per pu-
blicationem in fiſcum bona talia tranſ-
ferre, l. Imperator vbi Bart.& Angel.
Alexand. & reliqui in dicto §.ſi de ve-
ctigalibus, Bar.in l.ſi quis in tantum C.
vnde vi, verſ. quæro an Dominus te-
neatur,vbi ponit talem regulam, quod
quando alienatio eſt prohibita fauore
7 alterius, tunc etiam delinquendo quis
non alienat, ſequitur Aret.in conſil.14
column.4. Bart. in l. legatarius ff. de
excuſation. tutor. Alexand. latiſſi-
mè in conſil.23. in 1. volum. & in
l. quoties ff. de nouation. in addition.
ad Bart.ibi, & adde, quod ad eum, &
latè habetur per Hyppolitum in dicto
ſingular.314.qui alios allegat,Iaſ.idem
tenet in d. l. filiusfamilias §. Diui in
2.lect.colum.4. & ſatis apparet ex ver-
bis teſtatoris dicti quondam N. eo-
rum patris,qui voluit, vt eius bona re-
manſiſſent ſemper penès eius filios,
quia primò eos ad inuicem vulgaritèr,
pupillaritèr, & p fideicommiſſum ſub-
ſtituit;quo caſu filiorũ fauore ſunt bo-
na prohibita alienari, quia ſubiecta re-
ſtitutioni,per textum in d.l.final. §.ſed
quia, & §. ſin autem ſub conditione
C.commun. de ſucceſſion. Secundò
hoc apparet,dum vult, quod bona non
poſſunt alienari, niſi vnus ex filijs alte-
ri venderet, & ſic vult ex hoc, quod
talis prohibitio facta eſt fauore filio-
rum:Ex alio percipitur,dum vult teſta-
tor, quod ſi aliquis ex filijs deuiaret à
fidelitate Regis noſtri, & alij Regi ſer-
uiret, quod ſit ipſo iure priuatus ſua
parte, quæ alijs filijs fidelibus acquira-
tur, & ſic mens clara eſt teſtatoris, vt
eius bona ſemper penès eius fami-
liam remanerent; hæc opinio confir-
matur ex his quæ notantur per gloſ.
Andr. Afflict. & per alios in cap. 1. ſi
vaſſallus feud.priu.cui defer.vbi poni-
tur quæſtio difficilis, ſi vaſſallus,qui te-
8 net feudum antiquum ex pacto,& pro-
uidentia,qui non habet filios,neque
alios deſcendentes, ſed ſolùm habet
agnatos, qui in feudo ſuccederent,
mortuo feudatario, ſi ille feudatarius
commictit culpam in Domino etiam
directè, vt quia commictit in Domi-
num rebellionem,quo caſu non eſt du-
bium, quod priuatur feudo, vt in dicto
cap. 1.ſi vaſſal. feud. priu. cui defer. &
in cap.1.§.denique quę fuit prim.cauſ.
benef.ammict.tunc feudum non publi-
catur,ſeu Domino non deferetur, ſed
venit ad agnatos, ſecundum opinio-
nem æquiorem gloſ. in dicto cap. 1. ſi
vaſſal.feud.priu. in gloſ.1. & ibi Andr.
& Affl.quia culpa feudatarij non debet
9 nocere agnatis, qui nõ habent cauſam
à dicto vltimo vaſſallo delinquente,
ſed ſolùm à primo acquirente, quia
huiuſmodi feuda ex pacto, & proui-
dentia ſunt ſubiecta reſtitutioni,& ideo

non

Digitized by Google

non poſſunt alienari, etiam cum con-
ſenſu Domini, niſi conſentiant agnati,
quibus feudum eſt acquirendum, tex.
in cap. 1. de alien. feud. patern. & ibi
Andr.colum.1.qui dicit, quod ille tex.
loquitur in feudo ex pacto, & proui-
dentia, & quaſi à die datæ in poſſe
actoris, And.in d.c.1.ſi vaſſal.feu.priu.
col.fi.in prin.l.quoties C.de don. quæ
ſub modo, & §.olim col.2.de ſucc.feu.
11 vbi optimè dicit, quod hoc feudum
differtur à genere, & non à patre, &
ideo remanet incolumen, l.3. ff.de in-
terd.& releg. videtur donare qui feu-
dum tali dedit, vt poſt mortem primi
12 perueniat ad ſecundum, & ſic de ſin-
gulis, in quo poſt diem mortis erit do-
natio, & conceſſio per ſe, & dabitur rei
vendicatio poſt mortem primi, C.de
don. quæ ſub mod.l.quoties, feudum
etiam datur ad diem, Hoſtien. in ſum-
ma, vtrum feud. ad cer.temp. dari poſſ.
& ſic quaſi reſtitutioni ſubiacet poſt
13 mortem eius, qui ſequens eſt in gra-
du, in cuius præiudicium non valet
alienatio facta non veniente die, vel
conditione, l.fi.C.commun.de leg.hęc
Andr.ibi, & in §.quid ergo col.2. de
inueſt.de re alien.facta, & hoc etiam
dicit in pluribus alijs locis, quos non
refero, idem quod in d.§.1.ſi vaſſ.feud.
priu.dicit Andr.in d.§.1.col.2. & Affl.
ibi col.1.& 2. idem And.in §.ſi vaſſal-
lus culpam in princ. ſi de feud. defun.
mil. fuer.controu.inter dom. & cum
Andr.tranſit Loffr.in d.c.1.ſi vaſſ. feu.
priu. qui in fine dicit, quia delictum
14 vnius non debet nocere alio, qui ex pa-
cto, & prouidentia venit, potius quam
ſucceſſione, eius bona alienantur, quia
ipſo iure fiſco acquiruntur, & publican-
tur, licet requiratur ſententia declara-
toria, cap. cum ſecundum de hær.in
ſextò, & in cap.vergentis eodem titul.
in antiq. & in authen. Gazaros C. eo-
dem titulo, & hoc potiſſimum, quia
iſti filij teſtatoris eorum patris ſunt vo-
15 cati per ſubſtitutionem fideicommiſ-
ſariam, vt eſt tex.in d. l. filiusfamilias
§.diui in fin.ff.de leg.1.& hoc not.Iaſ.
ibi in 2.lect. col.2. in 6. notab. vbi di-
cit per illum tex.in verb. fideicommiſ-
16 ſarij, quod quando prohibitio aliena-
tionis fit per teſtatorem contempla-
tione certæ perſonæ, illa perſona dici-
tur fideicommiſſaria in caſu alienatio-
nis factæ contra diſpoſitionem teſtato-
ris per illum tex. & per l. vnum ex fa-
milia, quaſi per totam legem ff. de
leg.2. tamen per ſubſtitutionem fidei-
commiſſariam ſucceditur teſtatori, &
non hæredi, l. cum hæredi §. cum fi-
liæ in fine, & ibi hoc not. Paulus de
Caſtro in l. final. ſiuè melius in verbis
finalibus. Propterea dicit ibi Iaſ. in
6. notab. quod per ſubſtitutionem fi-
deicommiſſariam non ſucceditur in
17 bonis pupilli, ſed in bonis teſtatoris,
Nec obſtat text. in l. ſticchus ſeruus
meus ff. de man. teſt. vbi text. vult,
18 quod ſi teſtator prohibuit ſeruum
alienari, & ſi fuerit alienatus, valet alie-
natio, & ſeruus non conſequetur liber-
tatem, & ſic videtur ille tex. contra ſu-
pradicta, ad quem dupliciter reſpon-
detur.

Primò, illum non habere locũ, quan
19 do priùs eſt ſimpliciter prohibita alie-
natio, vt ſi eſt dictum, *Prohibeo hęredibus
meis, ne bona mea alienent*, dummodo
ſit facta cum cauſa alienatio, licet po-
ſtea dicat, *Et ſi alienauerit, volo quod
non teneat talis alienatio*, non valet
talis alienatio, & tex.in d.l.ſticchus ſer
uus meus non procedit, vt eſt gloſ. ibi
in gloſ. final. quam allegat Aret. in
conſil.18. colum.2. vbi optimè decla-
rat, idem tenet Petrus Benut. & Iaſ. in
d.§.diui in 2.lect.col.8. tenẽdo dictam
doctrinam.

Secundò reſpondeo, quod ille tex.
procedit, quando eſt facta prohibitio
per verba . . . . . . . vt puta, ſi
20 dicit, *ſi alienaueris*, quia tunc prohibi-
tio refertur ad tempus, quo iam eſt
tranſlatum dominium in alium, ideo



Digitized by Google

prohibitio talem non impedit alienationem, ſecus ſi dicatur, ſi alienatis, tunc impeditur alienatio, & tranſlatio iuris in alium, ita declarat magiſtraliter illum tex. Bar. in d. §. diui col. 2. & cum eo DD. omnes ibi, vt declarat Iaſ. col. 7 in caſu noſtro erat facta prohibitio alienationis ſimplicitèr, & purè, ideo ille tex. non procedit.

Secundò dicebatur pro parte iſtorũ actorum, quod teſtator eos ſubſtituit, dicendo, quod quandocumque *li ſuoi figli, heredi inſtituti moreſſero ſenza figli legitimi, & naturali deſcendenti del ſuo corpo, che in tal caſo l'vno ſucceda all'altro, poiche hoggi lo caſo è ſucceſſo, che N. è morto ſenza figli,* ſucceſſibiles, quia om-
21 ninò incapaces, & non poſſunt ſuccedere neque ex teſtamento, neque ab inteſtato non faciunt deficere conditionem, eſt glo. in d. l. filiusfamilias §. cùm quis, quia ipſi filij habentur pro mortuis, prout ſunt deportati, immò
22 multò magis incapaces, prout ſunt dãnati in metallum, l. ſi quis in metallum ff. de his qui pro non ſcrip. hab. de quibus loquitur tex. in d. authen. Gazaros, & in d. cap. vrgentis, tales enim pro mortuis habentur, vt in filijs damnatis pro crimine læſæ Maieſtatis, vt in l. quiſquis §. filij C. ad legem Iuliam Maieſtatis, ſi deportati pro mortuis habentur, l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. l. 1. §. fin. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & in l. ſi necem §. deportatus ff. de bon. liber. illi enim inſtitui non poſſunt, l. 1. C. de hæred. inſt. quanto magis iſti habentur pro mortuis, qui omninò incapaces ſunt, iſtud motiuum eſſet tena-
23 ciſſimum, ſi non repugnaret tex. in l. ex facto §. ex facto ff. ad trebell. vbi eſt tex. quod ſi quis eſt inſtitutus, & grauatus de reſtituendo hæreditatem Titio, ſi ipſe hæres moriatur ſine liberis, filij qui ſunt nati, vel concepti antequam hæres ſit deportatus faciunt deficere conditionem, ſecus ſi nati, vel concepti ſunt poſt deportationem hæredis

In caſu noſtro, filij N. erant nati antè crimen hæreſis, per eum cõtractum, ergo faciunt deficere conditionem in fauorem fiſci, vt eſt ibi gloſ. & Doctores, quocirca iſtud motiuum obſtãte illo tex. non iuuat actores. Vltimo loco erat tertium fideicommiſſum, in quo ſunt ſubſtituti alij filij teſtatoris, eo caſu, quo aliquis eorum deuiaret à fidelitate Regiæ Maieſtatis, licet iſte caſus in ſuis terminis non euenerit, quia nullus eorum à fidelitate Regis diſceſſit, tamen quia deficit in caſu maiori, quia deuiauit, & diſceſſit à fideli-
24 tate ſummi Dei noſtri, commictendo crimen hæreſis, cùm longè ſit grauius æternam, quàm temporalem Maieſtatem offendere, d. cap. vrgentis, & d. authen. Gazaros, non eſſet inconueniens dicere, quia ex tacita mente teſtatoris idem ab eo cenſeatur diſpoſitum in iſto caſu, argumento authent. multò magis C. de ſacroſanct. eccleſ. ſi fuiſ-
25 ſet de dicto caſu interrogatus teſtator, idem dixiſſet à fortiori, per tex. & gloſ. in l. tale pactum §. final. ff. de pact. quid enim volebat teſtator, niſi
26 bona ſua perpetuò conſeruare in ſuos filios, & familiam, iuxta tex. in l. j. C. de in ius voc. iſtũ caſum non potuit teſtator cogitare, tãquam valdè inſolitum, vt aliquis ex eius filijs cõmicteret crimen hæreſis, de quo tunc temporis in hoc Regno non erat memoria, argumento text. in l. fiſtulas §. frumenta ff. de contrah. empt. facit quod notat Corneus in conſ. 23. 2. volum. colum. penult. ſeu final. tamen iſtud vltimum fundamentum non fuit acceptatum à Votantibus, quia poſtquam teſtator ſolùm poſuit ſubſtitutionem in caſu rebellionis, non debet extendi in caſu hæreſis, tamen ratio ſupra à me allegata à maioritate rationis ſatis procedit.

Fuit etiam dubitatum in hac cauſa,
ſi debebant detrahi duæ quartæ per fi-
ſcum, qui vt ſupra dixi, habetur loco hæ
redis, ſaltim extranei, cùm filius graua-
tus per fideicommiſſum reſtituere hæ-
reditatem alicui poſt mortem ſuam, ſi
27 deceſſerit ſine liberis, poteſt per eius
hæredes detrahi duplex quarta, videli-
cet, trebellianica, & legitima, quando
filius eſt grauatus per fideicommiſſum
reſtituere hæreditatem ſub cōditione,
ſecus ſi purè, quia tunc vnam quartam
ſolùm detrahere poteſt, eſt glo. commu
niter approbata in cap. Raynutius de
teſtam. ſecundum vltimam opinionem
ſuper glo. in verb. legitima in fi. glo. ibi
per Abb. ibi, qui dicit hanc eſſe com-
munem opinionem, & latiſſimè ibi in
add. ad Abb. & idem dicit Ioa. de Plat.
in l. fi. C. quan. & quib. quar. pars deb.
28 quod iſta eſt communis opinio, licet
de iur. ciu. non ſit ita clara, per tex. iur.
ciu. deciſum, ꝙ duæ quartæ detrahi poſ
ſint: tamen de iur. can. eſt expreſsè de-
ciſum, vt eſt tex. in cap. Raynutius de
teſtam. ergo ſtandum eſt iuri canonico,
per notata in c. 1. de nou. oper. nunc. &
quia hæc materia tractatur per Legi-
ſtas in pluribus locis, non refero, ſuffi-
cit mihi te remictere in addit. latiſſima
ad Abb. in d. cap. Rainutius. Eſt etiam
aduertendum, quod dictus teſtator ex-
preſsè prohibuit hæredibus ſuis detra-
ctionem, & legitimæ, & trebellianicæ,
29 legitimam debet habere filius inte-
gram, in qua per patrem grauari non
poteſt, l. quoniam in prioribus, & l. ſci-
mus in princ. §. cùm autem C. de inoff.
teſtam. & in d. cap. Rainutius, & in cap.
Rainaldus, eo. tit. quo verò ad trebellia
nicam licet ſint opiniones per Doct. in
30 varijs locis, an prohiberi poſſit, eſt opi-
nio communis, quod ſicut falcidia pōt
expreſsè prohiberi per teſtatorem, vt
eſt tex. in §. ſi verò expreſſim in auth.
de hæred. & falc. col. 1. & auth. ſed cū
31 teſtator C. ad leg. falc. ita etiam per te
ſtatorem poteſt expreſsè trebellianica
prohiberi, & per Bar. & Ang. in d. §. ſi
verò expreſſim hoc tenet gl. in l. ſed q̃a
de fideicom. liber. & dicit Ang. quod
hanc opinionem tenet Cyn. & commu
niter DD. in d. auth. ſed cùm teſtator.
32 Fuit tamen concluſum, quod etiam re-
ſpectu legitimæ non fouet fiſcus Iuſti-
tiam, ex eo, quod omnes fratres mor-
tuo teſtatore, qui erant hæredes inſti-
tuti approbauerunt teſtamentū, & om-
nia, & ſingula in eo cōtenta, & ita iura-
uerunt, propterea non potuiſſent veni-
re contra teſtamentum, & ſic quartas
detrahere, et legitimam eodem modo
non poterit fiſcus contra teſtamentum
venire, cū veniat ex perſona vnius hæ-
redis, videlicet N. licet quis debeat re-
33 nunciare legitimæ ſpecialiter, ad hoc,
vt ab ea excludatur, l. ſi aliquando §.
generaliter C. de inoff. teſtam. tamen
quia in hac approbatione interuenit iu
34 ramentum, quod habet vim expreſſi, &
Bal. in l. 1. C. com. de leg. col. pen. Lud.
in l. 1. §. ſi quis ita colu. 10. & ibi Alex.
ff. de ver. obl. & Iaſ. in l. 1. in fi. ff. ſi quis
in ius voc. non ier. & clauſulæ, vt valeat
omni meliori modo, quo valere poſſit,
vt dicit Bar. ibi in l. cùm pater §. filius
matrem ff. de leg. 2. ſatis erat renuncia
35 tum legitimæ, tamen q̃a dicti hæredes
ſe retulerunt ad teſtamentum tempore
eius approbationis; ideo omnia contē-
ta in teſtamento cenſentur expreſſa in
inſtrumento, l. aſſe toto, & ibi Bar. ff. de
hær. inſt. & in l. ſi ita ſcripſero, vbi Bar.
ff. de cond. & demon. Aret. optimè in
l. Titia §. fi. & in l. pluribus col. 1. ff. de
ver. obl. Ex quibus omnibus ſupra de-
ductis fuit deciſum, & votatum in S. R.
Coll. Conſil. per omnes Regentes, &
36 per totam R. C. S. nemine diſcrepante,
quod bona, quæ fuerunt dicti N. hære-
tici, quæ fuerunt eius patris, & ſubiecta
reſtitutioni, & prohibita alienari eſſe
reſtituenda dictis actoribus, vna cū fru-
ctibus medio tempore perceptis.



Digitized by Google

# ADDITIO.

## SVMMARIVM.

1 *Bona damnatorum filijs regulariter conſeruantur.*

2 *Bona in crimine hæreſis omnia publicantur, etiam filijs exiſtentibus, quod omni iure eſt probatum.*

3 *Bona hæreticorum cui applicari debeant.*

4 *Hæreticus facit de iure fideicommiſſum, filijs non exiſtentibus.*

5 *Bona foriudicati quærũtur filijs, vel agnatis.*

6 *Deciſio Sacri Conſilij adducitur contra vſurarium, qui non poteſt puniri pœna publicationis bonorum, vt extraordinariè puniatur.*

7 *Confiſcationis pœna in conſequentiam eſt hodie ſublata.*

8 *Hæreticis eſt impoſita etiam pœna publicationis bonorum, ſimiliter in crimine læſæ Maieſtatis nu. 9.*

10 *Bona peruenta alio titulo, quàm ex perſona patris filio, an confiſcãtur ob crimen hæreſis.*

11 *Bona maioratus, an confiſcantur ob hæreſim.*

12 *Filij priuantur beneficijs obtentis ante condemnationem patris.*

13 *Fiſcus an detrahat quartam trebellianicam, atque legitimam, obſtante confiſcatione bonorum, ſaltim ob crimen prædictum.*

14 *Bona hæretici à quo die confiſcata cenſeri debeãt, refertur caſus vna cũ deciſ. R. C.*

EXaminatur in præſenti deciſione, ſi bona hæretici alienari prohibita, & reſtitutioni eſſent ſubiecta applicari debeant fiſco, vel ſucceſſoribus in fideicommiſſo, deciſum refertur ſpectare ad agnatos vigore fideicommiſſi paterni vna cum fructibus, nam licet
1 de iure communi bona damnatorum regulariter filijs conſeruentur, ex diſpoſitione authen. bona damnatorum C. de bon. proſc. Iul. Clar. §. hæreſis num. 12. exornat Alphan.
2 collect. 499. adhuc tamen in crimine hæreſis bona omnia publicãtur, etiam filijs exiſtentibus tàm de iure canonico, quàm ciuili, vt probat ibi Clar. eum ſequuti ſunt Scappa de iure non ſcripto lib. 5. c. 133. vbi tradunt,
3 cui bona hæreticorum applicari debeant, Peregr. de iur. fiſ. lib. 4. tit. 5. Farinac. in eius prax. crim. q. 25. à nu. 12. & in tract. de hæreſi q. 190. à num. 188 cum ſeq. & abundanter conſ. 118. tom. 2. per tot. cum alijs citatis per Scortiam theorem. 46. Sed quęſtionis eſt, an exiſtẽte fideicommiſſo bona deueniri debeant ad filios, vel agnatos, non eſt du-
4 bium, quod filijs non exiſtentibus hæreticus facit de iure fideicommiſſum, ſi grauatus ſine filijs deceſſerit ex Ruſticis probat Fuſar. de ſubſt. q. 427. reſeruari tamen debent bona ipſa fideicommiſſo ſubiecta filijs, vel agnatis exiſtentibus, iuxta concluſa per Auctorem, vt ex Merlin. inferius citãdo, & melius Reg. de Pon. conſ. 50. nu. 15. vol. 2. quæ ſiquidem comprobantur ex ijs, quæ tradit Præſ. de Franch. dec. 213. in foriudicato Neap. cuius bona licet ciuis quærantur filijs, ſiue agna-
5 tis, non autem fiſco, vt ibi num. 13. & 21. vbi nu. 37. declarat, qualiter procedat ex mente noſtri Auctoris, hoc procedere in illis caſibus, in quibus publicatio bonorum venit in conſequentiam pœnæ ſuæ condemnationis pro delicto, ibiq; etiã ſubdit audiuiſſe à prædicto noſtro Auctore aliàs per Sacrum Con-
6 ſilium in cauſa vſurarię prauitatis, pro qua eſt impoſita pœna publicationis bonorum, nè vſurarius impunitus remaneret, fuiſſe cõdemnatum ad pœnam extraordinariam, ſed
7 quia hæc pœna confiſcationis in conſequentia alterius eſt hodie ſublata, Caball. reſol. crim. caſ. 99. nu. 19. & ſolum locum habet in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, idem caſu 137. num. 18. Reg. de Pon. dec. 23.
8 nu. 11. meritò cùm ipſo iure hæreticis impoſitã pœna oſtendatur publicationis, nempè bonorum ex d. cap. vergentis cũ alijs allegatis per eundem Scortiam Theor. 43. aliter dicendum videbatur, vt ſimul cum alijs concurreret non acceſſoriè, & propterea filijs hoc obeſſe non debet quin bonis priuentur,
9 nam etiam in crimine læſæ Maieſtatis bona reſtitutioni ſubiecta non confiſcantur, latè Gigan. in tract. de crim. læſæ Maieſt. tit. de pœn. commict. crim. læſ. Maieſt. q. 3. ita pari-
10 ter ob tale crimen hæreſis, quoniam non eis obueniunt ex perſona patris, ſed alio iure, & propterea ipſi illis priuari non debent, latè Farinac. de hæreſi q. 191. num. 42. vbi in quæſt. allegata 190. num. 60. idem procedere
11 dixit in bonis maioratus, & ſimilibus, vbi latius erit videre, cui etiam conuenit altera comprobatio illius quæſtionis, ſi filij ipſorũ priuari debeant beneficijs obtentis ante
12 condemnationem patris, de quo ſatis per Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 35. à num. 9. ad 10. refert

refert inde poſtea contrarium deciſum fuiſſe per Rotam.

Circa alteram quæſtionem, ſi fiſcus poterit detrahere quartam trebellianicam, atq;
13 legitimam, obſtante tali confiſcatione bonorum, ſaltim ob tale crimen, & reſolutum patet negatiuè, de quo ſatis apud Merlin. in tract. de legitima lib. 3. tit. 1. q. 32. vbi de delinquente filio agit mortuo patre habente bona ex ordinatione patris fideicommiſſo ſubiecta, an fiſcus deducat legitimam: & inſuper à quo die intelligantur confiſcata bo-
14 na hæretici, qui poſt abiurationem relapſus eſſet in crimen, vndè dubitari contingit, ſi poterat confiſcari quædam domus per eum vendita per ſex menſes ante primam abiurationem, nam relapſus præſumitur fuiſſe ſemper in eadem damnatione, deciſum fuit per Regiam Cameram affirmatiuè, die 17. Martij 1567. referente Didaco de Eſcobar, apud Regentem Moles in tract. manuſcript. de Regal. Regni Neap. tit. de iur. deuol. q. 9.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Ducis Nuceriæ, & Vniuerſitatis circa pœnas delictorum, & cōtumaciarum recenſentur.*

2 *Verba enunciatiua prolata à Principe in iis, quæ poſſunt in eo diſponi, & de facto proprio tractatur, diſponunt.*

3 *Quis ſemper cenſetur proſpicere pro ſuis hæredibus, & ſi non dicatur.*

4 *Feudi natura eſt, vt detur pro ſe, & hæredibus ſuis.*

5 *Confeſſio arguitur ex præſentatione inſtrumenti in iudicio facta.*

6 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

7 *Aſſenſus nullus eſt, mortuo concedente abſq; illius impetratione, ſed nouo opus erit conſenſu, & contractu, cui non præiudicat.*

8 *Confirmatio in aſſenſu inſerta, an probet ſi de originale nil appareat.*

9 *Gloſ. in cap. Romana 19. diſtin. & in cap. pen. de confirm. vtil. vel inutil. qualiter procedant.*

10 *Confirmatio ex certa ſcientia, & non in forma communi, facta cenſetur quando tenor ſcripturæ confirmatæ eſſet inſertus in ſcriptura confirmante.*

11 *Clauſula, ſicut ſine prauitate, qualiter intelligatur.*

12 *Verbum, confirma, quatenus es in poſſeſſione, inducunt confirmationem in forma communi.*

13 *Clauſula, ſicut proinde latum fuerat, notatur.*

14 *Clauſula, ſicut iuſtè, & pacificè poſſidetur, explicatur.*

15 *Clauſula, quatenus in poſſeſſione exiſtunt, inducit cauſalitatem, non conditiones.*

16 *Confirmatio ſimpliciter facta alicuius priuilegij, cenſetur ex certa ſcientia, non in forma communi.*

17 *Priuilegium, & confirmationem habens ſufficit ad obtinendum, & titulum ſaltim inducēdum putatiuum, iniuſtum ad inducendum præſcriptionem.*

18 *Titulus erroneus in iure cauſat bonam fidem, & fructuum perceptionem.*

19 *Auctoritas ſuperioris bonam fidem cauſat.*

20 *Confirmatio facta cenſetur ex certa ſcientia, quando iuſta erit poſſeſſio.*

21 *Prouentus ſunt fructus iuriſdictionis.*

22 *Conceſſio alicuius rei de regalibus facta Baroni, & ſuo feudo adiuncta, non erit de regalibus, ſed pars feudi, de qua Baroni debetur ſeruitium.*

23 *Deciſio Sacri Conſilij refertur circa pœnarum, & contumaciarum diſtinctionem factam in cauſa Ducis Nuceriæ, eiuſq; Vniuerſitatis.*

24 *Exceptio rei iudicatæ, an obſtet aduerſus hæredem coniuncti, vel actoris.*

25 *Diffiniri debet idem corā ſucceſſore, quod coram prædeceſſore diffinitum eſt.*

26 *Exceptio rei iudicatæ, quando obſtet.*

27 *Poſſeſſio cum proprietate nil commune habet.*

28 *Exceptio rei iudicatæ quando ceſſet.*

29 *Regalia non poſſidentur abſque priuilegio.*

30 *Diſcuſſio præſumitur facta in priori ſententia lata de omnibus.*

31 *Iudex cēſetur reprobaſſe priuilegiū ſi eſſet*

contra

*contra illud iudicatum, & ſi expreſsè hoc non fuerit dictum in ſententia.*

32 *Sententia cenſetur ſtare, vel demonſtratiuè, vel cumulatiuè, vel declaratiuè, referendo ſe ad priuilegium productum in actis.*

33 *Deciſio Regiæ Cameræ affertur in fauorem Vniuerſitatis.*

## DECISIO LI.

Regius Fiſcus egit in R.C.S. contra Vniuerſitatem Nuceriæ Paganorum, petens ab ea præſentari titulum, quo poſſidebat, ſeu quaſi proentus omnes iuriſdictionis ciuilis, & criminalis dictæ Ciuitatis, exceptis illis, qui proueniunt ex delictis pœnam mortis inferentibus; dato termino in cauſa tunc vertente inter Reg. Fiſcum, & dictam Vniuerſitatem, comparuit Ill. Dux Nuceriæ dictæ Ciuitatis vtilis Dominus, & infringendo iura fiſci petitoris dicit, omnes dictos prouentus ad ſe ſpectare, mediante titulo emptionis, quem habet à Regia Curia, à qua dictam Ciuitatem emit cum omnimoda iuriſdictione, & omnibus prouentibus, & ex dicta iuriſdictione prouenientibus, & produxit inſtrumentum emptionis ampliſſimum, ex quo eius intẽtio fundatur.

Ex aduerſo pro parte Vniuerſitatis dicitur, quod omnes ſuprascripti prouentus ſunt ſui, mediantibus cõceſſionibus dictorum prouẽtuum factis tàm per quon. Sereniſſimas Reginas domus Aragoniæ, tunc temporis vtiles Dominas, ſucceſſiuè vna poſt aliam dictæ Ciuitatis, quàm ex confirmatione dictorũ priuilegiorum facta per Ducem Nuceriæ prædeceſſorem pręſentis Ducis, Regio aſſenſu confirmata; tum etiam mediante ſententia in fauorem dictę Vniuerſitatis lata per S.R.C. cõtra dictum Ducem; per quam declaratur, pœnas fideiuſſionum, & contrauentionum ex iſtis delictis ſpectare ad dictam Vniuerſitatem; pœnas verò contumaciæ ex delictis pœnam mortis inferentibus ſpectare ad dictum Ducem, iuxta formam priuilegiorum dictæ Vniuerſitati conceſſorum.

Pro parte dicti Ill. Ducis dicitur, quod huiuſmodi tituli, quos prætendit Vniuſitas ſunt nulli. Primò, priuilegium dictorum prouentuum, quod cõceſſit Regina Ioanna Prima vxor Regis Ferdinandi Primi dictæ Vniuerſitati eſt nullum, quod multipliciter probatur. Primò, quia conceſſio dictæ Vniuerſitatis Nuceriæ facta dictæ Reginæ à Rege Ferdinando II. non probatur, quia non adeſt priuilegium dictæ conceſſionis, ſed ſolùm literæ dicti Ferdinandi II. directæ Federico Candido de Neap. in quibus cauetur, quod attento, quod dictus Federicus II. conceſſit dictæ Sereniſſimæ Reginæ dictam Ciuitatem Nuceriæ cum mero, & mixto imperio, primis, & ſecundis cauſis, &c. tradat dictę Reginæ poſſeſſionem, vel alteri eius parte, hæc verba ſunt enarratiua, & enunciatiua, ergo non diſponunt, ſed in hoc non eſt tempus conterendum, quia verba enunciatiua prolata à Principe in his, quæ poſſunt in eo 2 diſponi, & de facto proprio tractatur diſponunt, vt in tex. vulg. & ibi glo. & omnes Canoniſtæ in clem. 1. de prob. eſt tex. in l. j. §. cum vrbem vbi notatur ff. de off. Præf. Vig. Non eſt etiam dubitandum, quia iſta conceſſio fuerit facta in feudum, quia in Regno hoc eſt expeditum, vt ſi alicui concedatur Terra, vel Caſtrum cum vaſſallis, ſemper, etiam ſi non dicatur cenſetur conceſſum feudum quaternatum, niſi fuiſſet Eccleſiæ conceſſum, vt per Andr. in Conſt. Regni Iuſtitiarij nomen, & normam.

Fuit tamen maior difficultas, An huiuſmodi conceſſio facta fuerit pro Regina ſolùm pro eius Camera, & ſic ad eius vitam, an verò conceſſio cenſeatur facta pro ſe, & hæredibus, pro

vtraque

vtraque parte ſunt rationes. Primò,ꝙ pro hæredibus eſt diſpoſitio legum, ꝙ quis cenſetur ſemper proſpicere hęre-
3 dibus ſuis,etiam ſi non dicatur, l.ſi pactum ff.de prob. l.ſi neceſſarias §.pen. ff.de pignor.act.cap.1.in fin.de duob. fratr.à cap.inueſt.& ita dicit Andr.in pluribus locis in cap.1.col.5. qui ſucc. ten.in c.j.§.huius autem generis col j. ex quib.cauſ.feud am.cap.1.col.1.in princ. an agnat. & in cap.ſed nec eſt alia colu.3. quæ fuit prim.cauſ. benef. amict.vbi dicit,quod de natura acquiſitionis feudi eſt, vt feudum detur pro
4 ſe, & hæredibus ſuis, & in multis alijs locis hoc dicit Andr. tamen quia illa promiſſio ducatorũ quindecim milliũ annuorum, quæ ſuper multis Ciuitatibus, & Terris erat iam adimpleta per alias Terras adiũctas per Sereniſſimum Regem Ferdinandum Primum pro integro complemento dictæ Cameræ,vt apparet per ſcripturas in proceſſu præſentatas;erat etiam alia cõiectura,quia quando Rex Ferdinandus II. conceſſit Ciuitates Vici, Surrenti, & Terram Maſſæ Lubrenſis, quæ ſimpliciter per dictum Regem Ferdinandum Secundum conceſſæ fuerunt dictæ Reginæ, non facta mentione de quo in Cameram fuerunt conceſſæ; nihilominus in mandato facto pro dicta Regina pro capienda poſſeſſione dictarum Terrarum,fuit dictum,quod erant in Cameram conceſſæ,& tamen in inſtrumento pro capienda poſseſſione Ciuitatis Nuceriæ non fuit expreſsum,quod in Cameram fuit facta cõceſſio,ergo videtur quod conceſsum fuerit pro ſe,& hæredibus.

Vltimò eſt aduertendum,ꝙ Sereniſſimæ Reginę conceſserunt paſsum, & Tabernam *delle Camerelle* in Territorio Nuceriæ quond. Iacobo Brancatio, & fuit impetratus aſsenſus Regius ſuper dicta conceſſione,qui tenuit,ſeu poſſedit tàm ipſe, quàm eius hæredes poſt mortem dictarum Reginarum, & hodie Ill.Dux Nuceriæ poſſidet virtute emptionis per eum factæ ab hærede dicti Iacobi Brancatij.

Pro parte verò contraria,quod imò dicta Ciuitas Nuceriæ fuit conceſsa pro Camera,& non pro hæredibus facit, quia quando dicta Regina Ioanna petijt confirmationem dicti Ducis Terris à Sereniſſimo Rege Catholico felicis recordationis dicit, illas Terras in Cameram fuiſse ei conceſsas,& ſui eſt
5 propria eius confeſſio in iudicio facta per inſtrumenti productionem, l.cùm precum C. de lib. com. cum ibi plenè notatis per DD. adeſt alia confirmatio Reginæ Ioannæ matris Cæſareæ Maieſtatis Inuictiſſimi Caroli, quæ ſe refert ad Priuilegium confirmationis Catholicæ Maieſtatis,& ſic idem cõtinet, quod illud priuilegium,ad quod ſe refert,per notata per Bar.in extrauag. ad reprimendum in verb.prout,& Aret.in l.pen.C.de inſt.ſub cond.facta,eſt etiã alia declaratio Duciſſæ Milani, quæ fuit hęres hæredis dictę Seren.Reginæ Ioannæ, quæ etiam fatetur,dictam Ciuitatem Nuceriæ fuiſſe cõceſſam, ineſt etiam quædam conceſſio facta cuiuſdam petij terræ cum dicto territorio Nuceriæ cuidam Criſpino per dictam Reginam, quæ poſt mortem eiuſdem fuit reuocata per Maieſtatem Cæſaream,dum etiam dicta Regina erat Vidua ſine liberis maſculis,quibus quando per Reges fiunt conceſſiones ſolent fieri ad eorum vitæ decurſum. Vltimò videmus,quod poſt mortem dictæ Reginæ Ioannæ Primæ per Reginam Ioãnam Secundam eius filiam, & hæredẽ non fuit denunciata eius mors, neque fuit ſolutum releuium,neque in earum vita fuerunt ſolutæ adohæ; Iſta pars vltima videtur probabilior, quam ſi tenemus, non oportet intrare difficultatem,ſi aſſenſus ſuper cõceſſione dictorum prouentuum eſt validus, vel quia ſi ſolùm pro Camera dicta Ciuitas cõceſſa fuit,& ſic ad vitã, Mortua Regina conceſ-

Digitized by Google

cõceſſio prouentuum per eam facta
6 fuit reuocata, quia reſoluto iure dato-
tis,reſoluitur ius acceptoris,leg. lege
vectigali ff.de pign.Bar.in l.diem ff.de
aqua plu.arc.& in c.1.§.profectò de
leg.Corr.And.in c.1. §. demanſo col.
final. de controu. inueſt. & in pluribus
alijs locis,ſi verò tenemus primam opi
nionem, quod ſit facta cõceſſio pro ſe,
& hæredibus,tunc dico,conceſſionem
ex defectu aſſenſus non tenere, quia
aſſenſus Regius fuit cõceſſus poſt mor-
tem Reginæ Ioannæ, quæ prouentus
conceſſit, qui aſſenſus nullus eſt,quia
mortua cõcedente abſq; impetratione
7 aſſenſus bona feudalia liberè ſunt ac-
quiſita hæredi, & dominium in eum
tranſlatũ; Ideo talis aſſenſus abſq; eius
nouo conſenſu, & contractu ei non
præiudicat, vt per Andr. qui ab omni-
bus eſt ſequutus in cap. Imperialem in
princ.colu.6.in 1.& 2.add. de prohib.
feud.alien.per Fed. Propterea dicit ibi
Andr.in col. 3. ꝙ ſufficit ſola voluntas
Regis,ſi feudatarius non trasferret ius
alterius,& ideo dicitur, quod aliud eſt
vendere,quam conſentire; Et ſi dice-
batur, prout dicitur, quod in caſu no-
ſtro eſt confirmatio Reginæ Ioannæ II.
per verba generalia,quia cõfirmat om-
nia capitula conceſſa Ciuitati Nuceriȩ
per eius matrem, quæ confirmatio eſt
inſerta in aſſenſu, ergo videtur, quod
8 probat confirmationem,licet aliàs non
appareat inſtrumentum originale dictȩ
confirmationis, per notata per glo.in
cap.Romanorum 19.diſt. gloſ. plenior
in cap.pen. de confirm. vtil. vel inutil.
Abb.& Felyn.in cap. inter dilectos de
fid.inſtrum.& Iaſ.in auth. ſi quis in ali-
quo C.de eden.quia illȩ gloſæ,&DD.
9 procedunt, quando in confirmatione
eſt inſertus totus tenor rei confirmatȩ,
ac conſenſus ambarum partiũ,vel quan
do vna pars produxerit confirmatio-
nem cum inſerto tenore rei confirma-
tæ,& alia pars fuit citata ad videndum
dictam confirmationem, aliàs talis in-
ſertio abſque eo quod originale produ
catur non probat, neque fidem facit,
ita tenent Hoſt.Io.Andr. Innoc. Imol.
Abb.& Det.in d.cap.pen. de confirm.
vtil. vel inutil. & hoc cum maxima ra-
tione,quia aliàs quilibet poſſet fingere
vnum contractũ cum alio initum,& to-
tum inſerere in aſſẽſu, ꝙ ſi fidem face-
ret,eſſet maxima partis deceptio,ſecus
in priuilegijs,quæ Princeps facit, quia
ſi in confirmatione inſerit totum priui-
legium, probat abſque alia originalis
productione,cùm agatur de priuilegio,
qui non poteſt decipi, præſertim in fa-
cto proprio, ita ſupradicti DD. vbi ſu-
pra, & ſic vides, ex his priuilegijs Re-
ginarum, & aſſenſu impetrato Vniuer-
ſitati Nuceriæ nullum fouere ius.

Veniamus modo ad conceſſionem
factam de omnibus capitulis dictȩ Vni
uerſitati per Ill.Tiberium Carafam Du
cem dictæ Ciuitatis, qui eidem con-
ceſſit plura capitula, aſſenſu Regio val-
lata,continentia confirmationem,& no
uam cõceſſionem omnium priuilegio-
rum, gratiarum, capitulorum, iuriſdi-
ctionum,immunitatum,officiorum,&c.
factorum aliàs per Sereniſſimos Re-
ges, & illos de domo Zurlo, & dictas
Sereniſſimas Reginas, qui & quæ fue-
runt Domini, & Dominæ dictæ Ciuita
tis, tàm concernentia bona feudalia,
quàm burgenſatica, vbi per hæc ver-
ba confirmantur: Placet Illuſtr. Duci,
quatenus ſunt in poſſeſſione. Cùm igi-
tur in ſupplicatione erat petitum,vt di-
ctæ confirmationes eſſent confirma-
tiones,& nouæ conceſſiones. Hæc de-
cretatio placet, quatenus ſtant in poſ-
10 ſeſſione,non ſtat conditionalitèr, ſed
cauſalitèr, ideſt omnia ſupra narrata
concedimus, quia de illis ſunt in iuſta
poſſeſſione,prout in fortioribus termi-
minis eſt tex.in d.cap.pen.de confirm.
vtil.vel inutil.vbi habetur, quod quan-
do in ſcriptura confirmante eſt inſertus
tenor ſcripturæ confirmatæ, cenſetur
facta confirmatio ex certa ſcientia, &

non

Digitized by Google

non in forma communi, etiam ſi in di-
11 cta ſcriptura confirmante eſſet dictum,
*ſicut ſine prauitate*, & proinde factũ eſt,
quia in hoc caſu, quando confirmatio
eſt facta ex certa ſcientia, illa clauſula,
quæ ſolet apponi videlicet, *ſicut ſine*
*prauitate,&c.* ſtat cauſalitèr, & non cõ-
ditionalitèr, Alex.in conſ.16. col.pen.
in 5. vol. quanto magis in caſu noſtro,
vbi ſunt factæ nouæ conceſſiones, quæ
plus important, vel ſaltim tantundem,
quàm quando ſunt factæ confirmatio-
nes ex certa ſcientia, quia etiam erit
noua,etiam ſi res confirmata eſſet nul-
la,nec ego reperio tex.qui dicat,quod
12 hæc verba, *Confirmo quatenus es in poſ-*
*ſeſſione*, inducant confirmationem in
forma communi,ſicuti reperio tex.in
alijs clauſulis,vt in illa clauſula, de qua
ſupra diſpoſita in d. cap. pen. eſt alia
13 ſimilis clauſula,*ſicut proindè latũ fuerat*,
de qua eſt tex.in cap.examinata de cõ-
firm.vtil.vel inutil. eſt alia clauſula po-
14 ſita in cap. quia diuerſitatem de con-
ceſſ.præb.videlicet, *ſicut iuſtè,& pacifi-*
*cè poſſidentur*,iſte tres clauſulæ benè in-
ducunt confirmationem in forma com
muni,illa verò de qua in capitulis,de
quibus agitur,videlicet, *Quatenus in*
15 *poſſeſſione exiſtunt*, non inducunt condi
tionem,ſed potius cauſalitatem, prout
dicunt DD.communiter in rubr. de
confirm.vtil.vel inutil.quod ſi quis cõ-
16 firmat aliquod priuilegium ſimplici-
tèr,vt confirmatio ex certa ſcientia, &
non in forma communi,& ibi Dec.qui
plures DD.allegat,neque eſſet ponere
os in cœlum dicere, quod hæc poſſeſ-
ſio prouentuum,quæ tenebatur, & poſ
ſidebatur per Vniuerſitatem Nuceriæ
non erat iniuſta, quia ſaltim habebat
17 titulum putatiuum,ex iuſto errore,quia
habebat priuilegium Reginæ Ioannæ
Primæ,& confirmationem eius filiæ,&
hæredis,mediante aſſenſu Regio, licet
non fuiſſent hæc ſufficientia ad obti-
nendum,ſaltim inducebant titulum pu
tatiuum iniuſtum ad inducendum præ-
ſcriptionem,l.Celſus,vbi latè Bar.ff.de
vſucap.maximè in Vniuerſitatibus,in
quibus moriuntur,& mutantur Sindici,
& alij eorum Adminiſtratores, iuxta
notata per Bar.in l.poteſt ff.eod.tit. &
titulus etiam ſi eſſet ex iuris errore,
18 cauſat bonam fidem, & fructus perce-
ptionem,Bar.in l.ſed & ſi lege § ſcire
& ibi tex.ff.de pet. hæred. Meritò di-
cebat notabilitèr Bal.in l.j.col.pen.C.
de furt. quod priuilegium poteſt eſſe
cauſa præſcriptionis, etiam ſi erretur in
19 iure,quia authoritas ſuperioris bonam
fidem inducit,l.fi.de his,qui à nõ dom.
manum. & l.generaliter ff. de noxal.&
ideo non põt dici in caſu noſtro, quòd
hæc fuit iniuſta poſſeſſio, ſed iuſta, ſi
iuſta,ergo confirmatio eſt facta ex cer-
20 ta ſcientia,iuxta tex. & ibi Bal.in c.1.
in prin.per quos fiat inueſt. erat etiam
aliud capitulum in fauorem dictæ Vni-
uerſitatis conceſſum per dictum Du-
cem, & eſt latiſſimum, etiam alia duo
capitula,alterum ſimplicitèr conceſsũ,
alterum conceſſum cum dicta clauſula,
*Quatenus ſunt in poſſeſſione*, in primo di-
citur,quod Capitaneus nõ poſſit face-
re prouentus, qui ſunt Vniuerſitatis ſi-
ne interuentu Aerarij dictæ Terræ, in
alio dicitur, ꝙ Capitaneus poſſit com-
mutare pœnas corporales in pecunia-
rias ſine alia licentia,& hoc eſt conceſ
ſum,ergo neceſſariò oportet dicere, ꝙ
prouentus erant conceſſi dictæ Vniuer
ſitati per dictum Ducem Tiberium, quia
aliàs iſta duo capitula eſſent ſuperflua
& vana, tum etiam quia dictus Illuſtr.
Dux in confirmatione capitul. 17. lo-
quentis,vt ſupra retuli de prouentibus
dicit, *Placet Ill.Duci, quod confirmentur*
*Capitula, & Priuilegia confirmata per Il-*
*luſtriſſimum Viceregem, quatenus ſunt in*
*poſſeſſione*; cùm igitur in confirmatione
Ill.Proregis erãt confirmata priuilegia,
& capitula continentia conceſſiones
prouentuum,ergo ſumus in claris,quia
dictus Dux Tiberius noluit concedere
Vniuerſitati omnes illos prouentus,

quos

Digitized by Google

quos ei conceſſerat Regina Ioanna Prima, eſt etiam vanum dicere, quod iſti prouentus ſunt de regalibus, iux. tex. in c. 1. quæ ſunt regal. quia ego fortè poſſem intelligere illum tex. quando prouẽtus ſunt coniuncti cum iuriſdictione puta ſum Dominus alicuius caſtri cum mero, mixtoq; imperio, & cum omni-
21 moda iuriſdictione, cuius fructus ſunt prouentus, ſecundum Bar. in l. fin. ff. ſol. matrim. ſi verò prouentus eſſent alicui conceſſi abſque aliqua iuriſdictione, fortè poſſet dici, hoc caſu prouentus non eſſe de regalibus, dico vltra, quod
22 ſi aliqua de regalibus ſunt conceſſa alicui Baroni, & ſuo feudo adiuncta, non erunt de regalibus, ſed pars feudi, & de illis debetur Domino ſeruitium, vt ſatis poteſt colligi ex notatis per Luc. de Pen. in l. vſum aquæ de aq. duc. lib. 11.
23 Vltimò, pro hac opinione in fauorẽ Vniuerſitatis adducitur ſententia diffinitiua lata per S.R.C. 10. Iulij de anno 1533. referente D. Ioanne Martiale Regio Conſiliario viro doctiſſimo, & acutiſſimo, per quam declaratur, quod pœna cõtumaciæ pro delictis, pro quibus venit imponẽda pęna mortis, ſunt, & eſſe debeant Curiæ Ducalis; Pœnæ verò contumaciæ, contrauentionum, p fideiuſſores pro dictis delictis, ſint, & eſſe debeant dictæ Vniuerſitatis, iuxta formam priuilegiorum eidem Vniuerſitati conceſſorum, eſt ergo iudicatum pro dicta Vniuerſitate, & ideo obſtat exceptio rei iudicatæ, quia agitur de eadem re, quia de prouentibus eadem actione, & inter eaſdem perſonas, quia tunc agitabatur cauſa inter Ill. Ducem dictæ Terræ Tiberium Carrafam auum præſentis Ducis, cuius per mediam
24 perſonam ſui patris, præſens Dux eſt hæres, l. fi. C. de hæred. inſt. & ſic militat diſpoſitio l. cum quæritur cum ſeq. ff. de re iud. eſt optimus tex. in l. ſi quis cum tantum verſ. æquidem ff. eod. tit. vbi dicit, æquidem ita diffiniri poteſt toties eandem rem agi, quoties apud
25 Iudicem id quæritur, quod apud priorem quęſitum eſt, meritò dicit ibi Paulus de Caſtro, quod ſi ego petij fundũ actione reiuendicationis, quia ſum Dominus, & habui ſententiam contra; ſi poſtea peto eiuſdem fundi fructus ex eadem cauſa, quia fundi Dominus obſtat exceptio rei iudicatæ: Eſt etiam optimus tex. in ead. l. §. generaliter, vbi ha-
26 betur, ꝙ exceptio rei iudicatæ obſtat quoties inter eaſdẽ perſonas q̃ſtio reuocatur, vel alio genere iudicij, & ideo ſi hæreditate petita ſingulas res petat, vel ſingulis rebus petitis hæreditatem petat exceptione ſubmouebitur, iſte eſt caſus noſter in terminis, quia primò in illo iudicio fuerat petita pars ꝓuentuum, videlicet, fideiuſſiones contrahẽtium, prouenientium ex delictis; fuit lata ſententia in fauorem Vniuerſitatis cum diſtinctione, prout expreſsè cantant priuilegia dictæ Vniuerſitatis, & nunc petuntur per Ill. Ducem omnes prouentus, certè obſtat exceptio rei iudicatæ, facit tex. in l. duobus, & quod ibi notant Bart. & Paul. de Caſtr. ff. de excep. rei iud. & hæc opinio confirmabitur, latius reſpondendo duobus motiuis pro parte Ducis factis.

Primò, quod in primo dicto iudicio agitato in S. C. ſolum agitabatur, ſeù tractabatur poſſeſſorium, & non petitorium, hodie verò tractatur merum petitorium, & ſic diuerſum à primo iudicio, cùm nihil commune habeat poſſeſ-
27 ſio cum proprietate, l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poſſ. tamen ad hoc motiuum non oportet reſpondere, quia in primo iudicio tractatum fuit de
28 nouo petitorio, prout in præſenti iudicio fuit declaratum, hoc apparet clarè, & indubitantèr ex libello tunc oblato, & ex ſententia inde ſequuta, quorum vtrumque de mero petitorio loquitur.

Secundò, pro parte dicti Ducis dicebatur, quod in illo iudicio non fuit

co-

cognitum, neque diſcuſſum de viribus priuilegiorum; ideo illa ſententia non obſtat, cùm in iudicio iſto ſolum tractatur de viribus priuilegiorum; ideo illa ſententia nõ obſtat, per ea quæ notat Bald. in l. receptitia C. de conſt. pecun.

Ad hoc motiuum reſpõdetur, quod imò in illo iudicio fuit neceſſariò tractatum de viribus priuilegiorum, quæ pro vtraque parte in illo iudicio producta fuere, tàm illa, quæ erant pro vniuerſitate, quàm illa, quæ faciebant pro Duce; imò alia eſt comparitio Ducis, qui dicit, quod licet omnes prouentus ſint ſui, tamen contentatur, quod viſis priuilegijs vtriuſque partis; Sacrum Conſilium de iuſtitia prouideat, & hoc erat inuitis dentibus faciendum, quomodo poterat iudicari in fauorem Vniuerſitatis, vt omnes prouentus, exceptis illis, qui proueniunt ex delicto pœnam mortis infligente eſſent ſui, niſi virtute priuilegiorum, hoc impoſſibile erat, quia iſti prouẽtus, vel ſunt feudales, vel de regalibus, & ſic non poterãt
29 poſſideri ab Vniuerſitate, niſi mediante priuilegio, cap. 1. quæ ſint regal. & Conſt. quæ ad Decus, ergò erat neceſſarium antecedens, & ſic eſt neceſſariò
30 diſcuſſum, per tex. in l. illud ff. de acqu. hæred. & latè de hac materia Paul. de Caſtro in l. 1. C. de ord. cog. qui ad hoc propoſitum illam legem allegat, quam ego priuſquam Paul. de Caſtro vidiſſem, ad hæc allegaueram, pro hac opinione eſt tex. in cap. ſuborta de re iud.
31 quod ſi eſt iudicatum contra priuilegium in actis productum, cenſetur Iudex reprobaſſe dictum priuilegium, etiam ſi hoc non dicat expreſsè in ſententia, ita ibi Abb. in colum. 2. in princ. & idem in cap. cùm ad Monaſterium colum. pen. eodem titul. ſi ibi cenſetur tractatum de priuilegio in actis producto, eum tacitè reprobando; quanto magis dicitur eſſe tractatum de priuilegio in actis producto, quando ſententia cum eo concordat, & hoc per Abbatem benè comprobatur in d. cap. ſuborta colum. 2. in fin. quem vide, quia optimè ibi dicit, quando eſt ſententia lata ſuper principali. Vltimò, hæc opinio confirmatur ex verbis ſententiæ, quæ refertur ad priuilegia dictę Vniuerſitati conceſſa, quæ cùm fuit in
32 actis producta, cenſetur ſententia ſtare vel demonſtratiuè, vel limitatiuè, vel declaratiuè, Aret. in l. pen. C. de inſtit. & ſubſtitut. ſub cond. factis, ponit Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verb. prout, qui dicit, quod hæ dictiones relatiuę ſunt, prout, iuxta &c. habent locum in contractibus, in priuilegijs, & in ſententijs; in caſu noſtro ſtat ſententia limitatiuè, & declaratiuè, prout in dictis priuilegijs cauetur. Hæc cauſa fuit votata in Regio Collaterali
33 Conſilio, referente Regia Camera in fauorem dictæ Vniuerſitatis, nemine penitus diſcrepante; & ſic dicta Vniuerſitas fuit abſoluta tàm ab impetitione Regij Fiſci, quàm dicti Illuſtr. Ducis eiuſdem vtilis Domini.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Rex concedens feudum ſimpliciter, intelligitur illud concedere, prout ius intelligit.*

2 *Conceſſio rei facta à Principe, in dubio liberè, non per infeudationem præſumitur.*

3 *Conceſſio ſimpliciter facta, & ſi nõ diceretur in feudum, præſumitur liberè facta.*

4 *Conceſſio caſtri ſimpliciter facta cum hominibus remiſſo onere adoharum, libera, & non in feudum facta diceretur.*

5 *Cõceſſio facta ſimpliciter per Regem, etiam quod dixerit, inueſtio te pro hæredibus ex corpore, & fuerit ſolutum ſeruitium, non diceretur facta in feudum,*

L &

*& ſimiliter ſi etiam pro hæredibus intelligeretur facta.nu.6.*

7 *Conceſſio feudi mortuo concedente, inficiari non poteſt.*

DIſceptatur in hac deciſione, an conceſſio facta per Regem alicuius rei ſimpliciter alicui, cenſeri debeat eius vita durante, vel pro ſe, & hęredibus ſuis, poſtquam peracta conceſſione iurium prouētuum, & aliorum à Sereniſſima Regina Ioanna Vniuerſitati Nucerię Paganorum, & confirmata per ſucceſſores Reges, ac Duces; pręténdebatur tàm ex parte fiſci tituli exhibitio, quàm ex parte Ducis pęnas, & prouentus ad ſe ſpectare, nulla ratione habita de tali conceſſione ita ſimpliciter confecta; & diſcuſſis rationibus hinc inde adductis, demum fertur deciſum fuiſſe in beneficium ipſius Vniuerſitatis, & hoc ſumma cum ratione, vltra adducta per Auctorem, oſtenditur eſſe de iure comprobatum, quod

1 Rex concedens feudum ſimpliciter, intelligitur illud concedere, vt ius intelligit, probat Maur. Iunior alleg.6.nu.5. quod antea probauit Frecc.de ſubfeud.lib.1.tit.de orig. Baron.num.46.& iterum lib.2.q.34. in add. nu.28. ius enim diſponit, quod conceſſio rei

2 facta à Principe in dubio liberè, non per infeudationem pręſumitur, Menoch.de pręſumpt.lib.3.in pręſump.91.nu.5. & potiſſimum quando conceſſio fieret ſimpliciter, &

3 non diceretur in feudum, liberè pręſumeretur facta, Camill.de Medic. conſil.6. nu.6.& ſic in allodium, ſequitur Reg. Lanar. in repet.c.1.§.huius autem generis in quib. cauſ.feu.amitt.nu.132. ad quod Pręſ.de Franch. dec.131.num.1.dixit, quod conceſſio Caſtri

4 ſimplex facta cum hominibus, remiſſo onere adoharum, diceretur libera, & nō in feudum, & fortius Reg.de Pon.conſ.30.num.20.lib.1. tradidit, quod facta conceſſione per Regem

5 ſimpliciter, etiam quod dixerit; Inueſtio te pro hęredibus ex corpore, & quod fuerit ſolutum ſeruitium, tamen nō erit iudicandum fuiſſe factam in feudum, & quod etiam pro

6 hęredibus intelligeretur facta, retulit Reg. Lanar. d.loc. ſub num.87. taliter quod con-

7 ceſſio feudi mortuo concedente inficiari nō poſſit à cōcedēte, probat nouiſſimè Iul. Cęſ. Gallup. nūc Auditor Calabrię Citra, in eius method. feud. p.1.c.1.à num.22. ad 26.& ſic vndique cernitur eſſe perpetua, nec per obitum concedentis extingui.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Filiæ fœminæ an comprehendantur in diſpoſitione l.quiſquis §.filij C.ad leg.Iul. Maieſt.*

2 *Maſculinum an comprehendat fœmininū in caſu odioſo, & inrationabili.*

3 *Fœminæ an puniantur ob delictum paternum læſæ Maieſtatis, vt infames cenſeantur.*

4 *Fœminæ an habeāt falcidiam in bonis maternis, ſi bonis paternis priuentur ob patris delictum læſæ Maieſtatis.*

5 *Statutum prohibens habitare filios cum eorum patribus bannitis, an comprehēdat filias.*

6 *Suorum appellatione an fœminæ contineantur in ſtatuto puniente patres, & ſuos in crimine læſæ Maieſtatis.*

7 *Verbum, ſui, eſt commune ad maſculos, & fœminas.*

8 *Lex quando loquitur de filijs, an & quando filiæ contineantur, vel non.*

9 *Filia rebellis an ſit excluſa à ſucceſſione materna.*

10 *Lex cur magis cum filiabus agit, quàm cum filijs ob crimen paternum.*

11 *Fœminæ filiæ an etiam falcidiam conſequantur in bonis paternis, ſicuti in bonis maternis.*

12 *Extrauagans Federici de rebellione loquēs dum liberos nominat, an etiam filias comprehendat.*

13 *Filiorum appellatione an fœminæ contineatur.*

14 *Maſculinum an & quando fœmininum comprehendat.*

15 *Verbum, Liberi latius eſt, quàm verbum filij.*

16 *Liberorū appellatione an contineantur nepotes, pronepotes, & alios deſcendentes.*

17 *Extrauag. Federici de rebellione loquens, in iure non reperitur.*

18 *Cap.Regn.nuper apud Tranum, ponderatur.*

19 *Cap.Regni nuper apud Tranum, de maſculis tantum, non fœminis loquitur.*

20 In-

Digitized by Google

*20 Intellectus l.quiſquis §.filij C.ad leg. Iul. Maieſt.&Cap.Regni nuper apud Tranum.*

*21 Cap.Regni ſatis conſtat declaratur.*

*22 Cap.Regni ſatis conſtat eſt correctum per Cap.item ſtatuimus quod filia.*

*23 Deciſio R.C.affertur,ſi filia rebellis excludatur à ſucceſſione paterna.*

## DECISIO LII.

IN cauſa vertente in Reg. Cam. inter D.Titiam actricem ex vna, & D. Caium poſſeſſorem Ciuitatis N. conuentum ex altera, ſuper petitione ducat. 1570. quos debebat conſequi quon. Excell. Comitiſſa N. eius amita ſuper dicta Ciuitate N. & toto illo Comitatu, quæ Comitiſſa in hoc nomine debitoris inſtituit hæredem dictã D.Titiam, opponitur ſibi, quod iſta non poteſt agere, quia filia rebellis, cùm ſit filia Comitis N.& ſic eſt infamis, & incapax nedùm ſucceſſionis maternæ, & paternæ, ſed ẽt ſucceſſionis aliorum agnatorum, & ſucceſſionis ex teſtamento extraneorum, vt eſt tex. in l.quiſquis §. filij C.ad leg.Iul.Maieſt. Iſte articulus eſt pulcher, an in caſu d.§.filij, qui tex.
1 ſolum loquitur in maſculis, comprehendãtur filiæ fęminæ, & ſic an in illo caſu maſculinum comprehendat fœmininum, quem articulum diſputat latè Claud. in l.ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn. iud. vbi tenet, quod fœminæ veniunt, & ſunt comprehenſæ ſub filijs per multas rationes, de quibus ibi per eũ. Quidam alius Doctor, qui nomen ſuũ tacet in tract. quem fecit de crim.læſæ Maieſt.in 3.vol.tract. contrarium tenet in fauorem filiarum, & quod nullatenus in caſu illius §. ſub filijs comprehendantur fœminæ, per multas rationes, & iura, de quibus ibi per eum, idem tenuit Ang.in ſuo tract.de maleſ. in verb.*che hai tradito la tua patria*, ibi, in duobus locis col.5. vbi expreſsè recitat opinionem Salyc. & eam ſequitur Bart.in l.j. ff.de verb. ſignific. in illo articulo, an ſub maſculis compræhendantur fœminæ, dicit, quod etiam in diſpoſitione legis quando agitur de odio irrationabili, maſculinum non cõ-
2 prehendit fœmininum, vt in caſu d.l. quiſquis §.filij, & ſub filijs non veniunt filiæ, idem quod Bar. tenent Cyn. Bal. Ang.Sal. & Aret.in l.quicumque C.de ſeru.fug. Imol.in l.ſi ita ſit ſcriptum ff. de leg.2. & videtur idem tenere Butr. in cap.ſi quis 6.q.1. vbi dicit, quod
3 filiæ minus puniuntur, tanquam minus audaces propter fragilitatem ſexus, quia nec infames ſunt, & licet bonis paternis priuentur, & habent falcidiam in maternis, & nõ plus, & ſic innuit, quod poſt quam non ſunt infames, & matri in fal-
4 cidia, & patri in nihilo, in alijs capaces ſũt, iſtud abſq; dubio eſſe, tenet Aret.in conſ.39. vbi vult, quod in caſu d.l.quiſquis §.filij non comprehendantur fœminæ, ſunt verba ſua hæc: Si iſta delibe-
5 ratio cõſilij condẽnaret rebellẽ, & eius filios, ſicut facit ſtatutũ. Quæſtio noſtra eſſet parum dubia, quia Bal.in d.l.quicumque C.de ſeru.fug. expreſsè determinat, quod ſi ex forma ſtatuti filij bannitorum non poſſunt habitare in Ciuitate, non comprehenduntur filiæ fęminæ, cuius determinatio approbatur ex his, quæ notãt Dyn.& Bar. in l.1. ff.de verbor.ſign. vbi concludunt, quod vbi ſumus in odio irrationabili maſculinum non concipit fœmininum, alleg. tex.in l.quiſquis §. ad filias C. ad leg. Iul.Maieſt. qui tex. propriè loquitur in terminis noſtris, & ſic intelligunt clarè iſtud eſſe verum, etiam quando verba proferuntur à lege, hæc ſunt verba Aret. Per quæ in indiuiduo tenet opinionem pro fœminis; imò fortius cõſuluit Aret. ibi; Quod ſi ſtatutum pro crimine lęſę Maieſtatis puniet patrem,
6 & ſuos, appellatione ſuorum, non venirent fœminæ, per optimas rationes, de quibus ibi per eum, & tamen ver-
7 bum, ſui, eſt commune ad maſculos, &

 fœ-

Digitized by Google

fœminas, eandem opinionem, quod in caſu dicti §. filij non veniant fœminæ tenet Iaſ. in d.l.ſi quis id, quod, & idem in ſimili caſu,vbi eſt minor ratio, tenent Paul.Alex.Iacob. & Iaſ.in l.ſed ſi hoc §.liberos ff. de in ius voca. quæ opinio comprobatur ex not.per Bal.in l.cū multis C.de bon.quæ lib. quē refert,& ſequitur Iac.& Iaſ.benè in d.l. ſi
8 quis id quod, ꝙ quando lex diſcretiuè loquitur de maſculo, poſtea in §. ad filias loquitur de fœminis, & ſic diſcretiuè, ergo in §. filij ſub maſculis non compræhenduntur fœminæ, & hanc opinionem probat tex.in d.§.filij,inuito d.§.ad filias,vbi in §.filij diſponitur, quod filij rebellis ſunt excluſi ab omni ſucceſſione materna,& aliorum,tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſi
9 ſub illa diſpoſitione eſſet filia incluſa, eſſet totaliter excluſa à ſucceſſione materna, quod eſt contra tex. in d.§. ad filias,vbi filiæ in bonis maternis datur legitima, quare dico, quod ille §.ad fœminas non venit per viam limitationis ad §. filij, ſed venit per viam principalis diſpoſitionis, vt dicamus, quod filiæ rebellium nullatenus ſunt incluſæ in §. filij; imò per illum text. non erant excluſæ à ſucceſſione in bonis maternis,venit tex.in d.§. ad filias, &eas excluſit à ſucceſſione bonorum maternorum, præter quàm à legitima, in alijs omnibus erat admiſſa,& capax, & ideò dicit tex. quod lex humanius ſe habet cum fœmina, quàm cum fi-
10 lio, quia propter fragilitatem ſexus minus ſunt audaces, & quia filij omninò à ſucceſſione excluſi ſunt, quod comprobatur per tex.in §.vxores ead. lege, vbi etiam in illis bonis, quæ fuerunt patris, ideſt in donatione propter nuptias, cuius vſusfructus eſt matris, & proprietas, ea mortua filiorum, etiam cum vſufructu, eis penitus excluſis capit fiſcus; Tamen filiæ fœminæ in illis bonis debent habe-
11 re falcidiam, ſicut in bonis maternis habent legitimam; ſi igitur eadem lex admiſit, vt in bonis matris legitimam habeant in bonis, quæ patris fuerunt, vt in donatione propter nuptias,etiam fiſco excluſo, cui alia bona deferuntur,habent falcidiam,quanto magis dicendum eſſet, eas non eſſe incapaces à ſucceſſione ex teſtamento extranei. Hæc opinio eſt communis,vera, & magnam fouet æquitatem.
12 Nec etiam obſtat mihi quod dicitur per Magnificos Aduocatos partis aduerſæ, dum dicunt, quod quædam extrauagans Federici Imperatoris facta ſub hac materia loquitur per verbum, Liberos, quod latius eſt aptum compræhendere tàm maſculos, quàm fœminas, vt eſt textus in l. cognoſcere §. liberorum ff. de verborum ſignificatione, quia hoc non obſtat, nam etiam
13 appellatione filiorum continentur fœminæ, vt eſt caſus in l. ſi quis ita ff. de teſtament.tutoribus, in l. iuſta, & in l.quiſquis ff. de verbor. ſignific. Et nihilominus omnes Doctores, quos ſupra retuli volunt, quod quan-
14 do agitur de odio inrationabili maſculinum non concipit fœmininum, quæ ratio procedit, ſiuè loquamur de filijs, ſiuè de liberis, quia vtrobiq; eſt expreſſum genus maſculinum, prout eſt tex. & notant Paul.Alexand.Iacob. Iaſ.& alij in l.ſed ſi hoc §. liberos ff. de in ius vocand.vbi ille tex. loquitur per verbum, Liberi: & tamen ſupradicti Doctores in 1. notab. dicunt, Nota
15 text. quod maſculinum concipit fœmininum; benè fateor ego, quod verbum Liberi, eſt latius, quàm verbum, filij,quoad hoc,vt appellatione liberorum contineantur nepotes, pronepotes, & alij deſcendentes, vt eſt textus in l. liberorum ff. de verborum ſignification. quod ſecus eſt appellatione filiorum, & latè Bart. ibi, eſt textus in §.final.inſtitutio.qui tutor. dari poſſunt; In terminis autem noſtris idem eſt, licet loquatur de filiis, ſiue

de

Digitized by Google

de liberis,& licet in d.§.liberos, l. ſed ſi hac ff.de in ius voc. Alex. quem ſequitur ibi Iac. & Iaſ.quando quis ſtipulatur pro ſe,& filijs; an verò pro ſe, & liberis, quia primo caſu non veniunt; ſecūdo verò caſu veniunt, quia ad hoc eſt, ibi, vt euitetur abſurdum, vt ibi per Alexand.non autem ea ratione, vt vtroque caſu non ſimus in materia, an maſculinum concipiat fœmininum, & ita eſt vera reſponſio;dico etiam, quod
17 illa extrauagans Federici non reperitur in iure,licet Cyn. referat eam pro parte in d.l.quiſquis.Præterea cùm lex noſtra loquitur per verbum, filijs,non poſſumus diuinare aliam legem, quam nō habemus loquentem de liberis; tum etiam, q̃a illa extrauagās, prout loquitur Cyn. non dicit, quod lex quiſquis §.filij loquatur per verbum,liberi; ſed dicit, quod ſicut nos damnamus illos, qui contra ſtatutum noſtrum ſunt proditores, ex hęreditate eorum liberorū, ita multò magis ſunt dānandi,qui contra Diuinam Maieſtatem machinationem circa fidem committunt, & ſic non dicit, niſi quod liberi proditorum ſunt exhęredati, & ita eſt, quia priuantur paterna hæreditate,vt in inſtitu. de exhęred.lib.in rubro, & in nigro, eodē modo reſpondetur ad Cap. Regni nuper apud Tranum,vbi imponitur pœna
18 recipientibus liberos rebellium,quod non loquitur in terminis noſtris; ſed in caſu diuerſo; Ideo quælibet lex debet in ſuo caſu ſeruari:Dico etiam,quod il-
19 lud capitulum dum dicit: quod nullus audeat receptare liberos rebellium,intelligitur de maſculis, non autem de fœminis, ſicut ſupra dictum eſt ſuper intellectu d.§. filij, & ſic etiam ibi ma-
20 ſculinum non continet fœmininum, quia non eſt eadem ratio,tractatur etiā de lege odioſa,odio inrationabili; quo caſu,vt ſupra dixi,ſecūdum opinionem communem, etiam ex diſpoſitione le-
21 gis maſculinum non concipit fœmininum: Nec obſtat Cap. ſatis conſtat eſſe notorium,vbi prohibetur, quod filij, aut filiæ rebellium non poſſunt ad inuicem contrahere matrimonium ipſi inter ſe,nec cum alijs fidelibus,abſque licentia Regis, quia ille textus loquitur in diuerſo caſu, & non loquitur in caſu noſtro,videlicet,An filia rebellis ſit incapax ſucceſſionis extraneorum, ſibi ex teſtamento deferendæ, tum etiam quia illa pœna ſtatuitur etiam in alijs filijs,& filiabus aliorum bannitorum, & ſic ille tex. non ſe fundat ſolum in filijs rebellium,quod propterea tacitè voluiſſet intelligere text.
22 in d.§.filij, vt etiam filias comprehendat;dico etiam, quod illud Capitulum ſatis conſtat, eſt correctum per aliud capitulum Regis Caroli II.quod incip. Item ſtatuimus,quod filiæ proditorum &c. vbi vult, quod filiæ proditorum quæ paternam militiam ſequutæ non fuerunt,vel etiam non ſequētur de bonis non feudalibus, quæ ad eas non ex ſucceſſione paterna,ſed aliundè legitimè peruenerunt, poſſint ſe maritare fidelibus abſque aſſenſu,vel licentia Curiæ,ex illo tex.colliguntur duo: Primò correctio Cap.ſatis conſtat,&c. Secundò,quod mulier,ſeu filia rebellis eſt capax ſucceſſionis, præterquàm paternæ, quod ſatis ille text.innuit, cùm fęminæ ex ſua induſtria pauca bona poſſunt acquirere, obſtante ſexus fragilitate, niſi mediante ſucceſſione ex teſtamentis extraneorum, vel aliorum agnatorum, & cognatorum, dempta in caſu noſtro paterna ſucceſſione,& materna, niſi in
23 legitima. Et ita me referente fuit per omnes Dominos de Regia Camera votatum, & demum lata ſententia diffinitiua.



Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 Rebellis an habeat perſonam legitimam ſtandi in iudicio.
2 Maſculinum an concipiat fœmininum in materia criminis leſæ Maieſtatis.
3 Lex quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt. an locum habeat in filia fœmina.
4 Maſculinum an concipiat fœmininum in ſtatutis pœnalibus.

1 Difficultari contingit in R.C.S. ſi filia rebellis in iudicio habeat perſonam legitimam ſtandi pro ſuorum iurium conſequutione, ex quo depēdet ab illa quæ-
2 ſtione, ſi maſculinum concipiat fœmininum in materia criminis læſæ Maieſtatis, & licet pro eius fauore pronunciatum eſſe refertur, ad cuius comprobationem optimè Gigans in tract. de crim. læſ. Maieſt. lib. 3. q. 14. eundem articulum diſputando in fauorem fœminarum concludit, quanquam Farinac. in eod. tract. q. 116. §. 3. num. 94. ex multis probare conetur contrarium; Nihilominus in 2. limit. ibidem poſita limitare videatur, fœminas nō aliter incurrere notam infamiam, ex hoc ſicut maſculi, quo fit, vt iuriſſimè poſſint in iudicio adeſſe. Et in terminis no-
3 ſtris, quod lex quiſquis non locum habeat in filia fœmina, expreſſim loquitur Reg. de Pon. conſ. 50. num. 16. vol. 2. vbi num. 17. conclu-
4 dit in iſto caſu, maſculinum non comprehēdere fœmininum; & an & quando maſculinū contineat fœmininum in ſtatutis pœnalibus, abundanter loquitur Camp. in cap. ad hoc ſub nu. 101. melius Caroc. dec. 6.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 Caſus deciſionis refertur.
2 Minor læſus in renunciatione reſtituitur.
3 Minor ob iuramentum fit maior.
4 Contractus minoris reſcinditur, præuia abſolutione à iuramento.
5 Renunciatio facta vi, & metu, debet reſcindi.
6 Metus iuſtus quis dicatur.
7 Mulieres coniunctæ, an probent ſi eſſent teſtes.
8 Teſtes varij non probant.
9 Auth. ſacramenta C. ſi aduerſ. vend. quando obſtet.
10 Renunciatio officij facta per filium contemplatione patris alicui, oſtendit, profectitium illud eſſe.
11 Officium profectitium tam reſpectu vſuſfructus, quam proprietatis patri, & non filio quæſitum videtur.
12 Donatio facta filio, an contemplatione patris facta cenſeatur.
13 Officium quæſitum per filium contemplatione patris, an renunciari poſſit.
14 Pater renunciando officium, cenſetur donationem reuocare.
15 Donatio officij facta à Rege alicui, inſtar caſtrenſis peculij eſt, nec patri quæritur.
16 Tex. in l. cum multa C. de bon. quæ liber. qualiter procedat.
17 Patria poteſtas in feudo non conſideratur quod acquirit filiusfamilias.
18 Feudum datum patri, & filio à conſanguineis patris, non præcedentibus meritis filij, cenſetur quæſitum patri.
19 Militia empta à patre, filio imputatur in legitimam.
20 Patri licitum eſt filium vendere, & pignorare in caſu neceſſitatis.
21 Deciſio caſus citatur.

## DECISIO LIII.

In cauſa vertente in R.C. inter Camillum de Dado, & hæredes Scipionis de Martino, & Regium Fiſcum ſuper officio Magiſtri Actorū ciuilis M.C.V. Cæſar de Dado frater Alexandri de Dado patris dicti Camilli renunciauit dictæ Reg. Curiæ dictum officium, in beneficium dicti Camilli eius nepotis
1 ex fratre, & S.M. Catholica ſtante dicta renunciatione contulit dictum officium dicto Camillo anno 1536. eo tēpore, quo S.M. Catholica erat in hac Ciuitate Neap. deinde in anno 1539. tàm

Digitized by Google

tàm dictus Camillus, quàm Alexander de Dado eius pater renũciauerũt dictũ officium in poſſe Reg. Curiæ in beneficium Viti Antonij Vicedomini, quod illum tenuit per ſex, vel ſeptem annos, donec mortuus fuit, quo mortuo vacãte dicto officio in poſſe Reg. Curiæ, Ill. Dominus Prorex contulit illud officiũ dicto Scipioni de Martino, Camillus de Dado in S.C. egit contra dictũ Scipionem, dicendo, quod licet ipſe renũciauerit tale officium in beneficium quon. dicti Viti Antonij, tamen illa renunciatio fuit vi, & metu extorta per patrem ſuum, & ſtante tali renunciatione ſic violenta, officium indebitè peruenit in poſſe dicti quond. Scipionis, quare petit, reſciſſa dicta renunciatione vi, & metu extorta ſe reponi in poſſeſſione, ſeu quaſi dicti officij, & ad dictum officium ſe reintegrari, hæc cauſa inſtante Reg. fiſco fuit remiſſa ad Reg. Cam Sum. & mihi commiſſa, fuit dubitatum nunc, An dictus Camillus actor foueat iuſtam cauſam.

Et primò dicebatur pro eius parte, quod quia ipſe tempore renunciationis erat minor 18. ann. licet in illo inſtrumento renunciationis dicatur, quod erat annorum 18. tamen ipſe probauit in proceſſu per plures teſtes, quod non erat niſi 16. vel 17. annorum ſi minor eſt læſus, etiam quia eo ipſo, quod renunciauit ipſum officium, læſus
2 eſt, ergo debet reſtitui in integrum, vt per tot. tit. ff. de minor. & ff. & C. de in integr. reſt. min. maximè in l. 1. eod. tit. vbi tex. propriè loquitur de renunciatione à minore facta, & tex. in l. minoribus eod. tit. & licet minor, qui iurauit, habeatur vt maior, & contractus
3 firmetur iuramento, auth. ſacramenta pub. C. de ſacroſ. eccl. tamen quando eſt obtenta abſolutio à iuramento, & eſt minor enormiter læſus, reſcinditur
4 contractus, vt per Ant. de Butr. in conſ. 45. & latè Det. in conſ. 18. in 1. volum. Item Butrica. in cap. cùm contingat colum. 8. extra de iure iurand.

Secundò dicitur, iſta renunciatio officij fuit facta vi, & metu patris, ergo debet reſcindi, vt per tot. tit. ff. & C. q. met. cauſ. & extra de his qui vi, met. Innoc. in cap. relatum eod. tit. & melius
5 in cap. cùm dilectus eod. tit. vbi metus mortis, cruciatus corporis, vel verberum eſt iuſtus metus, & dicitur cadere
6 in conſtantem virum, l. interpoſitas, vbi omnes DD. C. de tranſact. & l. metus C. de eo, quod met. cau. Tamen his non obſtantibus Reg. Cam. determinauit contra Actorem in fauorem Rei, eum, & Regium fiſcum abſoluendo. Primò, quia iſte metus non proba-
7 tur niſi per quatuor mulieres coniunctas in primo gradu iſtius Camilli, per matrem ſuam, per duas materteras, & vnam amitam, & licet aliàs poſſent admicti volentes hæ perſonæ coniunctæ, l. lege Iulia, vbi Bar. ff. de teſt. & præſertim in his quæ fiunt domi, l. cõſenſu C. de repud. & l. quoties C. de naufrag. lib. 11. Tamen eis minor fides adhibetur, vt notatur per DD. in l. Parentes C. de prob. & maximè quia hu-
8 iuſmodi mulieres ſunt variæ in earum depoſitionibus, contra l. & notata per Bart. in l. eos C. ad leg. Cornel. de falſ. meritò poſſumus dicere, prout dicit tex. vulgatus in l. 3. §. 1. ff. de teſt. Tu magis ſcire potes, quanta ſit fides teſtibus adhibenda, vt ibi dicit tex. meritò Reg. Cam. nõ habuit depoſitionem illorum teſtium pro vera.

Quo verò ad primum caput minoris ætatis ſtante iuramento, non agi, qa abſolutio ſolùm reſpiciebat caput me-
9 tus, obſtaret tex. in d. auth. ſacramenta puberum ſupra alleg. tamen licet omnia ſupra adducta pro parte Camilli militarent, eſt pro parte Reg. fiſci, & Scipionis de Martino deductũ, quod hoc officium fuit renunciatum dicto Camillo per Cæſarem de Dado patrem carnalem Alexandri de Dado patris dicti Camilli, ergo renunciatum cen-

ſetur

10 ſetur Camillo contemplatione Ale-
xãdri eius patris, & ſic erit profectitiũ,
per tex.& ibi Bar. & omnes in l. ſed &
ſi plures §. in arrogato ff. de vulgar. &
pup. ſubſt.l.dedit dotem ff.de col.bon.
Bar.in l.cùm oportet in princ. C. de
bon.quæ lib.& in l.j.§.nec caſtrenſe ff.
de coll.bon.l.profectitia ff.de iur.dot.
ſi hoc eſt profectitiũ tàm reſpectu vſuſ
11 fructus,quàm proprietatis, fuit patri,&
nõ filiofamilias quæſitũ,in quo peculio
per ius nouum nihil eſt immutatum,vt
notant Bart.& cœteri in d.l.cum opor-
tet,& in l.placet ff.de acquiren.hæred.
Alexan.latè in conſ.179.in 5.vol.ergo
pater ſolus abſque filio potuit de hoc
officio,vt ſuum peculium profectitium
diſponere,& renunciare, poſtquam, vt
dixi,fuit filio patris contemplatione,
& occaſione quęſitum.Adeo quod ſẽ-
per, quod ex parte conſanguineorum
patris datur aliquid filio,cenſetur datũ
12 patris contemplatione,etiam ſi non
dicatur in tali donatione,quod fiat do-
natio ratione conſanguinitatis,vt tenet
Aret.& benè in d. §. in arrogato, licet
contrarium ibi teneat Ang.& ſic pater
13 potuit renunciare officiũ iſtud ſui con-
templatione filio acquiſitum, vt potes
colligere ex not.per And.in c.1.§.& ſi
libellum col.3.vſq;ad fin.de alien.feu.
pater.Bal.in l.1.in fi. C.per quas ꝑſon.
nob. acquir. & optimè Aret. in l.apud
Iulianum §.ſi quid alicui ff. eod. tit. de
leg.1.quia iſtud officium cẽſebatur ac-
quiſitum filio ex tacita donatione pa-
tris,qui cùm ſit in eius poteſtate, pater
14 renunciando officium cenſetur dona-
tionem reuocare,vt dicunt,& declarãt
Bal.& Aret.vbi ſupra; Non obſtat in
quantum dicitur,quod hoc officiũ cen
ſetur datum à S.M.Catholica dicto Ca
15 millo, ergo hęc donatio cẽſetur ad in-
ſtar caſtrenſis peculij,& non acquiritur
patri neq; proprietas,neq; vſuſfructus,
vt eſt tex.in l.cũ multa C.de bon. quæ
lib.quia reſpõdetur, quod illa lex pro-
16 cedit, & loquitur,quãdo Princeps do-
nat ex ſua męra, & pura liberalitate,
quo caſu illud cẽſetur vt peculiũ quaſi
caſtrẽſe;ſed in caſu noſtro Rex,ſeu Cę-
ſar donauit hoc officium Camillo,me-
diante renunciatione in ſui fauorem fa-
cta per dictum Cæſarem de Dado eius
patruum, quo caſu non cenſetur dona-
tio męra facta à Cæſare,ſed facta à Cę-
ſare contemplatione filij ſui,ideſt Ale-
xandri,qui etiam in illis caſibus,in qui-
17 bus non cõſideratur patria poteſtas,vt
in feudo, quod acquirit filiusfamilias
non acquiritur vſuſfructus patri,vt not.
Bald.in l.ſi vxorem C.de cond. inſt. &
melius in d. l. cùm oportet in princ.C.
de bon.quæ lib.& benè in c.j.§.ſi.col.
fin.de du b.frat. de nou. benef.inueſt.
18 & tamen ſi feudum eſt datum patri, &
filio eius nomine proprio à conſangui-
neis patris, & non præcedentibus me-
ritis filij,cenſetur totum feudum acqui
ſitum patri, quia ſui contemplatione
eſt filio datum,vt not.Andr.in d.c.1.§.
& ſi libellum de alien. feud. patern. &
in c.1.de feud.guar.col.1.§.1.col.2.in
fi.cum princ.ſeq.colum.& iſtud officiũ
eſt,quod ſolet vendi,non tranſmittitur
ad hæredes;& ideo eſt ſicut militia em
19 pta à patre filio,quæ imputatur in legi-
timam,tãquam res profectitia. & à pa-
tre profecta, vt eſt tex. in l.omnimodo
§.imputari C. de inoff.teſtam. vbi latè
Bal.& Saly.

Dicitur inſuper ꝓ parte rei conuen-
ti,quod in caſu noſtro actor articulauit,
quod Alexander de Dado pater Ca-
milli actoris erat pauper, & pauperri-
mus, & quod nihil penitus habebat in
bonis, neq; mobilia,neq; ſtabilia, & ꝙ
tantum viuebat, quantum attendebat
ad officia,& ſic erat conſtitutus in ege-
20 ſtate, propter quam licitum eſt patri fi-
lium vendere,& pignori tradere, vt eſt
tex.in l.2.C.de patr.qui fil.ſuos diſtra.
ergò multo magis licet patri officium
filij, etiam ſi proprium filij fuiſſet ven-
dere, ſeu renunciare, quia licet non
appareat pretiũ,tamen in rei facultate
ha-

Digitized by Google

habuit Alexander de Dado pater Camilli duc. 660. pro renunciatione dicti officij. Ex quibus omnibus per R. C.
21 me referente fuit votatum, & concluſum in fauorem hæredum dicti Scipionis mortui pendente lite, & Regij fiſci,& fuerunt conuenti abſoluti.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Minor faciens actum in minori ætate, an validè faciat.*

2 *Minor ætate præſumitur errore, & ignorantia iuris, non autem ſcientia actum facere, & ratio affertur.*

3 *Iuramentum per minorem præſtitum in contractu, quid operetur.*

4 *Contractus minoris iuramento firmatus, valet etiam ſi nulliter fuerit celebratus, num. 5.*

6 *Minor cum iuramento contrahens non erit audiendus ſi contrauenerit, etiam interuenientibus iuris ſolemnitatibus.*

7 *Reſciſſio contractus ob metum reuerentialem, & læſionem perficitur.*

8 *Metus reuerentialis præcedentibus minis, erit ſufficiens ad reſciſsionem.*

9 *Metus per coniecturas probatur, item per teſtes familiares, atque domeſticos, num. 10.*

11 *Metus duobus teſtibus probatur.*

12 *Creditur potius duobus teſtibus de metu deponentibus, quàm mille affirmãtibus de ſpontanea voluntate.*

13 *Metus reuerentialis non ſemper præſumitur.*

14 *Metus reuerentialis ſolus non eſt ſufficiẽs ad reſciſſionem.*

15 *Teſtimonium mulierum non ita facilè erit admittendum.*

16 *Teſtibus affinibus, ſeu coniunctis non erit facilè credendum, excepto in crimine furti, & adulterij, nu. 17.*

18 *Pater de bonis filij, an & quando diſponere poſsit, remiſsiuè.*

EX duobus principalibus fundamentis filiusfamil. prætendebat officium ab eo renunciatum, accedẽte patris aſſenſu, & interuentu à Regia Curia, & ſucceſſiuè Conceſſionario Regis conſequi. Primò, ex quo tem-
1 pore renunciationis erat minor, quod ſanè ex fide Baptiſmatis comprobatur, quo fit, vt minor actum faciens in minori ætate inualidum eſſe firmat Barz. in dec. 96. nu. 47. Nã
2 minor ætate præſumitur errore, & ignorantia iuris, non autem ſcienter feciſſe actum, quem facere non debebat, Menoch. de præſump. lib. 6. præſ. 23. nu. 19. & ratio illa eſſe inſpicitur, poſtquam minores qua facilitate inducuntur ad contrahendum, eadem facilitate inducuntur ad renunciandum, Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 18. nu. 69. Quamuis huic
3 replicaretur, hoc non procedere, quando iuramentum in contractu interuenerit, quod operatur effectum particularem, vt minor maior dicatur, auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend. Alphan. collect. 216. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 54. nu. 3. Griuel. deciſ. Dolani 39. nu. 9. Barz. dec. 62. nu. 70. Borgn. dec. 30. nu. 11. par. 1. Vrſill. dec. 124. nu. 2. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. Mancin. in tract. de iuram. eff. 37. par. 4. Adeo quod cùm talis
4 contractus minoris fuerit iuramento confirmatus valeret, iuxta communem ſentẽtiam DD. relatorum à dicto Griuel. dec. 14. nu. 25
5 & 26. etiam ſi talis contractus nulliter eſſet à minore celebratus, per ea, quæ idem Mancin. probat in eod. tract. d. p. 4. eff. 1. q. 8. ſubnectitur ad obſeruantiam illius teneri, intantum quod ſi minor cum iuramento contraheret, ſi contrauenire voluerit, non erit
6 audiendus, etiam ſi non interueniãt in contractu iuris ſolemnitates, probat Cæſ. Manent. deciſ. Mantuæ 65. nu. 20. Secundò dicebatur, vi & metu fuiſſe inductum à patre ad renunciãdum officium, & hoc probatum extiterat per certos teſtes familiares, atque domeſticos, licet fœminas; adeo quod nedũ
7 metus reuerentialis concurrebat, & cum læſione, quæ ſufficiebant ad reſcindendum, Anna alleg. 88. nu. 6. Franch. dec. 119. nu. 5. Farinac. in 2. par. fragment. lit. M. nu. 118. ſed
8 etiam compulſiuus, inde metus reuerentialis præcedentibus minis pariter ſufficiens erit ad reſciſſionem, idem Anna alleg. 114. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 1055. num. 17. Quapropter metus ipſe nedum per coniec-
9 turas probari poterit, idẽ Anna d. alleg. 14. nu. j. Maſcard. latè de prob. concluſ. 1056. nu. 9. Oſaſc. dec. 179. nu. j. ſed etiam per teſtes fa-
10 miliares, atque domeſticos, qui facta domus

ſciunt

ſciunt, Franch.dec.538. num. 3. Eoquè im-
11 penſius, quia metus duobus teſtibus proba-
tur, Mongoll.in tract. de ijs quæ vi met.cau.
fiunt c.10.§.3.num.9.& ſubdit in §.5.num.4.
12 quod magis creditur duobus teſtibus de
metu deponentibus, quàm mille affirmanti-
bus de ſpontanea voluntate, Boer.dec.100.
num.3.& in facto erant quatuor teſtes, licet
fœminæ, & coniunctæ examinatæ, & de me-
tu deponentes, meritò iuſtiſſimè ex hac etiã
cauſa reſciſſioni locus erat. Huic etiam re-
plicabatur, quod nedum metus reuerentia-
13 lis ſemper præſumi non debeat, latè Menoc.
de præſumpt.lib.3.præſ.127.nu.9. cum ſeq.
Boer.vbi ſupra nu.11.& 12. Adeo quod non
erit ſufficiens ad reſcindendum cõtractum,
14 quemadmodum probauit Farinac.eod.loco
nu.119.& melius nu.125. niſi probato metu
aliàs quàm per ſolam reuerentiam, nempè
per minas, & verbera, ſed nec etiam tali pro-
batione exiſtente de violenti metu, ſi non
fuerit legitimè facta probatio, in facto enar
15 rato teſtes erant fęminæ, quorum teſtimo-
nium non ita faciliter erit admittendum, cũ
non ſint integrę fidei, ac omni exceptione
maiores, latè Farinac.de teſtib.q.59. caſu 2.
nu.37. Pręterea, quia erant affines, ſeu con-
16 iunctę, quibus non ita faciliter credendum
eſſe oſtendit idem eod.tract. quęſt.54. vltra
ꝙ non niſi in crimine furti, & adulterij ad-
17 mittuntur, quia per alios ſciri non poteſt, vt
refert Franch.d. deciſ.538. Quantum verò
18 pertinet ad patris facultatem diſponendi de
bonis filij, latius per multas quęſtiones di-
ſcurrit Aſcan.Clemen. de patria poteſtate
effect.12.

Thoro.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæres non debet inquietari pendente tempore confectionis inuentarij, & ratio aſſertur.*

2 *Hæres conuentus actione reiuendicationis, non vt hæres, ſed vt quilibet poſſeſſor conuenitur.*

3 *Creditores habentes ſolam actionem realẽ, dicitur impropriè.*

4 *Tex.in l.fi.§.donec C.de iure delib.qualiter procedat.*

5 *Inſtantia cœpta cum defuncto, lite cum eo conteſtata tranſit in hæredes*

6 *In iudicio quaſi contrahitur per litis conteſtationem.*

7 *Inſtantia defuncti, cur in hæredem tranſit.*

8 *Tex.in l.2.§.fi.ff.de præt.ſtipul.ponderatur.*

9 *Hæres conuenitur pro portione hæreditaria, quando inſtantia in eum tranſiuit.*

10 *Actor poteſt litem incœptam cum defuncto deſerere, & nouum iudicium cum hærede inſtituere.*

11 *Procurator efficitur dominus litis per ipſius conteſtationem.*

12 *Deciſio caſus refertur.*

## DECISIO LIV.

IN cauſa vertente in Reg.Cam.inter
Illuſtriſſimos hęredes Illuſtriſs.quon.
Marchionis Vaſti, & Magnif.Ioa.Vin-
centium Coſſa; fuit mortuus dictus
Marchio lite pendente, & cùm inſtaret
dictus Ioa.Vincentius pro expeditione
cauſæ, fuit oppoſita exceptio cõfectio-
1 nis inuẽtarij, quæ interim differt litem,
& hæres non debet inquietari, vt eſt
tex.in l.fin.§.donec C.de iu.delib.vbi
eſt caſus expreſſus. Pro parte Ioa.Vin-
centij opponebatur, quod ille tex. non
habet locum, quando hæres conueni-
2 tur actione rei vendicationis, quia non
vt hæres, ſed vt quilibet poſſeſſor con-
uenitur, argum.tex.in l.de eo §.fi. ff.ad
exhib. & in l. Neſennius §. fundum ff.
de re iud. ita tenent ibi in d. §. donec
Odofr.Gugl.de Cun.Bald.Salyc.Ang.
Paul.de Caſtr.Alex.Iaſ.& Iac. & Cyn.
tamen ibi tenet contrarium, cum quo
ſimpliciter trãſit Alber.per tex.ibi ge-
neraliter loquentem, maximè ibi dum
tex. loquitur de actione hypothecaria,
l.eos ff.qui pot.in pign.hab. l.ſi fundus
§.in venditione ff.de pigno.& l. ſi cùm
venditor in princ. ff.de euict. facit tex.
ibi in verb.creditoribus, quia vbi mili-
tat eadẽ ratio, etiam lex pęnalis exten-
3 ditur in his, quæ habẽt ſolùm actionem
realem, qui tamen ſunt impropriiſſimè
creditores, vt eſt gloſ. in auth.minoris
de-

debitor in glo. 1. magna C. qui tut. dar. poſſ. & dicit Aret. in l. 1. ff. ſi cert. pet. col. 5. ſed tex. noſter loquitur in actione hypothecaria, quæ eſt realis, ergo eodem modo debet habere locum in rei vendicatione, cùm ſit eadem ratio, tum quia opinio contraria eſt communis, non eſſet ab ea recedendũ, quæ eſt vera, & procedit quando denuo ego vellem agere contra hæredem, non vt hæredem, ſed vt poſſeſſorem fundi, tũc ego credo, quod illa limitatio, & opinio communis eſt vera, quia ſolùm vt quilibet poſſeſſor extraneus iſte conuenitur, & non vt hæres. Et idem dico, quãdo conuenitur actione hypothecaria, eo caſu quia nihil fuiſſet actum cum defuncto, quia eſt eadem ratio, quæ in rei vendicatione, vt tanquam poſſeſſor conueniatur, & non vt hæres, & tex.
4 prout loquitur de hypothecaria procedit, prout dicit Bar. & reliqui, quando hypothecaria excedebat perſonalem, quo caſu erat obligatio deſcendens à defuncto, & ſic hæres vt hæres conueniebatur, & non vt poſſeſſor. Nos tamen hic non loquimur in his terminis; ſed loquimur, quando lis fuit cępta, & conteſtata cum defuncto, & iſte actor Io. Vincentius Coſſa eandem litem proſequitur contra hæredes Ill. Marchionis, quo caſu non poteſt dici, quod hi hæredes conueniantur actione reali, vt quilibet poſſeſſor, quia non eſt verum, nec eſſe poteſt hoc caſu, ſed conueniuntur vt hæredes, attento quod proſequitur eandem cauſam cũ eis, quę erat cępta cũ defuncto, quia etiam in actione rei vendicationis inſtantia cępta cũ
5 defuncto, lite iam cum eo conteſtata trãſit in hæredem, vt eſt tex. in l. ſi cum hominem iuncta glo. 1. ff. de fideiuſſ. & ibi Ang. col. fin. & tranſit in hæredem iure hæreditario, vt eſt glo. ibi in verb. in eũ, & ratio eſt, quia in iudicio quaſi
6 contrahitur, & per litis conteſtationem eſt obligatus actor, & reus inſtantiæ actione perſonali, vt eſt tex. & ibi optimè Bar. in l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. & ideo talis inſtantia in hæ-
7 redem iure hæreditario tranſit, quia defunctus erat obligatus inſtãtiæ actione perſonali, vt dicit Paul. in l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipulatio. Ideo talis obligatio perſonalis, per quam erat obligatus defunctus inſtantiæ, tranſit in hęredem, & pro hac opinione eſt caſus peregrinus ſecundum communem intellectum in d. l. 2. §. fi. ff. de prætor. ſtipu-
8 latio. vbi ſi quis conuentus rei vendicatione moritur ante litis cõteſtationem relictis pluribus hæredibus, quorum vnus poſſidet totã rem, qua defunctus conuentus erat rei vendicatione ipſe ſolus condemnabitur, quia lite nõdum conteſtata non fuit cauſata inſtantia, ideo non tranſiuit ad hæredem; propterea ille qui ſolus poſſidet conuenitur in ſolidũ, non vt hęres, ſed vt poſſeſſor; ſi verò lis eſt cõteſtata cum defuncto,
9 tunc quia inſtantia trãſit in omnes hæredes pro portione hæreditaria, licet vnus totam rem poſſideat, non poteſt ex illa inſtãtia cępta cum defuncto cõdemnari, niſi pro portione hęreditaria, quia non vt poſſeſſor conuenitur, ſed vt hæres, iſta eſt opinio gloſ. magiſtral. ibi Bar. Paul. Imol. & communis, vt ibi dicit Imol. & ſic caſus in terminis pro deciſione noſtra; propterea Bar. ibi dicit in fin. quem ſequuntur communiter Doctores, quod ſi actor nollet proſequi illam litem, & inſtantiam motam cum defuncto; ſed vellet conuenire de nouo illum hæredem, qui totum fundum
10 poſſidet, poſſet hoc facere, quia tunc non vt hæres conueniretur, ſed vt poſſeſſor, alleg. l. de eo §. fin. ff. ad exhib. & hoc comprobatur, quia lite conteſtata cum procuratore, ſi moritur Dominus non extinguitur inſtantia, quia
11 procurator eſt effectus Dominus inſtantiæ, & iudicium cum eo procedit, & finitur, l. nulla C. de procur. & ſentẽtia poſtea fertur in eum in dãnum, vel beneficium hæredis, vt ibi notant omnes

nes;ergo iure hęreditario,& non vt extraneus, ſeu poſſeſſor conuenitur hæres. Præterea nedum petitur res in caſu noſtro,ſed etiam petuntur fructus in maxima ſumma, quos defunctus percepit,ergo ad illos non poteſt hæres condemnari vt poſſeſſor; ſed tamquam hæres. Ex quibus omnibus fuit concluſum per Regiam Cameram Summariȩ,
12 & Sacrum Regium Conſilium, me referente,quod ſuperſedeatur in cauſa, donec duret tempus conficiendi inuentarium.

## ADDITIO.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæres an conueniri poſſit pendente confectione inuentarij.*

2 *Deciſio noſtri Auctoris ab alijs commemoratur,& alia conſimilis affertur.*

DEſumitur ex iſta deciſione principalis regula in iure fundata,num hæres con-
1 ueniri debeat pendente confectione inuentarij, de qua ſatis per Alphan. collect.1740, & vltra Viuium in eius ſylua commun.opin. in verb.exceptio, Roland. à Vall. in tract.de inuent.par.4. §.quarta vtilitas fol. mihi 75. in paru.vbi num.4.attingit articulum illum, ſi conueniretur reiuendicatione poſſit hæres opponere exceptionem ipſam; & de hac eadem deciſione meminit Præſ. de Franch.
2 dec. 352. ſub num.3. ex manuſcriptis deciſionibus Regentis Reuerterij, vbi de alia conſimili deciſione commemorans idem iudicatum fuiſſe retulit per Sacrum Conſilium,in cauſa Illuſt.Principis Squillacij,cum Illuſtr.Ducȩ Summæ; & iterum in cauſa Eminentiſſimi Card.Carafæ, & Illuſt.Ducis Boiani; de quibus memini in meo Compen. deciſ.Regni verb. hæres conuentus, & vltra alios ibi allegatos per me,& ab Addentibus, addo Cancer.var.reſol.tom.3.cap.2.à num. 156.cum ſeq. Anton. de Virgil. in tract. de legitimation. perſonar. in iudic. compar. cap.12.num.25.

Thoro.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mater præfertur Auo in tutela.*

2 *Tutor non datur niſi homini libero,& non exiſtenti in alterius poteſtate.*

3 *Baliatus non conceditur illi,qui eſt in poteſtate alterius.*

4 *Nepotes, ſiue Neptes ſunt in poteſtate Aui.*

5 *Filius ſeorſum à patre habitans per decennium,an præſumatur emancipatus.*

6 *Emancipatio à patre facta quando præſumatur.*

7 *Filiusfamilias ſi per ſpatium 20.annorum ſteterit ſeorſum à patre, præſumitur emancipatus.*

8 *Pater non eſt legitimus adminiſtrator in illis rebus,in quibus non habet vſumfructum.*

9 *Pater non habet vſumfructum ex feudo filij.*

10 *Feudatarij in Regno milites nuncupantur.*

11 *Filius feudatarius non deſinit eſſe in poteſtate patris, qui eius eſt balius.*

12 *Baliatus filiorum matri cur deferatur.*

13 *Tex.in l.fi.§.minores C.de ſent.paſſ.ponderatur.*

14 *Pater de diſſipatione bonorum filiorum ſuſpectus,an poſſit eſſe tutor,& qualiter ei ſubueniatur.*

15 *Educatio pupilli remiſſa eſt arbitrio Iudicis.*

16 *Iudex aliquando recedit à patris voluntate,aliquid diſponendo.*

17 *Iudex poteſt ex cauſa decernere,vt filius educetur penès matrem.*

18 *Deciſio Sacri Conſilij refertur circa baliatus dationem.*

## DECISIO LV.

MOrtuo quon.Magnif.Io.Andrea Caracciolo filio Magnifici Fabij Caraccioli,relicta Magnif. Diana Lambertina de Ciuitate Trani eius vxore cum quatuor, vel quinque filiabus, & quod dictus

Ioa.

Ioa.Andreas erat feudatarius, quod ei
per dictum Fabium eius patrem fuerat
refutata Terra Tocchi, fuit ſupplicatũ
in Reg. Collater.Conſil.prouideri filiæ
primogenitæ de Balio,qui curam habe
ret de perſona, & bonis dictæ filiæ pri-
mogenitæ,qui Balius ſolùm in feudali-
bus datur à Rege, vt in Conſt.Regn.in
aliquibus, & in Conſt. minoribus, &
eius vitæ à ſuo Ill.Prorege,fuit dubita-
tum,cui deberet per dictum Ill.Prore-
gem,& eius Collaterale Cõſilium de-
cerni Baliatus , an dicto Fabio auo pa-
terno, an verò dictæ Dianæ matri, &
quod hæc quæſtio eſt iam deciſa per
Bar. & alios DD.communiter in auth.
matri,& auiæ C.quand.mul. tut. offic.
fung.pot.fuit deciſum in S.R.C.vt in
1 dec.Affl.281.ꝙ mater præferatur auo,
ideo in hoc nõ inſto,cùm hæc ſit vera,
& communis opinio,eſt tamen in caſu
noſtro non modica difficultas, cùm tu-
tor nõ detur niſi homini libero, & nõ
2 exiſtenti in poteſtate alterius, vt in l.1.
cum glo.ff.de tutel.l.fi.in princ.ff.de
cur.furio.& inſt.de tutel.in princ.& ibi
gloſ.idem dicendum eſt in Baliatu , de
3 quo nunquam prouidetur illi,qui eſt in
poteſtate alterius,vt dicit And. de Bar.
quem refert , & ſequitur Afflict.in d.
Conſt.minoribus col.1.Pater videlicet
Io.Andreas erat in põtate Fabij, & per
conſequens eius filiæ ſunt in poteſtate
4 aui,l.nã & ciuium ff.de his qui ſunt ſui,
vel alie.iur.Ad hoc motiuum,quod eſt
fortiſſimum reſpõdetur pro parte dictę
Magnif.Dianæ,ꝙ dictus Io.Andreas ſte
5 terat ſeorſum à patre ꝑ decem annos,
vt filius emancipatus , & fecit omnia
ſua negotia vt paterfamilias,per tex.in
l.1.C.de patr.pot.ponderãdo verbum
diù, ꝙ importat decẽnium,l.fideicom-
miſſa §.Ariſto ff.qui,& à quib.quã opi-
nionem tenet Alb. in l.poſt mortem ff.
de adopt.& Bal.ibi in fi.Sal.in d.l.1.C.
de patr.pot.Iaſ.in l.ſi certis annis C.de
pact.& in l.ſi emãcipati C.de coll.Gu-
liel.de Bened.in repet. cap. Raynutius
verb.matrem; Inſuper non tamen hæc
opinio eſt ſimpliciter vera; ſed proce-
dit, quando filius dicit ſe fuiſſe eman-
cipatum à patre , & ad probandum
6 hanc emancipationem adducit tempus
decem annorum,tunc probatur eman-
cipatio à patre facta , per tex.in d. l. ſi
certis annis, & in l. cũ de in rem verſo
ff.de vſu.cum materia l.ſciendum ff.de
ver.obl.ſi verò filius ſolùm innititur tẽ-
pore, ꝙ non allegat ſe à patre emanci-
patũ,ex eo,ꝙ per 10.annos ſtetit ſeor-
7 ſum à patre,& omnia geſſit vt paterfa-
milias , & tunc requiritur ſpatium 20.
ann. vt eſt glo. in d.l.j. in verb.diù C.
de patr.pot.& glo.in l.2.de long.temp.
præſcript. & ita tenet Bart. in l. 2. ſi
adu.rem iud.qui diſtinguit hos duos ca
ſus,vt ſupra,idẽ Bal.in d.l.poſt mortem
in fi.in 1.lect. ff.de adop. & ibi Alb. &
idẽ Bal.in d.l.j.C de patr. pot. dum ſe
remictit ad not.in d.l.poſt mortem,fa-
ciunt not. per Moder.in l.ſciendum ff.
de verb.obl.& Maria.Socc.in conſ.93.
in 2.vol.num.16.& ita ſatis clarè tenet
Affl.in dec.183.Cùm igitur in caſu no
ſtro ex ſolo curſu tẽporis prætendit di-
ctus Io.Andreas eſſe emancipatus,hoc
non procedit de iure , niſi eſſent elapſi
20.anni . Cùm igitur hęc ſit opinio
gloſ.per multos ſequuta; erit hæc con-
ſtans opinio,vt latè per Iaſ. in l. vt vim
ff.de iuſt.& iur. & ſic non procedit hoc
motiuum factum pro parte dictæ Dia-
næ matris .

Dicebatur ẽt pro eius parte,ꝙ in ca-
ſibus,in quibus patri nõ acquiritur vſuſ
fructus in bonis eius filij in poteſtate
8 exiſtentis,pater non eſt legitimus admi
niſtrator eius filij , vt tenet Bar. & eſt
communis opinio , vt ibi atteſtatur
Aret. in l. fin. §. pupillus ff. de verbor.
oblig. licet Petr. & Aret. ibi teneant
in puncto iuris contrarium, licet filiuſ-
familias ſi habet feudum, ex dicto feu-
9 do non habet pater vſumfructum , vt
tenet Andr. in c. 1. §. Valuaſores in
7.colum.fin.de patr.qui feud.fac.poſſ.



Digitized by Google

latè Franc. Cur. in tract.feud. in 2.par.
3.par. principal.nu.46.Loffr.in cõſ.10.
ergo cum in his pater non ſit legitimus
adminiſtrator, eſt neceſſarium dare his
10 pupillis adminiſtratorem, hoc motiuũ
corroboratur, poſtquam feudatarij in
Regno ſunt milites, cùm hoc nomine
per omnia iura feudalia nuncupentur,
vt in rubr.quo tem.mil.& in tit.de mil.
& vaſſ.cũ pluribus locis, ſicut in bonis
caſtrenſibus filius habetur vt paterfa-
milias, eodem iure dicẽdum erit in his
bonis feudalibus; ad hoc motiuum re-
ſpondetur ex not. per Andr. in Conſt.
in aliquibus, & ibi clariùs Affl.q. Andr.
ſequitur, & idem Affl.in Conſt. mino-
ribus, in quibus locis dicunt præfati
DD. Regnicoli, qđ licet filiusfamilias
11 habeat feudum vel ex ſucceſſione, vel
ex donatione ei etiam minori à Princi-
pe facta, non propterea deſinit eſſe in
poteſtate patris: Et nihilominus nõ da-
tur ei Balius, ſed eius pater in cuius eſt
poteſtate erit eius adminiſtrator, licet
eius pater nõ ſuccedat ei in feudo, nec
eius feudi habeat vſumfructum, & ſic
ex ſupradictis vides, qualiter motiua
adducta pro parte Magnif. Dianæ non
ſunt talia, quod eius partem tueantur:
Tamen per aliam rationem nos omnes
12 Regentes Regiam Cancellariam, &
Magnif. Vincentius de Franch. Regius
Cõſiliarius, & Commiſſ. deputatus per
S. E. diximus, quod Baliatus deferatur
Magn. Dianæ matri dictarum filiarum.
Primò, per tex.in l.fin.§.minores C.de
ſent.paſſ. vbi eſt tex. ꝙ ſi patre dãnato
13 tutor datus eſt, ſi pater reſtituatur, tunc
officium tutoris ceſſat, & pater aſſumet
adminiſtrationem bonorũ filij, in cuius
eſt poteſtate; ſi tamen pater eſſet talis,
ꝙ potius diſſiparet bona filij tamquam
prodigus, vel libidine deditus, vel alijs
malis moribus indutus, non eſt ei bo-
norum ſuorũ filiorum cõmictenda ad-
miniſtratio, ſed fugiat ab eius admini-
ſtratione, & tutor aliàs datus remaneat,
per quem tex. dicit ibi Bar.in l.ſi con-
ſtãte in 4. q.2. quæſt.princip.ff.ſol.mat.
quod ſi mortua vxore relictis filijs ex
eius marito, ſi pater malè vtitur ſubſtã-
tia ſua, remediũ illius l.ſi conſtante non
cõpetit filio contra patrẽ, quia ſolũ da
14 tur vxori contra virũ, qui vergit ad ino
piã, ſi tñ mortua vxore pater malè vti-
tur ſubſtantia ſua, ſiquidẽ eſt talis abu-
ſus, qui cadit in prodigalitatem, conſti-
tuitur ei Curator, & ſi dotem alio mo-
do diſſipat, & ſubuertit, vt cũ dos ſit in
quantitate, & patrimonium taliter de-
ſtruit, ꝙ dos filijs non ſit ſalua, tunc eſt
filijs conſulendum per officium Iudi-
cis, vt ſuum ſaluum habeant, l. Impe-
rator ff.ad trebell. & d.l. fi. §.minores
C. de ſen. paſſ. Item in hoc verſatur
arbitrium Iudicis, remouendo tutorem
à tutela, quando tutor fuit inimicus pa-
rentum pupilli, vel ex quacũq; alia iu-
ſta cauſa, vt ex tex.in l.3.§.ſi tutor ff.de
ſuſp.tuto.imò Iudex ſine accuſatione
ex officio ſuo fauore pupillorum poteſt
tutorem à tutela ſuſpectum remouere,
ex apertiſſimis argumentis d. l. 3. §.
præterea ff.de ſuſpict. tutor. videmus
etiam in ſimili, quanta eſt data à lege
15 Iudicis arbitrio poteſtas reuidendi
penès quem pupillus educari debeat,
vt in l.1.&2.& ibi Doctores omnes C.
vbi pupill.educari deb. & in l. fin. ff.
eodem titul. Imò aliquando Iudex di-
ſcedit à voluntate patris, ita in ſuo te-
16 ſtamento diſponentis, l.5. eodem tit.
vbi pupill. educari deb. eſt text. in
l. 1. & in authent. ſi pater C. diuor.
facto, apud quem, quod etiam ſi filius
eſſet in poteſtate patris, ex cauſa po-
teſt Iudex determinare, quod filius
penès matrem educetur, eſt tex. in
l. 3. §. etiam ff. de liber. exhib. &
ita tenet Innoc.in cap.fi.de conuerſ.in
fid. ibi, dum dicit: Nex Iudex in certis
cauſis aliud arbitretur, ibi eſt corre-
ctus Innoc. qui vult dicere: Nec Iudex
ex certis cauſis aliud arbitretur, pro-
ut dicunt iura ſupra allegata, quod
cùm vellet dicere Innoc. nec exceptis
cau-

Digitized by Google

cauſis aliud arbitretur, eſſet inanis ſenſus, & cõtra omnia iura ſupra adducta, quæ expreſsè diſponũt, ꝙ Iudex ex certis cauſis iuſtis, & legitimis, poteſt, & debet arbitrari, penès quem filius debet educari, etiam ſi eſſet in poteſtate patris, vt dicit tex in d. §. ſi verò in d. l. 3. §. etiam ff. de liber. exhib. & ita fuit deciſum, dictum Baliatum eſſe decernendum dictæ Dianæ matri dictarum
18 eius filiarum cauſa educationis, pendet in Sacro Conſilio, ibi determinabitur, pro hac noſtra opinione quæ fuerunt adducta per Afflictum in deciſ. 183. vide.

## A D D I T I O.

### SVMMARIVM.

1 *Deciſio noſtri Auctoris à Præſide de Franchis refertur.*
2 *Mater, & Auia in baliatu præferuntur extraneis.*
3 *Mater auo paterno in baliatu nedum, ſed etiam in tutela præfertur, nu. 4.*
5 *Mater præfertur etiam concurrentibus pluribus exequutoribus teſtamentarijs.*
6 *Educatio pupilli an potius Auo paterno, vel matri decernatur, refertur deciſio.*
7 *Pater an præferatur in bonis filij, in quibus non habet vſumfructum.*

AGitur in præſenti deciſione, ſi Baliatus matri potius quàm Auo paterno erit cõ-
1 cedendus filio feudatario, & deciſum refertur in fauorem matris, & pariter de eademmet deciſione habetur apud Præſ. de Franchis dec. 10. quam regiſtraui in meo Comp. deciſ. Regni verb. Baliatus, vbi allegaui Conſiliar. Paſchal. & Maſtrill. pro eius corroboratione, de iure autem comprobatum eſt, vt
2 Mater, & Auia præferantur in baliatu alijs coniunctis, & ceſſante Matre, & Auia coniunctos præferri extraneis, probat Capy. in eius inueſt. feud. rubr. feud. Balij verſ. imò volens, ſicq; etiam vigore Cap. Regni diſpoſitum eſſe videtur in cap. feudatarius, ſequitur Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 12. rubr. de Balijs dandis num. 4. quod ſanè nedum
3 concurrente Auo paterno ipſa præferri de-
4 bet in baliatu, ſed etiam in tutela pupillo decernenda, iuxta deciſ. Affl. 183. Peregr. deciſ. Paduæ 28. nu. 6. Galter. in prax. tutel. 1. p. in princ. nu. 18. de quibus memor fui in eadem p. 1. noſtri Comp. verb. mater, ampliatur eadem concluſio noſtri Authoris, quod etiam concurrentibus pluribus executori-
5 bus teſtamentarijs, vt ipſa ſola petere poſſit eſſe Baliam, & ſic deciſum per Collaterale Conſil. Reg. de Pon. dec. 20. ſed quid in edu-
6 catione decernenda pro pupillo, an matri potius, vel auo paterno erit concedenda; fuit nouiſſimè deciſum per Sacrum Conſilium eſſe auo concedendam; ad relationem Regij Conſiliarij Camilli de Petio, in cauſa D. Conſtantiæ Silcaræ, cum Marcello Lanfrãco V. I. D. die 12. Octobris 1626. vt dicam in 3. par. noſtri Comp. verb. auus, quid autem ſi mater balium, ſeu gubernatorem filio ha-
7 benti patrem reliquerit, an pater præferri debeat, licet non habuerit vſumfructum in bonis filij, Reg. de Ponte conſ. 31. nu. 6. vol. 1. affirmatiuè concludit, plura autem attinentia ad materiam Baliatus nouiſſimè congerit Iul. Cæſ. Gallup. in ſuo meth. feud. p. 3. c. 1. à num. 17. cum ſeq.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Officialium creatio ſpectat ad Regem.*
2 *Officia non poſſunt ſine titulo poſſideri.*
3 *Officium Cancellarij in quo conſiſtit.*
4 *Notarius à quo creatur.*
5 *Notarius exercens officium Tabellionatus ſine priuilegio, eius inſtrumenta non valent.*
6 *Text. in l. Barbarius ff. de offic. præſ. ponderatur.*
7 *Nomen generaliſſimum habere quid denotet.*
8 *Cancellarij Regiæ Cancellariæ à Regibus Regni olim creati, ex multis probatur.*
9 *Conceſſa omnia videntur, ſine quibus officium exerceri non poteſt.*
10 *Creatio Cancellariorum debet probari præuio priuilegio.*
11 *Silentium non dat titulum.*

12 *Poſſeſſio iniuſta non operatur in ijs, quæ iuris ſunt.*

13 *Præſcriptio non militat in ijs, quæ ſunt meræ facultatis.*

14 *Poſſeſſio recens, & ſine titulo non tribuit ius, & nullius eſt momenti.*

15 *Verba, cum omnibus iuribus, pertinentijs, & prærogatiuis, quid denotent.*

16 *Papa ſi confirmat priuilegiũ alicui Eccleſiæ, vel Collegio, cenſetur cõfirmare quæ iuſta ſunt.*

17 *Dominus confirmãs feuda vaſſallo, cenſetur quæ iuſta ſunt confirmare.*

18 *Confirmatio Papæ refertur ad actum iuridicè factum.*

19 *Reformatio Cancellariæ Regiæ à Prorege facta, an operetur electionem Cancellariorum ad ſe ſpectare.*

20 *Reformatio Regiæ Cancellariæ ordine Suæ Excellentiæ facta per Regentes, quid operetur.*

21 *Actus factus inaudito fiſco eſt nullus.*

22 *Deciſum non dicitur, ſi non fuerit diſcuſſum.*

23 *Sententia eſt ipſo iure nulla lata ſine cauſæ cognitione.*

24 *Deciſum non eſt, de quo non eſt cognitum.*

25 *Verba enunciatiua prolata in nihil probant.*

26 *Verba enunciatiua prolata ex errore, licet pro libertate non probant.*

27 *Verba enunciatiua prolata inter alios non præiudicant tertio.*

28 *Verba enunciatiua etiam in ſcriptis non diſponunt.*

29 *Deciſio Collat. Conſil. circa electionem Cãcellariorum, affertur.*

## DECISIO LVI.

SVA Catholica Maieſtas ordinauit, & iuſſit per ſuas Regias Prouiſiones, & literas, quod hic per Illuſt. Dominum Proregem prouideretur, ad quem ſpectet creatio Cancellariorum Regiæ Cancellariæ, an ad Suam Maieſtatẽ, an verò ad Secretariũ Ioannem de Soto, declarando, quod ſi de iuſtitia ad dictũ Ioãnem ſpectaret eorum creatio, quod ſolùm intelligeretur eius vita durante, & in dicto officio Secretariatus permanẽte, eo tamen mortuo, vel ſine officio exiſtente ad S. M. eorum creatio ſpectaret, etiam ſi aliter in priuilegio alterius Secretarij tunc creandi diceretur, S.E. commiſit hanc cauſam Magnifico Vincentio de Franchis Reg. Conſiliario, qui referret cauſam in Reg. Collaterali Conſilio, audito fiſco, & parte, fuit compilatus proceſſus per dictum Magnific. cauſæ Commiſſarium; & demum facta relatione, fuit dubitatum, ad quem de iure dicta creatio ſpectaret.

Reg. Aduocatus fiſci dicit, ad Suam Maieſtatem ſpectare: Primò, de iure communi, quod creatio officialium eſt de Regalibus; ideo à nullo poteſt fieri
1 talis creatio, niſi à Rege, vel ab eo poteſtatem trahente, cap. 1. quæ ſint regal. & ibi Bal. in verb. ad iuſtitiã expedien-
2 dam, tum quia officia non poſſunt ſine titulo poſſideri, vt per Capyc. dec. 73. in colum. final. & dato, quod hoc officium non ſit quoad iuriſdictionem adminiſtrandam, tamen dicitur offi-
3 cium dictandi, conficiendi, & ſcribendi, vt dicit glo. de Notario in l. ſi quis Decurio C. de falſ. Andreas in dicto verbo ad iuſtitiam, videmus etiam, quod Notarius, qui habet officium
4 Notariatus non poteſt creari niſi à Papa in ſuis terris, ab Imperatore, & à Rege non recognoſcente Superiorem, ſ. cùm P. Tabellio extr. de fide inſtrumentorum, vbi Imol. & reliqui Canoniſtæ, in tantum quod ſi exerceret officium Tabellionatus ſine priuilegio, etiam quod fuiſſet toleratus, & communi opinione reputatus Notarius, & eſſet in quaſi poſſeſſione Notariatus, qui multa confeciſſet inſtru-
5 menta, talia inſtrumenta non valent, & cõmunis opinio hoc in caſu nõ facit ius, vt tenent Andr. de Piſ. Guil. Vor. Odofr.

Digitized by Google

Odofred. & Alber. qui refert dictos Antiquos in l. Barbarius ff. de offic. prætor. & iſta eſt communis opinio, vt latiſſimè Iaſ. ibi col. 8. 9. & 10. qui plu-
6 res refert Doctores, & atteſtatur, hanc eſſe communem opinionem, imò fortius dico, quod etiam in d. l. Barbarius Philippus non fuit Prætor, vt eſt magis communis *opinio*, & *ibi dicit* Iaſ. col. 1. licet *geſta per eum ex benignitate* valuerint, & propter publicam vtilitatem, & communem errorem, & quod ei erat prætura collata, tamen cum errore, quia putabatur liber, & erat ſeruus, videmus quod Regia Cancellaria omnes officiales, qui nomen *tenent*, & *ſpecificum*, & *elegans*, *creantur* à Sua *Maieſtate*, *vt puta*, Secretarius, officium *ſigilli*, Scriba Mandati, Scribæ Regiſtri, officium taxatoris. Cum ergo nõ idem erit in Regijs Cancellarijs, qui habent nomen ſpecificum, & elegans, vt ſeorſum à S. M. creantur, non video rationem, neq; cauſam differẽtiæ; non enim poſſumus dicere de eis, prout de alijs Scribis, quia illi à Secretario ponuntur, qui non *habent* neq; nomen, & *ſpecificum*, neque ſunt deputati ad certum officium exercendum; ſed ſunt vt genus generaliſſimum, vel ſubalternum, qui ſcribunt generaliter ea, quæ
7 ſibi mandantur, prout in ſimili dicit Bar. in l. iuriſgentiũ in princ. ff. de pact. vbi dicit, quod habere nomen generis generaliſſimi, vel ſubalterni, non eſt habere nomen, nec per hoc dicitur res nominata, ſed habere nomen ſpeciale, hoc facit rem nominatam. Regij Cancellarij habent certum deputatum of-
8 ficium ſcribendi omnes literas, & prouiſiones Regias, & præſertim eas, quæ ſecretæ ſunt, & ita videmus fuiſſe obſeruatum temporibus Regum huius Regni, non ſolum tempore Regum domus Aragoniæ; ſed etiam tempore Regum Domus Andegauiæ, prout multæ prouiſiones productæ in proceſſu, ex quibus apparet huiuſmodi Cancellarios à Regibus Regni creatos fuiſſe, vt à tempore Regis Ladislai in anno 1390. & 1393. & tempore Regis Alphonſi Primi ſunt quinque prouiſiones in proceſſu deductæ de anno 1440 1442. 1446. 1450. & 1451. in quibus prouiſionibus apparet, quod deputabantur ad faciendum, dictandũ, & ſcribendum literas Regias, tàm gratiam, quàm iuſtitiam, & alias res concernentes, tàm intereſſe publicum, quã priuatum tangentes, vt in dictis prouiſionibus latè cõtinetur, tempore etiam Regis Ferdinandi Secundi, & Regis Federici ab eis fuiſſe dictos Cancellarios deputatos, & nõ fuerunt ſimpliciter nominati Cancellarij, ſed Regij Cancellarij, & eodem modo tempore Magni Capitanei, tempore etiam Regis Catholici fuit edita pragmatica in anno 1550. in qua diſtinguendo, & limitando dirictus Regiæ Cancellariæ, per quam taxantur dirictus pertinentes Scribis Regiſtri, & reliquum mandat diuidi in duas partes, quarum vna aſſignatur Secretario, alia verò Cancellarijs, & alijs Scribis, ex qua diſpoſitione colligitur apertè, ius ſolutionis competere Cancellarijs, & eſſe diſtinctum à iure Secretarij, & ſeparatum officium, & ideo ſalarium eis competens fuit diſtinctum à ſalario Secretarij, quæ diſtinctio non fuiſſet neceſſaria, ſi eorum creatio ad Secretarium ſpectaret, & ab ipſo dependerent, quod ſolùm pro vno corpore fuiſſent computati, & huiuſmodi diſtinctio ſolutionis ſimiliter apparet approbata per decretum Collateralis Conſilij latum in anno 1540. quod etiam tempore huius Secretarij apparet confirmatum per aliud decretum Sacri Conſilij in anno 1559. fuit poſtea producta prouiſio, ſeu Pragmatica Regis Ferdinandi Primi, in qua ordinatur, quomodo debeat regi, & gubernari Reg. Cancellaria, vbi facit tres claſſes, ſeu ordines officialium omnium

dictæ Regiæ Cancellariæ, inter quos ponuntur dicti Regij Cancellarij,& ſatis ex dicta Pragmatica apparet, quod omnes ibi deputabat Rex Ferdinandus: Ex quibùs poteſt videri, quod tàm de iure cõmuni, quàm ex lõnga obſeruantia dicti Regij Cancellarij fuerunt creati per retro Reges huius Regni, vel ab eis creari de iure debent.

Pro parte dicti Secretarij Ioannis de Soto dicitur Primò, quod ad eum ſpectat electio dictorum Cancellariorum,
9 quia ipſi faciunt propriè ea, quæ ſpectant ad officium ſuum, & ſine ipſis ſuum officium non poteſt exerceri, ergo conceſſo ſibi officio Secretariatus cenſentur ſibi omnia cõceſſa, ſine quibus eius officium exerceri non poteſt, l.2.cum ibi plenè not.per omnes ff. de iuriſd.omn.iud.l.1.§.fi.ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſd. & Bar. in l. veteres ff.de itin.actuq; priu. Sed ad hoc motiuum eſt facilis reſpõſio, quod in eadem Cancellaria ſunt plures officiales, quos ſupra nominaui, ſine quibus Secretarius nõ poteſt exercere ſuum officium, & tamen omnes creantur à S.M. idem eſt in S.C. in R.C.& in M.C.V. in quibus Tribunalibus ſunt plures officiales ſine quibus Præſidentes in dictis Tribunalibus nõ poſſent adminiſtrare eorum officium, & tamen omnes illi officiales deputantur à S.M.& non à dictis Præſidentibus. Nec obſtat quod dicitur, quod à tempore Regis Catholici fel.mem.nunquam illi Cancellarij fuerunt creati neque à S.M. neque à Cæſarea Maieſtate, neque etiam à Maieſtate D.N.Regis PHILIPPI, imò à dicto tempore vſque ad præſens tempus ſemper Secretarij Regni, qui pro tempore fuerunt, deputauerunt, & elegerunt dictos Cancellarios in præſentia Illuſtriſſimorũ Dominorum Proregum eis etiam ſcientibus,& patientibus. Ad hoc reſpondetur, ꝙ hic nos non tractamus de poſſeſſorio, ſed de mero petitorio; Ideo videre oportet de titulo Secretarij,& non de poſſeſſione: Iſta creatio Cancellariorum debet probari mediante priuilegio, l.5.C.de mand.Prin. l.probatorias C.de diuerſ.offic.lib.10. & Bal.in l.j.col.j.C.de teſt.& ibi dicit,
10 quod probare quaſi poſſeſſionem officij nihil operatur, quia data eſt certa forma probandi officium, ideſt per priuilegium, vel inſtrumentum. Cùm igitur per dictum Secretarium nõ probatur hoc ius creandi dictos Cancellarios, neq; ꝑ priuilegium, neq; per inſtrumentum, & ſilentium Regis non opponentis deputationes dictorum officiorum ſpectare ad S. M. non nocet, quia ſilentium non dat titulum, argum. l. ſi pro fundo C. de tranſact. & quaſi
11 poſſeſſio ex tali exercitio inducta nihil poteſt operari, quia eſt iniuſta, quæ nihil operatur in ijs quæ iuris ſunt, iuxta not.per Innoc.in cap.nihil de elect. & Bald. in d.l.1. col.3. in princ. C.de teſta. qui allegat in d.cap. nihil Innoc. tum quia hæc ſunt meræ facultatis pe
12 nes Regem, vt S. M. creet ipſos Cancellarios, vel permictat, quod aliquo tempore ab alijs deputentur, iſta ſunt merè facultatis. Ideo nullo vnquam tẽpore præſcribuntur, vt eſt glo.in cap.vt
13 priuilegia in glo.pen. in fin. extra de priuil. vbi Ant.de Butr.& Felyn. latè in cap.cùm acceſſiſſent col.11. de conſt. quia aliquos ſuo tempore creauit Cãcellarios non debet attendi, poſtquam vt ſupra demonſtratum eſt, hoc ius creandi Cancellarios ſpectat ad Regem, quod ſemper antiquitus ab eis creati fuerunt, etiam in poſſeſſione, vel quaſi extiterunt eos creandi, creatio poſtea facta à Secretario Seronio, qui fuit primus, & poſtea à Secretario Martirano
14 fuit recens, & ſine titulo; Ideò eis non tribuit ius, & nullius eſt mom̃eti; poſtquam conſtat de initio, ita Innoc.in cap.dudum extra de decim, Petr.Bellug.in Spec. Princ.in rubr. de trucis §. tractemus num.41. qui allegat Innoc. facit quod notat Innoc.in cap.dilectus col.2

col.2.verſ.poſſeſſorium, extra de cap.
mon. Non obſtant ſecundò verba in
priuilegio dicti Secretarij Soto, dum
ſibi conceditur officium cum omnibus
iuribus,præeminẽtijs, & p̃rogatiuis ad
dictum officium ſpectantibus, quibus
alij Secretarij eius prędeceſſores gauiſi
ſunt: Nam dico primò,hæc verba eſſe
probata ex vſu, & ſtylo Cancellariæ,
15 quæ verba *in alijs priuilegijs* antecedentibus fuere appoſita etiam in priui-
legijs Petri Quintana, qui fuit pri-
mus Secretarius Regni tempore Regis
Catholici,& tunc hæc verba non poſ-
ſunt intelligi de creatione horum Can
cellariorum,cùm tempore Regis Fede
*rici immediatè præcedentis* Regis Ca
*tholici per ipſum creabantur*, vt ſupra
eſt demonſtratum. Tum quia in dicto
priuilegio Secretarij Soto dicitur, quæ
iuſtè tenebantur, & poſſidebantur per
dictos ſuos prædeceſſores,& tum vt ſu
pra probaui,dicti Prædeceſſores non
habebant priuilegium,neque alium ti-
tulum creandi dictos Cancellarios;er-
go eorum poſſeſſio erat iniuſta, & nul-
lum tribuit ius,vt ſupra fuit probatum,
& hoc etiam ex iuris diſpoſitione põt
notari,ex not.per Bar.in l.1.ff.de his q
ſunt ſui,vel alien.iur.col.1.quod ſi Pa-
16 pa confirmat priuilegium alicui Eccle-
ſiæ,vel Collegio,ſeu Ciuitati,cenſetur
confirmare quæ iuſta ſunt, argum. l.1.
ff.de his quæ in teſt.del. eſt tex.in c.1.
de iur.iur.in 6.eſt text.in c.1. per quos
fiat inueſt.quod ſi Dominus confirmat
17 vaſſallo omnia feuda ſibi conceſſa,iſta-
talis loquutio reſtringitur ad ea quæ iu
ſtè poſſidet, & ita Aret. latius in l.qui
ſeruus ff.de acqu.poſſ.& ideò infertur,
quod confirmatio Papæ,quæ poteſt re-
ferri ad actum iuridicè factum, & etiã
poteſt referri ad alium non iuridicè fa-
18 ctum,in dubio ſolum refertur ad actũ
iuridicè factum, Innoc. in cap. dudum
de dec.& Fely.qui eum refert in c. 1.
col.8. de conſt. Vltimò non obſtat q
dicitur per reformationem factam per
19 Illuſt.Dominum Proregem Reg.Can-
cellariæ in anno 1559. dum in princi-
pio dicitur, quod expeditio Regiarum
prouiſionum tota ferè pendet à mani-
bus Cancellariorum,& Scribarum,vul
gò nuncupatarum de *firma*, quorum
electio ad eundem Secretarium ſpe-
ctat, Ijq; ſuo ponuntur, & tolluntur
nutu, & propterea ibi ſtatuitur, quod
Secretarius ipſe curet in officijs prædi-
ctis præficere fideles, & idoneos, per
quos Reg Cur. decus conſeruetur, &
ſubditorum Regionum vtilitati conſu-
latur; Ex quibus prætendit dictus Se-
cretarius eſſe deciſum,talem electionẽ
ad eũ ſpectare. Ad hãc Pragmaticam,
ſeu veriùs reformationem Cancella-
riæ poteſt pluribus modis reſponderi.

Primò, quod S.E. & nos Regentes
nunquam intelleximus, quod dicta re-
formatio diſponeret, ſiue tractaret, ad
20 quem ſpectet electio dictorum Can-
cellariorum, quia non fuit diſcuſſum,
neque tractatum de creatione officia-
lium Reg.Cancellariæ,ſed ſolùm quo-
modo debet regi, & gubernari Reg.
Cancellaria, & non fuit commiſſum
Regenti Albertino, quod declararet
ad quem electio Cancellariorum ſpe-
ctaret, neque alterius cuiuſcumq; offi-
cialis Cancellariæ; ſed quomodo regi,
& gubernari dicta Cãcellaria deberet,
& ita audactèr dico, quod nũquam in-
ter nos fuit habitum colloquium de
tali diſpoſitione, meritò de ea nulla eſt
habenda conſideratio in iſta declara-
tione,tractabatur.n.de euidenti præiu-
21 dicio fiſci, qui aliter non fuit neq; vo-
catus, neq; auditus, quo caſu actus eſt
nullus, l.ſi fiſcus C.de iu.fiſ.

Tertiò dicitur, quod per dicta
verba nõ poteſt hoc fuiſſe deciſum, cũ
22 nulla adhibita fuit cauſæ cognitio,pro-
ut de iure requiritur, l.Iudices C.de
iud. & quando ſine cauſæ cognitione
aliquid deciditur,vel ſẽtẽtia fertur,ip-
23 ſo iure eſt nulla,vt dicit Bar.in l.prola-
tam C.de ſentent. & interl.omn. iud.
Iaſ.

Digitized by Google

Iaſ.in d.l.Iudices,& in l.Ius pluribus ff. de iuſt.& iur.latè Aret.in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ extra de conſt.non po-
24 teſt dici deciſum illud, de quo non eſt cognitum; nec poteſt dici cognitum, quando non eſt audita pars, de cuius præiudicio agitur, l.de vnoquoque ff. de re iud.& l.ſæpè eodem titul.quod ſi tunc fiſcus fuiſſet auditus, apertè demonſtraſſet de eius claro,& aperto iure,prout hodie demonſtrat.

Quartò dicitur, quod illa verba poſita in illo capitulo reformationis, ſunt
25 verba enunciatiua, quæ non prolata principaliter pro ſe,& quando poſtea tractatur de virtute enũciati,nihil probat, vt eſt gloſ. in l. optimam C. de contrah. & com. ſtipul. facit cap. illud, & quod ibi not. Anton. de Butr. extra de præſumpt. & Alexand. in add. ad Bart. ſuper verb. propter, in l.ex hac ſcriptura ff. de donat. vide Andr.in c.1.§.ille tamen in fi. de contro.feud.ap.par.term. & Bar. in l.cùm teſtamentum in princ.C.de iur.& fact. ignor.vbi dicit, quod verba enunciati-
26 ua erronea, etiam pro libertate non probant, nec inducunt diſpoſitionem, diſponunt quando ſunt prolata ex certa ſcientia, & non per errorem, vt eſt tex.& ibi not. Aret. in l.ex his verbis C.de teſtament.mil. optimus text.in l.Lutius ff. de conſt. pec.quem allegat Aret.in d.l.ex his, ſentit Bart.in d.l.ex hac ſcriptura colu.3.in princ. verſ. ſed aliter videtur tenere glo. in colu.pen. verſ.quarto operatur,ad idem eſt text. in l.non id C.de iur. & fact.ignor. vbi verba enunciatiua per errorem omiſſa in contractu.vel quaſi non diſponũt; ſed non eſt dubium,quod illa verba poſita in reformatione de creatione Cãcellariorum ſunt erroneè ſcripta, & nõ ex certa ſcientia, vt ſupra dixi, quia nunquam de his inter nos verbum factum fuit,ergo nihil diſponunt.

Dico vltimò,quod verba enunciati-
27 ua prolata inter aliquos nihil operãtur in præiudicium tertii, ita Bar. in d.l.ex hac ſcriptura col.3. verſ.venio ad quartum; ſed in caſu noſtro tractatur de præiudicio tertij,videlicet Reg.fiſci abſentis, & non auditi, ergo nihil operatur.

Verba enunciatiua etiam in ſcrip-
28 tis non diſponunt, Bald.in l. non epiſtolis in princ. C. de probat. per illum tex.Card.in clem.fin.§.fin. vbi optimè per totum de ſentent. excomm. Hæc
29 cauſa fuit votata in Reg. Collaterali Conſilio, vbi fuit votatum pro maiori parte contra Regium fiſcum, in fauorem dicti Secretarij Soto, ex duabus cauſis videlicet,ratione dictæ reformationis, quod per eos ita fuit deciſum in fauorem dicti Secretarj; ſed ad hoc fuit latè reſponſum, & benè meo iudicio.Secunda ratio fuit,quod poſtquam officium conceſſum dicto Secretario Soto eodem modo,& forma,prout tẽtum,& poſſeſſum fuit per ſuos pdeceſſores,qui deputauerunt hos Cancellarios, prout fecit Secretarius Martiranus; Ideo dici debet in perſonam dicti Secretarij Soto,qui habuit officium ex titulo oneroſo, ad hãc rationem etiam ſupra latè fuit reſponſum,quod militaret fortè,quãdo ageretur de mero poſſeſſorio; ſed quod ſolùm hoc iudicium fuit merè petitorium; ideo in eo hæc ratio non procedit, vt ſupra ſatis fuit diſcuſſum.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Electio Cancellarij ad Regem pertinet.*

2 *Vicecancellarius cur ita nuncupatur Romæ.*

3 *Officium Cancellarij in quo potiſſimum verſatur.*

4 *Secretarius Regni gerit omnia pertinentia ad Cancellarium.*

5 *Secretarius Regni vtitur miniſterio plurium perſonarum ad expeditionem negotiorum*

Digitized by Google

*gotiorum pertinentium ad Regiam Cancellariam.*

6 *Regentes Regiam Cancellariam quando inuenti, & in quorum loco ſubrogati ſunt, num. 7.*

8 *Cancellarij quare Scribæ vocantur.*

9 *Facultas creandi Cancellarios non inſpicitur Regi reſeruata.*

DIſceptatur in præsẽti deciſione, cui pertinere videatur electio Cancellariorum Regiæ Cancellariæ, num ad Regem, vel ad Secretarium Regni vigore ſui priuilegij conceſſi cum verbis in eadem deciſione põderatis, & refertur ad ipſum Secretarium ſpectare, & ita deciſum, quæ ſiquidem deciſio comprobari cernitur vltra fundamentales rationes ab Auctore noſtro traditas ex alijs potiſſimis rationibus ſatis excogitandis; adeò quod non agitur de principali officio
1 Cãcellarij, cuius electio ad Regem ſpectare indubitati iuris eſt, ob eius magnam auctoritatem, & poteſtatem, vt poſt Luc. de Penna relatum à Caſſan. in Catal. glor. Mund. par. 7. conſid. 7. Frec. de ſubfeu. lib. 1. tit. de off. Magni Cancell. eum ſequitur Io. Franc. de Leonard. in tract. de Magiſt. Regni c. 3. nu. 34. qui
2 in Roma Vicecancellarius nuncupatur, non abſque ratione, cum ipſe Summus Pontifex ſit Dei Cancellarius, & eius loco in prædictis Vicecancellarius ſubrogatur ab eo, vt poſt Gom. in proem. Regul. Cancel. in princ. ſequitur Veſtr. in eius prax. lib. 1. c. 4. num. 1. vbi optima Additio Grauatij num. 12. hoc idem proſequitur rationibus, & exemplis perſcrutando intuetur eius dignitatem, qui-
3 nimò licet officium peculiare ipſius conſiſtere videatur in conſeruatione ſigilli Regij, ac ſigillare literas, & omnia priuilegia, eisq; ſe ſubſcribere, imò rumpendo, cancellando prouiſiones Regias, & conficiendo, quemadmodum præcitati DD. percurrunt: Hodie tamen in Regno hoc receptum non videtur in praxi, hæc omnia cernuntur in Regia Can-
4 cellaria peragi apud Regni Secretarium, vt aduertit ibi Frec. num. 29. qui in eadem Can-
5 cellaria vtitur miniſterio plurium perſonarum ad expeditionem rerum pertinentium ad iuſtitiæ executionem per Regẽtes ipſam Regiam Cancellariam deputatos, præſertim ad libellorum decretationes, priuilegiorum expeditiones, vt ibid. Frec. aduertit, põ-
6 derando originem ipſorum Regentium à Rege Catholico deputatorum, qui loco
7 Cancellarij Regis ſucceſſerunt, quorum officium in ijs intuetur Boer. in tract. de authoritate Magni Concil. nu. 10. & 11. Quinimò tales perſonæ deputatæ ad exequutionem rerum prædictarum, inter cæteras adſunt Cancellarij à dicto Secretario dependentes in concomitantiam, & ſollicitudinem ſui of-
8 ficij, & iuſta ratione Scribæ ipſi Cancellarij nuncupantur, expreſſim probat ad propoſitum Nicol. Anto. Grauat. ad eundem Veſtr. loc. cit. ſub nu. 12. verſ. & Cancellarij, qui videntur ſubordinati ad Secretarium, & ab ipſo dependere, quocirca non ab re ſi ei competat electio, cũ non reperiatur adhuc cautum etiam in noſtris pragmaticis ab alio
9 eligi; imò in pragm. 2. §. 1. de offic. ad Reg. Maieſt. Collat. &c. non reperitur facultas iſta horum Cancellariorum reſeruata Regi; ſed tantum officium taxatoris ſigilli, & detentoris ſigilli prædicti, nec vllũ verbum de ipſis Cancellarijs, vnde deſumitur ad ipſum Secretarium ſpectare, eo impenſius ex verbis ipſius priuilegij.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Delictum in genere probari debet ante omnia.*

2 *Delictum commiſſum eſſe conſtare debet, licet ignoretur à quo fuerit commiſſum.*

3 *Tortura nunquam infertur, niſi præcedãt indicia.*

4 *Iudex ſi viderit aliquem delinquere, ei torturam inferre nõ poſſet abſq; indicijs, & ſi haberet liberum arbitrium, nu. 5.*

6 *Iudex torturam dare poteſt in ſubſidium, quando non adeſſent aliæ viæ reperiendi veritatem.*

7 *Tortus ſufficienter abſque nouis indicijs, nũ poteſt iterum torqueri.*

8 *Iudex torquens aliquem ſine indicijs tenetur in ſindicatu.*

9 *Iudex torquens aliquem dolo malo, & ſine cauſa pœna capitis tenetur.*

10 *Iudex tenetur, quando tortus moriretur in tormentis.*

11 *Tortura inferri an poſſit ex proceſſu informatiuo, non data copia parti.*

12 *Iudex in occultis debet eſſe promptior ad torturam.*

13 *Teſtis vnicus de viſu, licet non ſit omni exce-*

Digitized by Google

*exceptione maior, facit indiciũ ad torturã.*
14 *Mitius agitur contra occidentem vilem perſonam.*
15 *Miles iura ignorare præſumitur.*
16 *Ignorantia iuris excuſat militem.*
17 *Ignorans non incidit in commiſſum, ſed tantùm gabellam ſoluit.*
18 *Miles aliquid ſibi aſcribẽs in teſtamento, non tenetur pœna falſi.*
19 *Militis factum cenſetur potius per errorem, quàm dolo.*
20 *Iudex excuſatur in dando copiam reo, ſi ſemel fuerit tortus.*
21 *Poteſtas torquens aliquem indebitè, qui poſtea moritur, tenetur pœna extraordinaria.*
22 *Pœna ex cauſa poterit per Iudicem minorari.*
23 *Iudex nemo debet eſſe in cauſa propria.*
24 *Iudicium procedit, parte non opponente de eius inualiditate.*
25 *Text. in l. qui iuriſdictionis ff. de iuriſd. omn. iud. declaratur, qualiter procedat.*
26 *Iudicium non ſubſiſtit, deficiente vna ex tribus perſonis.*
27 *Iudex, & accuſator ſimul quis eſſe non poteſt.*
28 *Bona amicorum confederatorum non ſunt capienda.*
29 *Res communis, & pro indiuiſo dicitur tota mea.*
30 *Res communis an propria mea dicatur.*
31 *Text. in l. communis libertus ff. de in ius voc. & l. lex Cornelia ff. de iniur. ponderantur.*
32 *Statutum puniens delinquentem in domo, multo fortius procederet contra delinquentem in domo communi.*
33 *Furtum inuito Domino committitur.*
34 *Rapiens rem ex errore, ad quod tenetur.*
35 *Violẽtiam inferens Naui deferenti publicas ſpecies, qualiter puniatur.*
36 *Plagium qualiter committatur.*
37 *Pœna plagij qualis eſt.*
38 *Pœna à lege impoſita, nec augeri, nec diminui poteſt regulariter.*
39 *Pœna ſimili tenetur Iudex, qui imponit reo pœnam non conuenientem.*
40 *Iudex poteſt ex cauſa pœnam trãſgredere.*
41 *Pœna minuitur ratione perſonæ, ex multis.*
42 *Pœna minuitur ratione publicæ vtilitatis.*
43 *Pœna à iure impoſita minui poteſt à Iudice.*
44 *Pœna à lege non determinata, erit arbitraria.*

## DECISIO LVII.

IN cauſa inquiſitionis factę contra N. Caſtellanus qui fuit Goletæ in partibus Tuneſi, & fuit ſuſpenſus à dicto officio per Magnif. Commendatorem Guillera Commiſſarium Deputatum per Suam Maieſtatem Catholicam ſuper inquiſitione faciẽda contra dictum N. quæ cauſa poſtea per S. M. fuit commiſſa D. Ioa. Thomæ de Minadois, & Franciſco de Aquiria Reg. Cõſiliarijs, & mihi; Vidimus poſt completum proceſſum, in 5. cap. fiſci, quod dictus N. intulerat, ſeu inferri iuſſerat torturam cuidã Mauro, vocato Buuar, non pręcedentibus indicijs, & de facto nullo iuris ordine ſeruato, ex qua tortura dictus Buuar fuit mortuus.

In primis, non eſt dubium, quod priuſquam procedatur contra aliquem,
1 oportet quod conſtet delictum fuiſſe
commiſſum, vt eſt tex. & ibi Bar. in §. il
2 lud, l. 1. ff. ad Syll. licet ignoretur, per
quem fuit commiſſum delictum, vt ibidem Ang. in ſuo tract. de malef. in §. fama publica verſ. nunc videamus de tortura q. 22. l. idem Neratius §. fin. cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. latè Gãd. in tract.
3 malef. in tit. de præſump. & indit. & tor
tura nũquam eſt inferenda niſi præcedãt indicia ſufficientia, l. 1. §. 1. 2. & 3. ff. de queſt. l. maritus, & l. fin. vbi Bar. eod. tit. l. mulieres, & l. cũ cognitio C. eod. titul. Gand. in ſuo tract. de tormen. in princ. Guid. de Suzar. in ſuo tract. de tormen. & Ang. in ſuo tract. malef. in ſupra alleg. §. vbi latè Alex. in conſ. 35.

in

in 1.vol.in conſ.14.in 3.vol.in conſ.54
in 6.vol.& in conſ.30.in 7.vol.Dec.in
conſ.363.in 2.vol.cum infinitis ſimili-
bus;imò etiam ſi Iudex vidiſſet Titium
4 occidere Sempronium,& non haberet
alia indicia, non poſſet ſibi dare tortu-
ram,quia ex allegatis,& probatis,& nõ
ex ſua conſcientia poteſt iudicare, l. il-
licitas §.veritas ff.de off.prætor.ita in
terminis dicit Spec.in tit.de crim.col.
1.quod procedit etiam in crimine læſę
Maieſtatis, vt eſt text. & ibi gloſ. Petr.
Cyn.& Saly.in l.3.C.ad leg.Iul.Maieſ.
& Angel.in d.ſuo tract.malef. in verb.
*che hai tradito*, & in colu.1. etiam ſi Iu-
5 dex haberet *liberum arbitrium* proce-
dendi *ad hoc, non poſſet* procedere
ad torturam niſi indicijs præcedenti-
bus,vt tenet Paul.de Ray.in cap.grauis
de depoſ. Gand. vbi ſupra verſ. item
quæro nunquid poteſtas, Alexand. in
add. ad Bar. in l. filiusfamilias ff. de
don.& in l.fi.ff.de quæſt.& in conſ.65.
in 1.vol.& in cõſ.41.2.vol. Imò etiam
licet adeſſent indicia, numquam Iudex
6 dicitur procedere ad torturam, niſi in
ſubſidium, quando non ſunt aliæ viæ
reperiendi veritatem,eſt tex.& ibi Bar.
in l. edictum ff.de quæſt. l. Diuus eod.
tit.& l.quoties eod.tit.Ang.vbi ſupra
in verſ.nunc videamus de torm.col.1.
Guid. vbi ſupra in principio ſui tract.
de tormen.colu.1.& Gand. in d.tract.
de quæſt.in princ.col.1.& 2.& quando
quis eſt ſufficienter tortus,non poteſt
7 tortura repeti,niſi noua ſuperuenerint
indicia, vt habetur in l. repeti, & in l.
vnius §.1.ff.de quæſt. & ibi Bar. Salyc.
in l.2.C.de cuſtod.& exhib.reis,Bal.in
l. Decuriones ff. de quæſt. & in l.mili-
tes col. fin.Cyn.in l.fin.eod.tit. Gand.
in titul. de quæſt. verſ. an poſſit repeti
quæſtio,Bald.in l.1.C.de confeſſ.Ang.
in l.1.§.ſi quis ff.ad Syllan.Ang.in ſuo
tract.de malef. in loco ſupra alleg.& la
tè in add.ibi in verb.& repeti,vbi om-
8 ninò vide, & ſi Iudex aliquem torquet
abſque indicijs,tenetur in ſindicatu,vt
tenet Saly.in l.2.in fi. C.de cuſtod. &
exhib.reis, & dicit Bald.in l.Decurio-
nes C.de quæſt. quod de quacumque
tortura,quam Iudex facit dolo malo,&
9 ſine cauſa ſit pœna capitis,vt benè An
gel.de malef.vbi ſupra verſ.nunc vide-
amus de tortura , & ſi Iudex aliquem
10 torquet abſq; indicijs,& tortus moria-
tur in tortura,tenetur Iudex l.Corn.de
ſicar. Bar. in d.l. lege Cornelia ff. ad l.
Cornel.de ſicar. Bal. in l.milites C.de
quæſt.optimè Cyn.& Saly. in l.Grac-
cus C.ad leg.Iul.de adulter.& optimè
Ang.de malef.vbi ſupra in 2.quæſt.idẽ
tenet Ang.in l.3.C.de adult. Præterea
in caſu iſto fuit illata tortura ex proceſ-
11 ſu informatiuo,& non data copia parti,
ſcilicet Buuar indiciorũ,quod fieri om-
ninò debet,vt tenet Bar. & DD. in l.fi.
ff.de quæſt. plenè Gui. in ſuo tract. de
torm.verſ.ſed q.d,& Gand.in ſuo tract.
de quæſt. verſ. ſed quid erit de quæſt.
de facto. Ex quibus omnibus fiſcus ha
bet fundatam intentionem contra N.
qui primo loco dicit,quod imò in caſu
iſto erant indicia, quia fama publica
erat in Goleta , qualiter dictus Buuar
certiorabat Regem Amidam inimicũ
S.M. de omnibus,quæ ſecretò fiebant
in Goleta per dictum N. quæ fama li-
cet regulariter viſa de per ſe ſola abſq;
alijs indicijs non ſit ſufficiens ad tortu-
ram; tamen quãdo eſt fama vehemens
benè ſufficit, vt eſt ſingulare conſilium
Bar.191.Item in caſu noſtro erat aliud
indicium,quod Rex Amida,qui erat in
Ciuitate Tuneſi capiebat omnia bona
Maurorum, quæ erant intus Goletam,
12 tamen bona iſtius Buuar nõ capiebat;
ſed cõſeruabat. Itẽ ſumus in criminali-
bus occultis,in quibus Iudex prõptior,
& facilior dicitur eſſe ad torturam , vt
dicit Bal.in l.3. C.de epiſc.audien. &
idem in l. quicumque colum. fin.C.de
ſeru.fug.quod in criminalibus occultis
tractatibus , & conſilijs propter pro-
bationis difficultatem ex indicijs faci-
litèr recurritur ad torturam;idem Ale-
xand.

xand.in conſ.62. in 3.vol. vbi loquitur de crimine falſi,& tanto magis,quia N. habebat liberum arbitrium, quo caſu
13 etiam vnus teſtis de viſu, licet non ſit omni exceptione maior facit indicium ſufficiens ad torturam, vt benè Alex. in conſ.65.in 1.vol. & in conſ.42. in 2. volum. tùm etiam quia iſte Buuar erat Maurus , & perſona vilis, quia macellarius, quo caſu contra occidentem vilem perſonam mitiùs agitur,
14 l. Graccus C.ad leg.Iul.de adult. Tum quia ſumus in Caſtellano, & Arcis cuſtode, exiſtente in loco valdè pericu-loſo inter Mauros, & tunc erat bellum inter Goletam,& Tunetum, & nõ erat locus vbi eſſet copia peritorum, immò nullus peritus erat in iure, ſed tantum erant armigeri,ibi N. eſt miles,cui li-
15 cuit iura ignorare,l.fi.C.de iur.delib.& ignorantia iuris eum excuſat,l.1.C.de
16 iur.& fact. ignor. & ſi contra decretum aliquid portat,non incidit in cõmiſſũ,
17 ſed tantummodo ius, & gabellam ſoluit,l.omnibus C.de vectig. & commiſ. & ſi aliquid ſibi in teſtamento ſcribit,
18 non tenetur l. Cornel. de falſ.iux. tot. tit.ff.& C.de his qui teſt.ſibi ſcrib. qđ potius per errorem,quàm dolo præſu-
19 mitur factum , vt eſt optimus tex.in l. pen.C.de his,qui teſt.ſibi ſcrib.& licet alias quis nõ debeat torqueri,niſi prius ei data copia indiciorum, tamen ſi ſemel eſt tortus,Iudex in ſindicatu excu-
20 ſatur,ſi pars non petijt, vt latè Alex.in dictis conſ.63.& 42.quo caſu cùm hic non præſumatur dolus,actenta qualitate perſonæ N. & qualitate loci, temporis, & perſonæ Buuar,non debet puniri N. ex hac tortura ſic illata,etiam quod de ea Buuar mortuus fuerit pęna
21 delicti ordinaria, ſed potius extraordinem,vt in terminis dicit Auguſt.in add.ad Ang.in tract.de malef.in §.nũc videamus de tortur.in glo. ſuper verb. moritur in 10.q.& Idem ibid. in verb. repeti,quod erit arbitrarium ſindicatoris,vt qua pœna,vel nulla puniatur Iudex,qui ita intulit torturam, ideo nos fuimus voti quod ex hoc capite N. nulla pœna corporali debet puniri,neque officio priuari, ſed tantum debet mulctari aliqua pęna pecuniaria per nos arbitranda in fine cauſæ, viſis alijs capitulis.

Fuit etiam per nos diſcuſſum ſextum caput fiſci,in quo deducitur id, in quo per Mariſcalcum Guillera erat inquiſitus dictus N. de pœnis per eum illatis multis ſoldatis,& armigeris,qui ſecundum delicta per eos commiſſa non erant puniti ſecũdum iuris diſpoſitionem, ſed mitius,tamen per nos pauca, aut nulla fuit habita ratio iſtius capitis,
22 quia ex cauſa poteſt pęna per Iudicem minorari , vt habetur per Bar.& latè Aret. poſt alios in l.& ſi ſeuerior C. de his qui not. infam. & propterea ab iſto capite fuit abſolutus dictus N.

Super ſeptimo capite fiſci fuit viſum, qualiter N. intulit torturam cuidam ſeruitori ſuo, & alijs perſonis, ſub prætextu,quod prætendebat,dictum ſuum ſeruitorem furto ſubtraxiſſe à quodam ſuo ſcritporio intus ſuam cameram ducatos quadringentos,& ſic præſupponit fiſcus,quod fuit Iudex ipſemet in
23 cauſa propria,contra rubricam, & tex. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa Iudex, & in l. qui iuriſdictioni præeſt ff. de iuriſdict. omn. Iud. vbi Bar. Alexand. Iaſ. & omnes,Innocent. optimè in cap.olim cauſa de reſtitu. ſpol. & DD. ibi communiter concludunt, quod par-
24 te non opponente, iudicium procedit, & non eſt ipſo iure nullum,ita intelligitur tex. in l. in priuatis ff. de iud. per Alex.Iaſ.& Dec. poſt alios in d.l.q; iuriſdictioni,in caſu noſtro non fuit oppoſitum aliquid per reum,ergo iudicium tenuit, tamen ego cogitabam, hanc limitationem eſſe veram , & procedere quando Iudex cognoſcit in cauſa ſuorum,tunc parte non opponente procedit iudicium, quia cùm diſpoſitio d.l. qui iuriſdictioni ſit introducta ob vtilitatem

tatem priuatam,ne quis cogatur litiga-
re coram Iudice ſuſpecto, poteſt quis
ſuæ priuatæ vtilitati renũciare, l.ſi quis
in conſcribendo C.de pact. ſed quãdo
quis iudicat in cauſa propria, iudicium
26 non tenet ex alia cauſa, quia iudicium
conſtat ex accuſatore,reo,Iudice,& te-
ſtibus,& aliquo iſtorum deficiente non
eſt iudicium,vt in cap.forus extra de
verbor.ſignif. ſed in caſu noſtro N. eſ-
ſet Iudex, & accuſator, quod non
27 poteſt eſſe contra l.2.ff.de ſtipul.ſeru.
quia iudicium erit nullum ipſo iure;
tum etiam, quia in caſu noſtro om-
nes ſupradictæ torturæ fuerunt illa-
tæ ſine indicijs benè probatis, & re-
petitæ abſque nouis *indicijs*; *ideo in
hoc caſu militant omnia ſupra allega-
ta in primo caſu de tortura* Mauri Bu-
uar, & propterea eſt condemnandus
dictus N. pęna ſatis graui per nos arbi-
tranda.

De concubina per eum in domo ſua
retenta,& de amputatione virilium cu-
iuſdam ſui cubicularij vocati Piſfaro,ꝗ
habuit rem ſæpe, & ſæpius cum dicta
eius concubina,ſtante ſtatuto Caſtellę,
& quia iuſtitia fuit adminiſtrata per Ro
yas Magiſtrum exercitus, fuit abſolu-
tus dictus N.

Fuit etiam inquiſitus dictus N.quod
eo tẽpore, quo Aulcaſſere Rex Tuneſi,
ꝗ nunc eſt cęſus erat in ciuitate Neap.
& erat iam motũ bellum per Amidam
nunc Regem contra Mulcaſſen patrem
ſuum,N.cępit quandã nauim,quæ erat
in maritima Goletæ onuſtã multis mer
cibus, quæ erant dicti Regis Mulcaſſen
confederati,tributarij,Amici,& ſequu-
toris Suæ Maieſtatis, quæ bona nulla-
28 tenus poterant capi,quia non erant bo
na hoſtium, ſed Amici, & confederati,
vt eſt tex.in l.non dubito, vbi Bar. &
idem Bar.in l.hoſte ff.de capt. & poſt-
lim.reuer. & licet N. in ſuis defenſio-
nibus dicat, quod iure licito cæpit na-
uem illam,quæ pro tertia, vel quarta
parte erat cuiuſdam Mauri inimici Suæ
Maieſtatis exiſtentis in Algier,reliquæ
tres partes erant Regis,nõ potuit illam
29 capere, quia bona erant Regis Mul-
caſſen,quia res communis pro indiuiſo
dicitur tota mea, vt eſt tex. in l. non
rectè §.fin. quem omninò vide ff. de
verb.ſignific.facit lex pupillus eod.tit.
Imò lex communis propriè, & non fi-
ctè dicitur in ea, vt latè, & ſubtilitèr p
Aret.in l.ſerui electione §.j.ff.de leg.j.
per tex. vbi caſus in l. illud ff. de ritu
nupt.licet Bar.in d. §.1. teneat, quod
30 res cõmunis non dicitur propriè mea,
ſed fictè,tamen opinio Aretini eſt com
munis, & vera, quam ibi multis ratio-
nibus,& textibus probat,ſequitur Ale-
xand. & communiter Doctores, licet
Soccin. ibi conetur Bar. defendere,
tamen non poteſt euadere iura, & ra-
tiones Aretini, eſt etiam tex.in l.com-
munis libertus ff.de in ius vocand. vbi
31 ſicut libertus meus non poteſt me pa-
tronum vocare in ius,non petita venia,
aliàs incidit in pœnam ædicti; ita li-
bertus communis non poteſt me voca-
re in ius,ſine venia, quia licet ſit com-
munis meus dicitur,& ſumus ibi in pœ
nalibus,& licet tex.in l. lex Cornelia
ff. de iniur. quæ punit actione iniuria-
rum illum, qui intrat domum meam
vi,habet locum in illo, qui intrabat in
domum conductam, vt eſt tex. in l.lex
32 Cornelia §.demum ff.de iniur.& ſi ca-
uetur ſtatuto,quod offendens aliquem
in domo ſua puniatur grauiori pœna,
habet locum in eo, qui fuit offenſus in
domo communi, Bald.in l.1. C.qui vis
fac.poſſ. & licet aliqui teneant contra-
rium,tamen hæc eſt communis opinio,
vt latè Alexand.in d.l.ſerui §. 1. & ibi
Soccin.rationem allegat, ibi Alexand.
quia res communis dicitur propriè
mea, allegat Nicolaum de Neapol. ibi
in 1.par. Statutorum q.182. pro hac
opinione Alexand. vbi ſupra adducit,
& determinat plures notabiles quæ-



Digitized by Google

ſtiones facientes ad propoſitum, ex quibus infertur ad propoſitum noſtrũ, quod non licuit N. capere dictam
33 Nauim, imò poteſt dici, quod furtum, ſeu rapinam commiſerit, quia rem inuito Domino contractauit, l. 1. § furtum ff. de furt. & inſt. eod. titulo, nedum nauim cępit, ſed etiam merces in naui exiſtentes, & tàm nauim, quàm merces vendidit; imò ſi per violentiam aliquid non rapuiſſet etiam abſq; dolo, ſed ſolo errore credens eam eſſe ſuam, ſi in veritate eſt ſua, punietur
34 pœna ammiſſionis illius rei, ſi eſt aliena rem reſtituet, & exiſtimationem pro pœna ſoluet, vt eſt tex. in §. quia tamen ita competit, inſtitutio. de vi bon. rapt. & in l. ſi nauis in tantum C. vnde
35 vi, imò propriè, quando quis infert vim, ſeu violentiam nauicularijs, qui deferunt ſpecies, ſeu annonas ad Ciuitatem Romanam, tenetur pœna quadrupli, vt eſt tex. in l. 3. & notatur in l. 1. C. de naucul. lib. 11. vbi vide Plate. & Innocent. & Ioannem de de Anan. in cap. quia plerique de immun. eccl.

Fuit etiam inquiſitus d. N. quod cępit quandam fuſtim, ſeu triremem plenam pluribus Mauris, qui non erant inimici, & propterea non erant
36 ſerui, ſed liberi, & non poterant capi, & ſi illos vendidit, vel contra eorum voluntatem penès ſe retinuit, commiſit plagium, vt eſt tex. in l. 1. & pen. & ferè per totum titulum ff. ad legem Flauiam de plagiar. & in l. quoties C. eodem titul. cuius legis Flauiæ de plagiarijs eſt grauis pœna, quia regu-
37 lariter eſt damnatio in metallum, l. final. C. ad legem Flauiam de plagiar. & dictos Mauros captos relaxare, & liberos reddere tenetur, quod vadant liberi, quo voluerint, vna cum reſtitutione operum, quas ab eis pluribus annis habuit; eſt verum, quod gloſ. in l. ſi adiuta C. de furt. quam ſequitur, & declarat Bart. in prima conſtitutione Digeſtorum colum. 3. quod plagium non commictitur, niſi quis ex conſuetudine tale delictum commiſerit, ſecus ſi ſemel tantum, quod eſt valdè notandum in caſu noſtro, ſemel tantum reperitur hoc delictum commiſſum per N. ergo videtur, quod non teneatur pœna legis Flauiæ de plagiar.

Quia ſupra non fuerunt expreſſæ pœnæ, ad quas dicitur condemnari dictus N. poſtquam omnia per nos fuerunt viſa, tàm proceſſus criminales, quàm computa, oportet nunc videre, qua pœna puniendus eſt, videtur primò, quia nos non poſſumus pę-
38 nam impoſitam à lege neque augere, neque minuere, vt eſt textus in l. final. C. ne ſacr. Baptiſ. iteretur vbi ſi Iudex non imponit delinquenti, vt in caſu illius legis, ſcilicet pœnam perpetui exilij, & monetæ decem librarum auri, ipſe Iudex ſimili pœna
39 punitur; ad idem eſt optimus textus in l. ſeruos C. ad legem Iuliam de vi public. vbi ponuntur hæc verba: Iudex vera noſſe oportet, quod graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimen apud ſe probatum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitati donauerit, aut maiorem contra præſcriptum pœnam protulerit; Tamen poſſumus dicere, quod eſt regulare hoc,
40 vt Iudex habeat pœnam à lege taxatam imponere; Tamen ex cauſa poteſt tranſgredi, vt dicit Innocent. in cap. 1. extra de conſtitution. ratione caſuum emergentium; poteſt enim aliquando pœnam augere, aliquando minuere, vt eſt tex. in l. & ſi ſeuerior C. de his qui not. infam. & ibi poſt omnes benè declarat Aret. qui dicit, quod quinque ſunt cauſæ, ob quas Iudex poteſt penam legis minuere, videlicet

perſo-

perſonæ conditio, vt in minore ratione ætatis, & in ſene decrepito, & etiam ratione dignitatis perſonæ, vt eſt tex. in l. ſi. ff. de iniur. & in l. prædium ff. de incen. ruin. & nauſr. cum ſimil. quod ratione dignitatis benè militat in caſu noſtro, cùm dictus N. ſit miles optimæ nobilitatis, & fuit Caſtellanus, & Capitaneus Generalis in dicta Goleta, officium quippè maximæ confidentiæ, poteſt etiam pœna minui ratione, & cauſa publicæ vtilitatis, vt quia homo pu-
42 niendus, eſt valdè ingenioſus, vel fortis miles, vt l. quinque ſumates C. de Decur. vbi not. Plat. lib. 10. & hæc cauſa benè militat in caſu noſtrò, cùm dictus N. ſit miles ſtrenuus, & in rebus Tuneſi peritiſſimus; adeò quod nullus eo maior pro illis partibus reperiretur, quibus caſibus, vt poſt omnes concludit
43 Aret. vbi ſupra, pœna à lege ſtatuta minui poteſt per Iudicem, & tanto magis hoc procedit, quando pœna non eſt à
44 lege determinata, quia tunc abſq; dubio erit arbitraria, vt ibi omnes concludunt, eſt etiam tex. in l. prædium in fin. ſupra allegatus, & ita conſiderata longa ſuſpenſione ab officio, & diſpendijs per eum paſſis, & quòd delicta ſupra narrata non ſunt grauia, ſed potius læuia; conſiderata perſona, loco, & tempore, fuit votatum per nos, quod abſoluatur ab impetitione Reg. fiſci; fuit tamen condemnatus tàm ex deductis in dicto proceſſu criminali, quàm in computis in duc. octomille, & noningentis auri, & fuit relatio noſtra cum votis tranſmiſſa ad Suam Maieſtatem, iuxta ordinem nobis datum.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Delictum commiſſum eſſe, ante omnia cõſtare debet, & maximè ſi ageretur de inſerenda tortura, num. 2.*

3 *Indicia ſufficientia debent extare ad torturæ illationem.*

4 *Officialis tenetur ponẽs rẽum ad torturam non conſtito de delicto, neque legitimis exiſtentibus indicijs.*

5 *Officialis tenetur pœna capitali, ſi poſuerit reum ad torturam, inde morte ſubſequuta.*

6 *Iudex in atrociſſimis delictis de facili procedere debet ad torturam contra reum.*

7 *Fama vehemens ſola ſufficiens indicium eſt ad torturam.*

8 *Pœna Conſt. Regni contra officiales indebitè torquentem.*

9 *Deciſio refertur contra officialem indebitè reum torquẽtem, eſſe pœnam publicationis tertiæ partis bonorum.*

10 *Pœna capitis, vt locum habeat, dolum exigit.*

11 *Iudex non debet eſſe ſeuerior lege.*

12 *Iudex eſt legis miniſter.*

13 *Contenti eſſe debemus pœnis à lege impoſitis.*

14 *Iudex quando poteſt pœnam minorare.*

15 *Pœna arbitraria ſuccedit, quando à iure non reperitur impoſita.*

16 *Iudex in arbitrarijs ſuccedit loco legis.*

17 *Iudex debet pœnas irrogare iuxta qualitatem delictorum, & pro facti circumſtantijs augere, & minorare illas.*

18 *Iudex in cauſa propria nullus eſt, & hoc ratione ſuſpicionis, nu. 19.*

20 *Officialis an in loco ſuæ iuriſdictionis cõcubinam habere poſſit.*

21 *Naues hoſtium facillimè capiuntur, & diuiſio fieret iuxta deciſa per Regentem de Ponte.*

22 *Bona hoſtium quibus applicantur.*

23 *Fides hoſti ſeruanda erit.*

24 *Plagium quando committatur.*

FVit de pluribus in S. C. heſitatum contra reum inquiſitum ex informatione capta reſultantibus, & principaliter poſtquam ipſe vti Gubernator poni iuſſerit hominem ad torturam, non conſtito prius de delicto
1 in genere, quod ante omnia conſtare de iure diſpoſitum eſt, vt probat Iul. Clar. in §. fi. q. 4. in princ. cum alijs nouiſſimè congeſtis per Ambroſ. in eius proceſſ. informat. lib. 1.



Digitized by Google

c.1.nu.2.& lib.5.c.1.nu.12. Farinac.in eius
prax.q.38.nu.2.& eò maximè ſi ageretur de
2 tortura inferẽda,proculdubio prius, ne dum
de delicto conſtare congruum erit, idem
Iul.Clar.d.§.fi.q.64.num.3.vbi Additionator
alios citat;Farin.d.q.38.nu.2.
3 Sed pariter indicia extare ſufficientia ad
torturam,ſubſequitur ibidem Iul.Clar.à nu.
9.cum ſeqq. Plot.in tract.de in litem iuran.
§.30.num.9. Taliter quod cum ipſe Guber-
4 nator reum ad torturam poſuiſſet, non
conſtito de delicto in genere, neque legiti-
mis præcedentibus indicijs, nõ ſolum prop-
ter hoc teneri videtur,vt per eundem Farin.
d.q.37.num.71. & ſeq. Sed etiam ob talem
5 torturam illatam, ex qua mors inde ſubſe-
quuta fuerat, pariter capitali pœna teneri
non ambigitur,vt ibid.ſectatur Iul.Clar.n.2.
Nihilominus ad excuſationem ipſius di-
cebatur tractari principaliter de enormi
delicto proditionis commiſſæ contra Suam
Maieſtatem,quo caſu Doctores cenſuerunt,
6 quod Iudex in atrociſſimis delictis de facili
procedere debet ad torturam contra reum,
etiam quod indicia in totum non ſint ſuffi-
cientia,nec legitimè probata, copioſè Ca-
ball.reſolut.crimin.caſu 84.num.17. ibique
plures allegat,de quo ſatis per Farin. q.37.
num.150. cum ſeq.& melius ibid. num.88.
7 Qua de re exiſtente fama vehementi contra
ipſum reum tortum,abſque dubio ipſa ſola
indicium faceret ad torturam, ita ex Felyn.
Carrer. & Marſil. probat Plot. in tract. de
in litem iuran.§.54.ſub num.15.& maximè
iuncto alio adminiculo,latè Farinac. in eius
prax.q.37.nu.66.
Nec vis facienda erat in pœna impoſita
8 contra officialem inferentem torturam, ſi
inde mors ſequatur, poſtquam in Regno ex
particulari Conſtitutione prouiſum patet
aduerſus Iudices iniuſtè torquentes eſſe ple
ctendos pœna carceris biennalis, & publi-
9 cationis tertiæ partis bonorum, & ita fuiſſe
aliquando exequutam contra quendam Aſ-
ſeſſorem in facto retulit Gramma.conſil.18.
in criminalibus,quem ſequutus eſt ibi Clar.
ſub num. 2. Camp. in cap. ſi iuſtè num. 81.
10 Cæterum, quando dolus in hoc adeſſet lo-
cum ſibi vendicaret pœna capitis, vt opti-
mè fundat Caball.in tract. de omni genere
homic.nu.175.& ſeq.
Quantum ad ſextum caput pertinet, quia
ipſe reus milites non pęna condigna deli-
ctis punierat; eſt verum, quod ſicuti Iudex
11 non debet eſſe ſeuerior lege, Campag. in
cap. frequens num. 36. ita nec clementior
lege,idem in cap.pridem num.4.vbi num.5.
exemplum tradit, & in cap.exercere nu.11.
Blanc.in prax.crim.§.poſtquam num.75. ad
12 huc tñ cum ſit legis Miniſter,Paris in tract.
de ſynd. verb. Iudex, verſ.an ſi Iudex nu.22.
Peguera dec.91.num.1.debet pęnas à lege
13 indictas imponere,nam pęnis legibus com-
prehenſis contenti eſſe debemus, Campag.
in cap.item ad inquiſitionem nu.4 niſi fortè
aliqua ſubſiſtente legitima cauſa delicti pœ
14 na veniret minoranda; nam eo caſu poterit
pœnam minorare,Iul.Clar.d.§.fi.q.85. verſ.
vlterius quæro,vltra Parid.de ſynd.verb.Iu-
dex poteſt, & quomodo, & qualiter in
hoc verſari debet, Caball. reſol. crim. ca-
15 ſu 158. num.4. ita quod ſi non fuerit pęna
à lege impoſita, tunc arbitraria pęna ſuc-
cederet,Menoch.copioſè in tract. de arbitr.
iud.melius Peguera dec.1.num.3.& eo caſu
16 Iudex in arbitrarijs pęnis ſuccederet loco
legis, Campagn.in d.cap.exercere num.37.
& conſequenter illas pęnas imponere debet
17 iuxta qualitatem delictorum, Iul. Clar.d.§.
fin.q.85. verſ. ſcias etiam, & tunc pro tacti
circumſtantijs poterit pęnam læuiorem,vel
grauiorem imponere, Caball. caſu 92.nu.9.
Circa ſeptimum caput,eo quia torturam
intulerat ſuo famulo, ob furtum commiſ-
ſum in eius domo, nullius tamen indicijs
præcedentibus,videbatur eſſe in culpa,quo-
18 niam nullus poteſt eſſe Iudex in cauſa pro-
pria,Campag. in cap. item ſtatuimus, quod
Prælati num.4. probat, & in cap. item quod
Magiſtri Iuſtitiarij num.7.vbi num.8.addit,
neque ſuæ familiæ, & hoc ratione ſuſpicio-
nis,idem in cap.prolixitatem num.52, qui-
19 nimò ex ijs aliàs me degente in Ciuitate
Monopolis iudicatus munus exercendo,fa-
mulum Gubernatoris idem delictum com-
mittẽtem in carcerẽ detrudi,& contra eum
præuia informatione capta proceſſi, requi-
rendo eundem Gubernatorem, ne in aliquo
ſe intromitteret, & ita obſeruatum fuit.
Ad tertium,de concubina in domo reten
ta,ſi hoc liceat officiali in Ciuitate ſuæ iuriſ
20 dictionis concubinam retinere tradit Pari.
de ſynd. verb.adulterium nu.11.& licet hoc
de facto multi obſeruent, malè faciunt ob
ſcandalum peccati publici in malum ſubie-
ctorum exemplum tendens,& memini tem-
pore regiminis Excell.Comitis Lemenſium
Iunioris,hoc ægrè ferentis aliquos officiales
acriter reprehenſos, imò remotos, nam ex
hoc miniſterium eorum vileſci videtur, &
multa mala oriuntur inconuenientia,vt no-
tum eſt.

Reſpe-

Reſpectu autem alterius ſeptimi capitis, ex quo apparebat, ipſum inquiſitum cepiſſe nauim vna cũ mercibus Regis Tuneſi, prætendendo illum eſſe Regis inimicum, dum erat
21 eius confederatus; non eſt dubium, quando eſſent naues hoſtium facillimè capi poterũt, & diuiſio fieret iuxta deciſa p Reg. de Pont. dec. 21. ad q̃ vltra eum Reg. Lanar. conſ. 84. de eodem negotio agit, & melius nouiſſimè Caſtill: deciſ. Sicil. 117. tom. 2. vbi melius di-
22 ſcutit, quando Generali Triremium, aut Cõmilitonibus applicari debeant, ſecus ſi eſſent bona confederatorum; nam etiam inimicis
23 fides ſeruari debet, & de hoc ſuſius per Ferrect. in tract. de fid. ſeruand. per tot.

Ad vltimum caput inquiſitionis, eo quod cęperat Fuſtim, ſeu Triremem plenam pluribus Mauris, qui non erant inimici, & ideo non ſerui, ſed liberi, & proinde capi non po-
24 terant, conſequenter plagium commiſiſſe refertur, ob quod pœna condigna plecti debuerat, eo magis, quia non ſemel, ſed pluries illud idem commiſerat, iuxta diſtinctionem proditam à Iul. Clar. d. §. fi. q. 78. nu. 32.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Regiſtra, quæ conſeruantur in archiuijs publicis ſub cuſtodia officialium fidem faciunt.*

2 *Regiſtrum habetur loco originalis.*

3 *Scriptura ſumpta ex Archiuio probat vti publica.*

4 *Tranſumptum M. C. facit plenam fidem.*

5 *Copia remanſa penès acta facit plenam fidem, vt originale.*

6 *Priuilegium confirmans plenam fidem facit, quando non in forma communi, ſed ex certa ſcientia fuit conceſſum.*

7 *Priuilegium inſertum in alio priuilegio, an ex certa ſcientia, & cum cauſa cognitione cenſeatur factum.*

8 *Exemplo ſumpto ex originali in dubio ſtandum erit, licet diſcordet à protocollo.*

9 *Deciſio Collateral. Conſil. aſſertur, quando erit ſtandum Regiſtro.*

## DECISIO LVIII.

Regius fiſcus egit in Reg. Cam. contra Magnif. Troianum Bozzutum, petendo teſtari per dictam Reg. Cam. dictum Troianum vſurpaſſe iuriſdictionẽ criminalem Caſalis Afragolæ, vt apparet per priuilegium confirmationis Regis Ferdinandi Primi, in quo Cęſar Bozzutus aſſerit, quod q. Io. Maria, & Ioannellus Bozzutus pater, & filius habuerunt conceſſionem à q. Sereniſſima Regina Ioanna officij Capitanei iuriſdictionis criminalis Afragolę ad eorum, & cuiuslibet eorum vitę decurſum. Cùm igitur vterq; eorum mortuus eſt, iuriſdictio criminalis eſt Reg. Curiæ, quia per mortem illorum extincta eſt gratia, hoc priuilegium, quod fiſcus produxit eſt regiſtratum in Ca-
1 mera, & Regiſtra quæ conſeruantur in Archiuijs publicis ſub cuſtodia officialium ad hoc deputatorum faciunt fidẽ vt originalia, vt tenet Innoc. in c. 1. de procurator. Bald. in authen. ſi quis in aliquo C. de edend. & in l. ſui in iure C. de re iud. In quibus locis dicit, quod
2 Regiſtrum habetur loco originalis, Paul. de Caſtro in l. 1. §. editiones col. final. ff. de eden. facit tex. in authen. ad hoc. in fin. C. de fide inſtrumen. vbi Bar. & Doctores, & quod ſcriptura
3 ſumpta ex Archiuio probat vt publica, Bald. in rubr. eod. titul. colum. fin. Paulus de Caſtro in dicta authent. ſi quis in aliquo, Alexand. in conſ. 138. in 1. vol.

Ex ſupradictis fiſcus dicebat habere ſe fundatam prætentionem; ex aduerſo pro parte dicti Magnif. Troiani dicebatur, quod imò illa conceſſio Reginæ Ioannæ erat in perpetuum, vt conſtat expreſsè per tranſumptum Magnæ Curiæ Vicariæ, quod quando eſt tranſumptum Curia pro Tribu-
4 bunali ſedente facit plenam fidem, & eſt ac ſi eſſet originale; etiam quod in exemplatione non ſit citata



Digitized by Google

citata pars, cuius intereſt, iſta eſt pęminentia, & authoritas M.C. licet aliàs de iure Regni diceretur partis citatio, vt DD. omnes in cap. Albericus extra de teſt. & dicit ibi Aret. poſt alios, quod ſi eſt inſtrumẽtum exemplatum authoritate Iudicis, facit fidem ſicut originale, & vltra in iudicio eſt facta productio inſtrumenti originalis tàm in R.C. quã in M.C.V. & fuit citatus fiſcus ad videndum collationem, & fuit facta collatio, & talis copia remãſit penès acta, quæ ſuam facit fidẽ vt originale, vt eſt tex. in l. fi. vbi Bar. & reliqui C. de fide inſtr. qui tex. eſt melior de iure cõi; & Bar. in l. chirografis ff. de admin. tutor. optimè Innoc. in cap. contra colu. 2. de fid. inſtr. & ibi Aret. Bar. in auth. ſi quis in aliquo C. de fid. inſtr. Paul. de Caſt. in l. publicati C. de teſt. & in l. 1. §. editiones ff. de edon. Vides ergo hic colluctationẽ magnã, primò Regiſtrũ, vbi eſt conceſſio Capitanatus ad vitæ decurſum Ioannelli, & Nicolai Mariæ Bozzuti; quod Regiſtrum, vt ſupra dixi, facit fidem, vt originale; & ſic ꝑ fiſco habes
5 æquè pro parte. Primò, tranſumptum M.C.V. pro ſe, & hæredibus in perpetuũ, quod tranſumptum, vt ſupra dixi, facit plenam fidem, habetur etiam copia originalis inſtrumenti in actis præſentata, tàm in R.C.S. quàm in M.C.V. quæ in actis remanſit collationata cum originali, parte citata, quæ etiam facit plenam fidem, vt ſupra dixi, & ſic duo pro parte habẽtur, & tertium pro parte priuilegium Reginæ Ioannę conceſſionis de Bozzuto officij Capitanei Afragolæ in perpetuum, quod priuilegium eſt totum inſertum de verbo ad verbũ in priuilegio S.M. Cæſareæ confirmantis dictum priuilegium, & omnia priuilegia Troiani Bozzuti, Primum tale pri
6 uilegium confirmans facit plenam fidem, quod non eſt in forma communi, ſed eſt ex certa ſcientia, & diſponit, & non ſimpliciter confirmat, vt eſt text. in cap. pen. de confirmat. vtil. vel inutil. idem in cap. 2. colum. fin. vbi Innoc. & reliqui Canoniſt. ijdem DD. Abb. & reliqui in cap. inter dilectos de fid. inſtr. optimè Franc. de Aret. in l. quod ſeruius col. 2. ff. de acq. poſſ. allegat bonum tex. in cap. in Apoſtolicæ iux. glo. ibi de præb. in 6. Bar. & Aret. in l. priuilegia C. de ſacroſ. eccl. Innoc. in cap. cũ dilecti ext. de elect. Aret. in cap. cũ veniſſent ext. de teſt. Innoc. in cap. veniẽs de trãſact. Bal. in l. ex verbis C. de don. int. vir. & vxo. optimè Abb. poſt glo. in cap. quod dicitur de conceſſ. pręb. & in cap. dudum de don. Cùm igitur confirmatio Priuilegij Reginæ Ioannæ concedentis iuriſdictionem criminalem Afragolæ illis de Bozzuto, ſit facta ꝑ Suam Catholicam Maieſtatem, tenore priui-
7 legij inſerti in priuilegio S.M. cenſetur facta ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, immò non eſt amplius quærendum de priuilegio originali, vt dicit glo. in terminis in d. cap. pen. de confir. vtil. vel inutil. Habet dictus Troianus vltra ſupradicta tranſumptum priuilegij Reginæ Ioannæ per M.C.V. & in alijs tranſumptis, ſeu exemplatis authoritate Iudicis parte citata, vt etiam ſupra dixi, reſoluendo materiam, poſſumus dicere, quod ſi originale merum in carta pergamena nunc reperiretur, ei omninò eſſet ſtandum, dũmodo non eſſet neq; vitioſum, neq; corruptum, & ſi eſſet diuerſum à Regiſtro, ſtaretur originali, quia Regiſtrum licet ſit authenticum, & plenam fidem faciat, vt ſupra dixi, tãquam ſumptũ ab originali, ei eſt in dubio ſtandum, ſicut quando exem-
8 plum diſcordat à protocollo, etiam quod ſit exemplatum ab eodem Notario ſtatur protocollo, vt eſt gloſ. & DD. poſt Bar. in l. Sempronius ff. de leg. 2. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs §. prætor ait ff. de edend. in l. publicati C. de teſtam. Aret. benè in d. l. & in cap. quando cõtra falſum col. 2. de prob. Lanfr. ibid. in verb. inſtrumentorum productiones, & Fely. ibid. ſi verò originale non reperitur,

tur,

Digitized by Google

tur, ſed regiſtrum, vt in caſu noſtro, & exemplum, tunc ego credo, q omninò ſit ſtādum regiſtro, quod habetur loco originalis, vt ſupra dixi, & conſeruatur penès Regios officiales, in quibus non præſumitur aliqua ſuſpitio, quod ſecus eſt in exemplo penès particularem exiſtente, & tanto magis, quia in caſu noſtro non reperitur neq; originale Regis Ferdinandi Primi, neq; Reginæ Ioannæ, ſicut Dominus Bozzutus cuſtodiuit exempla inſtrumentorum, ita potuit cuſtodire originalia. Hæc cauſa fuit relata
9 in Collaterali Conſilio coram Ill. D. Prorege, & votatum in fauorem fiſci, nemine diſcrepante tàm per omnes Dominos Regentes Regiam Cancellariam, quàm per totam Reg. Cam.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Regiſtrum fidem facit, ſi totus effectus inſtrumenti fuerit regiſtratus, aliàs ſecus, eo magis ſi eſſet in Archiuio publico, vel loco non ſuſpecto, etiam ſine die, & conſule num. 2.*

3 *Feuda probantur per regiſtra, & qualiter.*

4 *Copia ex regiſtro an ſufficiat, ſi originale eſſet deperditum.*

5 *Copia priuilegij an probet, ſi extrahatur abſque partis citatione.*

6 *Priuilegium inſertum in confirmatione, an exhiberi debeat, & quando tenor non eſſet inſertus.*

7 *Priuilegium relatum in aſſenſu, ineſt in aſſenſu.*

8 *Perditio priuilegiorum probata per teſtes, an ſufficiat, refertur caſus occurſus.*

9 *Priuilegium, & executoria, & nō inueſtitura in Regno ſunt neceſſaria, vt feudū conſtitui poſſit, & talia ſufficiunt pro captura poſſeſſionis num. 10.*

11 *Priuilegium feudalis inueſtituræ, & maioratus facit in promptu conſtare, quis ſit in poſſeſſione manutenendus, & tuendus.*

12 *Vaſſallus citatus ſuper reintegratione feudi, edere tenetur priuilegia, quæ habet de feudis.*

13 *Copia quando erit ſufficiens, ſi originale haberi non poteſt.*

DVbitari contingit in R. C. S. ſi ſcriptura concesſionis feudi ex regiſtro deſumpta fidem faciat, & non eſt dubium quin regiſtrū
1 fidem faciat, ſi totus effectus inſtrumenti fuerit regiſtratus, aliàs ſecus, Maſcard. de prob. concl. 711. nu. 71. eo maximè ſi eſſet in
2 archiuio publico, aut loco non ſuſpecto repoſitū, abſque dubio fidem faceret, etiam ſi die, & cōſule careat, probat Couus in tract. de ſcript. priuileg. lib. 5. tit. de libr. regiſt. & in ſpecie, quod feudum probetur per regiſtrum
3 Principis, in quo bona ſunt deſcripta tanquā feudalia, probat idem Maſcar. eod. tract. cōcluſ. 728. nu. 10. & non mirum ſi copia ex re-
4 giſtro ſufficiat, quando originale eſſet deperditū, pulchrè Reg. de Pon. conſ. 97. n. 5. vol. 2. & eò magis ſi in copiæ exemplatione fuerit citata pars, ibi, & Afflict. in pragm. 26. de offic. S. C. ibiq; Reg. Roui. nu. 1. & ad propoſitum noſtrum Reg. Tap. deciſ. Ital. 5. nu. 78. pro regula po-
5 ſuit, priuilegij copiam non aliter probare, ſi extrahatur abſque partis citatione, q antea affirmauit Reg. de Pon. conſ. 3. n. 77. eod. vol. 2. vt copia, ſiue exemplū extractum parte non citata abſq; Iudicis mandato, & collatione in iudicio non probet; tanto fortius tali copiæ ex regiſtro deſumptæ ſtari debuerat, cū in ea inſertus erat tenor priuilegij; adeò q
6 priuilegium inſertum in confirmatione, non tenetur priuilegiatus exhibere, ſecus quando tenor non eſſet inſertus, ita Camil. de Medic. conſ. 160. nu. 10. & 11. quod ſatis conferre videtur caſui huius deciſionis, ſicuti pri-
7 uilegium relatum in aſſenſu ineſt in aſſenſu, Reg. Lanar. conſ. 40. nu. 7. quinimò ſuccedente controuerſia inter fiſcum, & baiulatum S. Euphemiæ circa cognitionem ſecūdarum cauſarum, & fuiſſet allegata priuilegiorum
8 deperditio per teſtes, ſuccubuit fiſcus, vt retulit Conſil. de Geor. in reper. feud. c. 15. n. 20 ſubnectens, non benè fuiſſe fiſcum defenſum, quia regiſtra conuincerant contrarium, & ad probandum tenorem plura ſufficerent. Ex aduerſo autem pro comprobatione hu-
9 ius deciſionis, quod in Regno priuilegium, & executoria, & non inueſtitura requiruntur, vt feudum cōſtitui poſſit, ita ex Andr. tradit Par. de reintegr. feu. cap. an vaſſallus citatus nu. 5. & iterū in cap. & circa iam dicta nu. 23

fol.

fol. 155. quod etiã in feudo acquiſito in cõtractu extenditur, idem in cap. ſequitur qualiter nu. 19. fol. 49. & hæc ſufficiunt pro capi-
10 enda poſſeſſione feudi, vt quoq; ex eodem Andr. fundat Bamae. in repet. titul. ſi de feudo defuncti mil. cap. ſi minori, q. 7. n. 33. ad quod Reg. Roui. in conſ. 5. nu. 19. tom. 1. dixit, quod priuilegium feudalis inueſtituræ, & maiora-
11 tus facit in promptu conſtare, quis ſit in poſſeſſione tuendus: ergo cõſtante tali priuilegio nullatenus poſſit de poſſeſſione feudi controuerti; & eo magis in caſu huius deciſionis, dũ non erat feudatarius in poſſeſſione feudi; ſed vigore ſcripturæ cuiuſdam copiæ extractæ à regiſtro R. C. intendebat reintegrari, & priuilegium nõ oſtendebat, ad quod ſpecialiter tenebatur; nam vaſſallus citatus
12 ſuper reintegratione feudi, edere tenetur priuilegia, quæ habet de feudis, vt prolixius proſequitur idem Par. in d. cap. ga vaſſallus citatus, nec in hac copia ſufficiens erat, dum
13 originale exhiberi nõ poterat, probat Reg. Roui. conſ. 94. nu. 4. tom. 1. Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Feudatarius duplici onere non debet onerari.*
2 *Conductor quando tenetur ſoluere ius gabellæ.*
3 *Poſſidet is, cuius nomine poſſidetur.*
4 *Conductor non poſſidet, ſed detinet.*
5 *Fructus ex feudo recollecti, an feudales ſint.*
6 *Ius gabellæ ſolui an debeat ex fructibus feudi.*

## DECISIO LIX.

FVit dubitatum in Reg. Cam. in cauſa Anditus maris Ciuitatis Mãfredoniæ, ſi Domini vtiles, & poſſeſſores dictæ Gabellæ feudalis, prout eſt declaratum per R.C. feudalem eſſe, licet hactenus tenta fuerit in burgenſatica eam affictauerint, & locauerint, an Affictatores debeant ſoluere iura Dohanæ Regiæ, & Dationem; pro parte dictorũ vtilium Dominorum dictæ Gabellæ Anditus dicitur, cũ ipſa Gabella ſit feudalis, pro qua ſoluitur Reg. Curiæ ius adohæ, nõ debet ſolui aliud ius ga-
1 bellæ, & datio, ne feudatarius duplici onere grauetur, l. nauis onuſtæ ff. ad l. Rhod. de iact. ponit in terminis And. in cap. 1. quæ ſint regal. in verb. & plauſtrorum: Sed Regius fiſcus dicebat, quod iſtud procedit, quãdo Gabella erat penes eundem feudatarium, & per eum tenebatur, & poſſidebatur, ſecus ſi per
2 eum fuerit affictata, quia tũc affictator, ſeu conductor tenetur ſoluere ius gabellæ, p. tex. in l. licitatio §. fi. ff. de publ. & vectig. & ibi Bar. vbi emens à fiſco Regias Gabellas non habet eandẽ immunitatem, quã habet Reg. fiſcus: Ego dicebam, quod iſta noſtra quæſtio erat abſq; dubio, quia ſi nos dicimus, prout eſt verum indubitanter, quod feudatarius, qui tenetur ſoluere adoham, non tenetur ad ſolutionem gabellarum, & dationem; ergo eodem modo erit in ſuo conductore, quia non obſtante cõductione idem feudatarius erit Domi-
3 nus, & poſſeſſor dictæ gabellæ, quia is poſſidet, cuius nomine poſſidetur, l. quod meo in princ. ff. de acq. poſſ. & condu-
4 ctor non poſſidet, ſed ſolùm detinet, & Dominus cenſetur poſſidere, vt ex tex. in l. quamuis §. conductor ff. eod. tit. & ſic non facio differentiam inter ſolutionem adohæ, & gabellæ inſimul, quod
5 res feudalis ſit in demanio Baronis, ſeu feudatarij, etiam quod ſit in affictu, quia ſemper illi fructus, qui recolliguntur ex illo feudo ſunt feudales, dico, dum ſunt penes feudatarium, vel eius affictatorem, And. vbi ſupra, & ibi Loffr. in ſua paraphr. qui propriè loquitur in locatione fructuum, ſeu Arrendamento, quando loco fructuũ percipiuntur panni, quod illi panni erunt feudales; aliàs ſi aliter diceremus, ſequeretur, quod per indirectum feudatarius ſolueret ius vtrumq; ideſt adoham, & gabellam, quia ſi ad hæc duo teneretur conductor, tãto minus affictaret illos fructus feudatarius, & videmus quotidiè, quod Barones Re-

Digitized by Google

Regni affictant ſingulis annis fructus ſuorum feudorum, & tamen Affictatores non ſoluunt datia, neq; gabellas de illis fructibus, qui ex feudis perueniũt, & ita in terminis dicit Alex. in conſ. 41 5. vol. Non obſtat tex. & ibi Bar. in d. l. licitatio §. fi. quia ibi ille tex. loquitur in emptore, qui non eſt neque Dominus, neque poſſeſſor, vt ſupra dixi. Præterea hic loquimur in re feudali, quæ ſemper feudalis eſt, ſiue ſit penès feudatarium,
6 ſiue ſit penès alium; Ideò eſt eadem ratio, vt poſtquam ratione illorũ fructuũ rei feudalis ſoluitur adoha, non ſoluãt pro his neq; gabellas, neq; datia. Et ita fuit votatum communiter, poſtea pars ſe concordauit cum fiſco, quod remiſſis parti omnibus prætenſis de adohis non ſolutis in præteritum fiſco debitis, ſe obligauit ſoluere in futurũ adohã, & ius adohę Reg. Ciuitatis Manfredonię.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Gabella de fructibus feudi non debetur.*
2 *Immunitas conceſſa Domino, Colonis debetur.*
3 *Gabellas ſoluere clerici, & religioſi non tenentur.*
4 *Conductores fructuum prædiorum clericorum, an ſint immunes.*
5 *Gabella tunc ſoluenda erit, vbi res de perſona priuilegiata ad non priuilegiatam tranſit.*
6 *Emptor Gabellæ non tenetur ſoluere, quando bona eſſent exempta.*
7 *Emens à fiſco an teneatur ad vectigal, quod ſolui debet fiſco.*

QVæſitum fuit in facto occurſo, num conductor rei feudalis teneatur ad ſolutionẽ
1 Gabellarum pro fructibus ex feudo peruenientis, & deciſum inſpicitur in eius fauorem, vt non teneatur, & in hoc principaliter erit aduertendum, quod Gabella de fructibus feudi nullatenus debetur, ita ex And. probat Reg. de Pon. conſ. 105. n. 17. to. 2. ita nec affictator feudi ad prædictã teneri videatur ſolutionẽ,
2 etenim nedum immunitas cõceſſa Domino ad Colonos extenditur, Oſaſc. dec. 39. nu. 19. ſed pariter cõceſſa rei ſemper erit immunis penès quem reperitur, & ſic ob priuilegium
3 quod habent Clerici, & Religioſæ perſonæ, vt non teneantur pro bonis ad gabellas, datia, vectigalia, & ſimilia, latè Carol. de Graſſ. de effect. cler. in 3. eff. vbi nu. 51. ad 76. etiam ad Colonos ipſorum extendi arbitratur, nõ
4 tamen procedit reſpectu conductorum fructuum ipſorum, vt poſt Ferrect. in tract. de Gabell. nu. 472. Gutt. in eod. tract. de Gabell. q. 44. ea tamen ratione, quia ratione perſonarum ipſarum, res immunes eſſe videntur,
5 & non abſq; ratione Gabella erit ſoluenda vbi res de perſona priuilegiata ad non priuilegiatam tranſit, Nact. conſ. 139. nu. 19. vol. j. de hoc priuilegio clericorũ agens in ſpecie, ſecus tamen ſi reſpectu rei immunitas reſultaret, nam tunc nemo ad illius Gabellam teneretur, quemadmodum emptor Gabellam ſoluere non tenetur, quando bona ipſa ſint
6 exempta, Hieron. Gabr. conſ. 161. nu. 4. vol. 2. & ſic de re feudali erit intelligendum, vt pro ea nulla Gabella ſolui debeat; in reliquis verò quoties quis à fiſco emerit, tenetur ad ve
7 ctigal, quod ſolui debet fiſco, Alb. Brun. conſ. 125. col. j. verſ. ſi & emens à fiſco.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores ſunt graduãdi in eodem gradu, & loco pro rata eorum creditorum, & quid in chirographarijs, nu. 2.*
3 *Fiſcus an præferatur in pecunia in Banco exiſtente, quæ eſt ſui debitoris.*
4 *Dominiũ pecuniæ in Banco poſitæ, an transferatur in Bancherium.*
5 *Actio vtilis quæritur fiſco ex pecunia penès Campſorem poſita à debitore fiſci nomine proprio.*
6 *Tex. in l. non intelligitur §. multa ff. de iure fiſci, ponderatur.*
7 *Tex. in l. ex facto §. planè ff. de pecul. & l. 2. C. ex fact. tut. an in fiſco procedant.*
8 *Fiſcus, reſpublica, minor, & eccleſia æquiparantur.*
9 *Fiſcus an habeat ius prælationis ex contractu celebrato, ex quo ſibi actio quæritur.*
10 *Deciſio R. C. producitur in fauorem fiſci circa pecuniam depoſitam in banco ab eius debitore, ſuo nomine proprio.*

DE-

## DECISIO LX.

THomas Toloſa regens officium Perceptoris Prouinciæ Bari depoſuit in Banco Bernardi de Summa duc. 1300. de pecunia Regia, exactos à dicta Prouincia; depoſitum tamen non fuit factũ nomine Reg. Cur. neque ẽt ipſe depoſuit vt officialis Regius; ſed ſimpliciter partita dicti Banci fuit ſcripta nomine dicti Thomæ Toloſa, Bancum illud decoxit, & concurrunt plures creditores, qui petunt ſe graduari eodem loco, & gradu, pro rata

1 eorum debitorum, iux. doctr. Bal. meliorem de iure in l. pro debito C. de bon. auth. iud. poſſid. vbi ponũt formã, qũo creditores concurrentes debeant graduari; vltimo ponit oẽs illos chirographarios nõ habentes neq; dominiũ, neq; hypothecã, neq; priuilegium eſſe pro rata eodem loco, & gradu graduandos, nõ habita rõne, quis prior tẽpore,

2 vel quis poſterior, idem ponit Paul. de Caſt. in l. ſi hominem §. quotiens ff. depoſ. & Ioa. de Pla. in l. j. C. cred. pec. fiſ. præfer. lib. 10. Dicunt ergo creditores in caſu noſtro contra dictum Thomam Tholoſa, & Reg. fiſcum. Primò, hæc pecunia licet fuerit fiſcalis, tñ depoſitum nõ fuit factum vt ſpecies in ſacculo ſignato, quãdo fit in ſacculo ſignato remanet vt ſpecies, quo caſu non habet dubium, ꝙ ſi illa reperitur in ea, fiſcus

3 præfertur tãquam Dñs eiuſdem pecuniæ, ex tex. in l. ſi ventri §. in bonis ff. de priu. credit. & in l. procuratoris §. ſi plures verſ. planè, & verſ. ſed ſi dedi ff. de tribut. ſed in caſu noſtro depoſitum fuit factũ in pecunia numerata, quo ca-

4 ſu transfertur dñium in depoſitariũ, ſeù capſorẽ, eſt tex. in l. Lutius, & ibi Paul. de Caſt. ff. depoſ. & in d. l. ſi hominẽ §. quotiẽs, vbi idem Paul. eod. tit. in caſu noſtro illa pecunia fuit depoſitata ad numerum, & licet illo tẽpore fuiſſet fiſcalis; tamen ſtatim ꝙ fuit commixta cũ alia pecunia Banci, fuit translatum do-

5 minium in Bancherium, & amplius non fuit fiſci, l. ſi alieni ff. de ſol. l. ſi à furioſo, & l. nam & ſi fur ff. ſi cer. pet. quo circa eſt videndũ, ſi ſaltim actio perſonalis depoſiti, iux. tex. in d. l. Lutius, & l. ſi hominem §. quotiẽs, ſit ipſo iure acquiſita Reg. fiſco, licet nõ ſit factum depoſitũ nomine fiſci, poſtquam præſupponimus, & eſt veriſſimum, ꝙ illa pecunia fuit fiſci. Breuitèr non arguendo dico, ꝙ ſic, quia ſi quis deponit, vel mutuat pecuniã fiſcalem, ẽt nomine proprio, & non nomine fiſci, licet in illũ, cum quo contrahit, non transferatur dominiũ pecuniæ, tamen ipſo iure actio vtilis acq-

6 ritur fiſco, ex ſpeciali fiſci priuilegio, vt eſt caſus notab. in l. non intelligitur §. multa vbi glo. Bar. & Alb. ff. de iu. fiſ. q tex. ſufficit pro deciſione huius dubij, eſt etiã bonus tex. iunct. gl. in ver. vtilis actio, in l. ex facto §. planè ff. de pecul. eſt tex. ſimilis in l. 2. C. quand. ex fact. tuto. eſt ẽt tex. in l. ſi tutor ff. eo. tit. & in l. quotiens ff. de admin. tut. q̃ iura vlti-

7 ma licet loquantur in tutore, habent ẽt locũ in fiſco, per tex. formalem in d. §.

8 multa; tum quia Reſpublica, fiſcus, minor, & eccleſia æquiparantur, l. fi. C. de ſacroſ. eccl. ſi ergo fiſcus habet ex tali contractu actionẽ perſonalem ſibi ipſo

9 iure acquiſitam, ſequitur quod ex ea habet priuilegium prælationis, & præfertur omnibus alijs creditoribus chirographarijs, ẽt tempore prioribus, quia in hoc fiſcus eſt priuilegiatus, eſt tex. in l. quiſquis, & in l. pen. §. reſpublica, & in l. priuilegia iuncta glo. magiſtrali ibi ff. de priuil. cred. & in l. ſi cũ pecuniam C. de priuil. fiſ. & ita optimè meliùs quã alibi declarat Ioa. de Plat. in l. vnica C. pecun. fiſcal. cred. præfer. Et ita per ſu-

10 pradicta fuit deciſum in R. C. in fauorẽ fiſci, qui habuit à dicto Bãco du. 1300. & fuit ꝑlatus fiſcus omnibus alijs creditoribus dicti Banci, habẽtibus actionem perſonalem, etiam tempore anteriorem non priuilegiatam.



Digitized by Google

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores Banci, & Mercatorum fallitorum debent eſſe æquales, & concurrere per æs, & libram, non obſtante priuilegio, hypotheca, & anterioritate, inſtrumentis, & chirographis, & erit locus gratificationi, nu. 2. limitatur in cauſa dotis, tutelæ, reipublicæ, & fiſci, nu. 3.*

EX iſta deciſione apparet fuiſſe in beneficiū fiſci pronunciatum, eo quod illius debitor pecuniam fiſcalem in Banco repoſuerat ſuo proprio nomine, nulla facta mentione, quod erat fiſci, quare ſuccedente fallimento Bāci, in concurſu creditorum illius, nonnulli com
1 paruerūt illam ſibi ſolui vti anteriores, fiſco remoto, licet autem regulariter creditores Banci, & Mercatorum fallitorum debēt eſſe æquales, & concurrere per æs, & libram, non obſtante priuilegio, hypoteca, & anterioritate, inſtrumētis, & chirographis, vt ex Caſt. conſ. 179. lib. 2. Tuſch. verb. ſtatutum circa fallitos concl. 547. num. 5. Strac. Peguer. dec. 38. Bald. Aret. & Reg. de Pon. quos probat Conſil. Phil. Paſcal. in tract. de vir. patr. pot. c. 8. nu. 80. cum ſeq. quos oēs ſequitur Muta in prag. Sicil. tom. 1. tit. 73. num. 64. ita quod
2 locus erit gratificationi ſubſequitur nu. 65. ibiq; tamen hoc limitat ex eodem Card. Tuſco nu. 6. non tamen procedere in debitis ex
3 cauſa dotis, tutelæ, & fiſcali, aut Reipublicæ, vt ibi per eum, & de hac prælatione fiſci inter creditores cōcurrentes abundanter tractauit nouiſſimè Rodri. in tract. de concurſ. cred. art. 2. nu. 1. & ſeq. Reg. de Pon. conſ. 17. nu. 65. tom. 2.

Thoro.

### SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis an in hæredem tranſeat.*
2 *Ius exequutiuū contra hæredes an tranſeat*
3 *Fiſcus capit feudum iure proprio, ob fidem non ſeruatam.*
4 *Ius reale trāſit cum ſuo onere, ſecus tamen ius perſonale.*
5 *Promiſſio ſolutionis in aliquo loco eſt perſonalis, nō realis, nec tranſit in ſucceſſorē*
6 *Emptor an, & quando non teneatur ſoluere cenſum Domino directo.*
7 *Actione perſonali an, & quando teneatur ſucceſſor pro annua præſtatione promiſſa.*
8 *Deciſio R. C. adducitur in ſucceſſore promittentis ſolutionem annuam.*

## DECISIO LXI.

IN cauſa Magn. Leonis Follerij V. I. D. q. emit à q. Ill. Duce N. annuos duos cenſus ſuper fructibus, & introitibus Ciuitatis S. Agathæ, cū Reg. Aſſenſu, & promiſit ſoluere tertias, ſeu penſiones ſingulis quatuor menſibus in hac Ciuitate Neap. mortuo Duce propter rebellionē nepotis ex filio primogenito Ducis, ad quem dictus ſtatus dicebat ſpectari; fuit dicta Ciuitas deuoluta, & cōfiſcata Reg. Curiæ, & conceſſa Domino de Bilaron, & domus vēdita D. Aloyſio Ram, petijt dictus Leo Follerius, vt D. Aloyſius Comes dictæ Terræ, ſingulis quatuor menſibus reſpondeat ſibi de pēſionibus in hac Ciuitate Neap. iuxta pactum appoſitū in inſtrumento, ſi dictus Comes eſſet hæres dicti Ducis vēditoris, res non haberet dubium, quia
1 et ſi hęc actio eſſet perſonalis, trāſijſſet in hęredē, vt in l. vnica C. vt act. in hęr.
2 & cōtra hęred. etiam ius exequutiuum, vt not. Bar. in l. poſtulante in princ. ff. ad treb. ſed in caſu noſtro loquimur in fiſco, qui iure proprio cępit feudum, ob
3 fidem vaſſalli Ducis debitam, & non ſeruatam, c. 1. §. quid ergo de inueſt. de re alien. fact. vbi Andr. & cæteri DD. & id quando eſt feudum venditum, vel aliud ius ſuper re impoſitum ſine aſſenſu, non valet talis alienatio, ſi feudum aperietur Domino, aperitur liberum abſq; aliqua obligatione; ſecus ſi cū aſ-
4 ſenſu venditum fuerit, q ſuus Dominus qui aſſenſum præſtitit tenetur ſtare, & omne ius reale tranſit cum ſuo onere, And. & Feudiſt vbi ſupra, ius aūt perſonale non trāſit in ſingularem ſucceſſorem, vt eſt tex. in l. j. §. hæres, & ibi Bar. & Alex. ff. ad treb. l. fin. §. Titius ff. de contrah.

Digitized by Google

cōtrah.empt.vbi eſt caſus optimus,ad-
ducere fructus de loco ad locū, in quo
quis obligauit etiam ius perſonale. Illa
5 prima Ducis promiſſio,per quā ſe obli-
gauit ſoluere in hac Ciuitate Neap.pē
ſiones,eſt perſonalis,& non realis; Iam
non tranſit in ſingularē ſucceſſorem,ēt
ſi detur ſuis ius perſonale propter rem,
vt eſt glo.fi.notab.in l.fi. C.de vſur.iur.
emph.vbi ſi emphyteuta, qui eſt obli-
gatus actione perſonali ſoluere cēſum
Domino directo, ſi vēdit rem emphy-
6 teuticariam,nō tenetur emptor ſoluere
Dño directo cenſū actione perſonali,
niſi ſe expreſsè Domino obligauerit,vt
per Bar.in auth. ſi quas C.de ſacroſan.
ecc.& ita illā glo.declarat,& approbat
Spec.in tit.de loc. §.nunc aliqua verſ.
127.& optimè Aret.quē omninò vide
in l.quæ neptis,l.pater ff.de acqu.bon.
poſſ.& optimè hāc materiam declarat,
& cōprobat, & licet Angel. ibi teneat
contrarium, tamen vt ibi etiam refert
Aret.cęteri Moderni tenent quod An-
gel. facit quod optimè declarat Paul.
de Caſtro in l.Imperatores ff.de publ.
Ioa.Platea in l.in his C. de publ. nau.
lib.11.vbi omnia vide,& latè Affl. in
deciſ.95. non poteſt ergo dictus Leo
agere contra Comitem Sanctæ Aga-
7 thæ actione pſonali,vt fructus,ſeu pen
ſiones ſoluat in hac Ciuitate Neapol.
7 nec pro tertijs præteritis debitis tem-
pore venditionis, nec pro tempore
ſuo, niſi eo tempore eos percepiſſet,q
tunc teneretur actione perſonali, l. ſi
me,& Titium,cum ſua materia ff.ſi cer.
pet.poteſt tamen agere actione hypo-
thecaria ſuper rebus obligatis cum aſ-
ſenſu, & tunc poſſeſſor, vt euitet auo-
cationem rei, ſeu adiudicationem ſol-
uet penſiones debitas, vt per Plat. vbi
ſupra,& reliquos DD. in locis ſupra al-
8 legatis. Et ita fuit cōcluſum per totam
Cameram, referente D.Franciſco An-
tonio Villano Præſidente.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor an teneatur ad domum creditoris*
*aſportare annuum cenſum.*
2 *Pactum,quod debitor teneatur ſoluere red-*
*ditū in domicilio creditoris, an valeat.*
3 *Cenſus quo loco debet ſolui, potiſſimum*
*quando in dubio eſſemus.*
4 *Heres tenetur factum defuncti approbare.*
5 *Succeſſor in feudo tenetur ad ſolutionem*
*onerum,& deciſio traditur.*

QVæſitum fuit, ſi feudo deuoluto ad fiſcum
ob rebellionem feudatarij, qui tenebatur
de certis annuis redditibus ſoluere in certo
loco pro certo capitali,teneatur fiſcus, vel
eius conceſſionarius eodem modo ſoluere
dictum annuum redditū eodem loco,& pro-
nunciatum eſſe oſtenditur, non teneri in di-
cto loco ſoluere,ex rationibus deductis in
deciſione iſta, iſta ſiquidem dubietas vide-
tur etiam dependere ab illa quæſtione, num
1 debitor teneatur ad domū creditoris aſpor-
tare annuum cenſum; & per ea quæ Doct.
communiter ſentiūt,videntur affirmatiuam
ſententiam aſſequi,dummodo ipſi contrahē-
tes eſſent eiuſdem fori, ſecus ſi eſſent diuerſi
fori,de quo ſatis per Felician.in tract.de cē-
ſibus tom.2.lib.3.c.3,nu.6.vltra Rodriq.in
tract.de ann.redd.lib.2.q.6.num.5.& 6.ibiq;
pariter agit,ſi valeat pactum, quod debitor
2 teneatur ſoluere redditum in domicilio cre
ditoris;hinc infert Boccat. in tract. de cenſ.
p.2.nu.75.dū quærit,in quo loco fieri debeat
3 cenſus ſolutio,vbi cenſuit, quod ſi eſſet cō-
uentum de loco,erit facienda ibi ſolutio,dū-
modo non ſit oneroſa, ſin aūt non eſſet con-
uentum de loco,tūc in loco,in quo reus vo-
luerit,ibiq; ex Bar.Alex.& cæteri in l.qui Ro
mæ in princ.ff.de verb.obl.concludunt,quod
erit facienda in loco,in quo res cenſui ſubie-
cta reperitur; quapropter licet hæres hoc
adimplere teneatur, ex quo tenetur factum
4 defuncti ratum habere, l.cum à matre C.de
rei vend. ibiq; DD. in ſucceſſore particulari,
comperitur potiſſimum in feudo,vt licet te-
5 neatur ad ſolutionē onerū,latè Reg.de Pon.
conſ.52.n.19.&27.vol.1.& per tot.vbi deciſ.
attulit,præſertim,quando in feudo hæredita
rio ſucceſſerit,non tamen ad pacta particu-
laria,maximè perſonalia, vt cōcluſum patet
in hac deciſ. Et cum his fuit impoſitus finis
ad laudem indiuiduæ Trinitatis, & B.M.V.
hodie 27.Nouembris.1630.

Thoro.

FINIS DECISIONVM.

# INDEX

## Rerum, Verborumque omnium fideliſsimus Deciſionum D. Regentis Salernitani.

### A


*ABſens comparere impeditus, non poteſt ad mortem condemnari. deciſ.3. nu.10. fol. 10. Condemnari prohibetur. nu.15. fol.11.*

*Accataſtari debent bona in loco, in quo poſſeſſores ſunt numerati. dec.38. nu.2. fol.81. Debent bona, deducto onere illis iniuncto. nu.3.*

*Acceſſorio ineſt idem ius, quod eſt in principali. deciſ.19. nu.13. fol.47.*

*Actio an competat Ciuitati pro iniuria Ciui irrogata. deciſ.13. num.8. fol.34. Duplex oritur ex iniuria filio illata. nu.9. Accuſandi prò iniuria facta filio patri competit, et quando, remiſſiuè. addit. nu.1. fol.35. Hypothecaria prò legatis an competat. addit. deciſ.16. nu.2. fol.41. An competat pro fructibus rei legatæ. nu.3.*

*Actionem perſonalem non procedi, aut tolli minori ſpatio 30. annorum. deciſ.19. nu.3. fol.44.*

*Actio hypothecaria an poſſit cedi ſine perſonali. deciſ.35. nu.7. fol.74. Perſonalis an ceſſa videatur cum hypothecaria. addit. nu.11. fol.75. Hypothecaria actioni perſonali accedit. num.12. Hypothecaria, & perſonalis eadem eſt penes ceſſionarium, quæ erant penes cedentem. nu.13.*

*Actio perſonalis trãsfertur in ceſſionarium, vigore ceſſionis. deciſ. 42. num. 1. fol. 88. Hypothecaria, ad hoc vt extinguatur per perſonalem, quid requiratur. nu.5. Perſonalis, vel hypothecaria, an ſint in bonis primi creditoris cedentis. addit. num. 1. fol.89. Omnis cedi poteſt. nu.3. Perſonali ceſſa, cenſetur hypothecaria quoque ceſſa. nu.6. Hypothecaria acceſſoria eſt ad perſonalem actionem. nu.7. Hypothecaria cedi poteſt iunctim cum perſonali, & ſine ea. nu.8. Perſonalis ceſſa, ſi extinguatur, non tamen hypothecaria extincta cenſetur. nu.14.*

*Actiones ſunt affixa oſſibus noſtris. num.2. fol.89. Et iura in ceſſionarios transferuntur, quæ erant penes cedentem. nu.4.*

*Actio legitimi depoſiti, licet irregularis, oritur ex ſola confeſſione Bancheriȳ. addit. deciſ.46. num.4. fol.95.*

*Indulgentiæ an veniant in conceſſione priuilegij, ad inſtar priuilegij alterius. add. deciſ.33.nu.2.fol.70.*

*Iniuria facta colono, actio domino competit. deciſ.13.nu.5.fol.34.*

*Inſtantia perempta in criminalibus, perit omne ius. dec.28.nu.1.fol.63. Perempta in criminalibus, nouum iudicium formari non poteſt.nu.6.fol.64. Eius peremptio in Regno non datur ex lege particulari, hoc eſt in Tribunalibus Collegiatis. add. nu.3.fol.64.*

*Inſtantia regulariter tranſit in ſucceſſores vniuerſales, non tamen in ſingulares, dec. 49.nu.3.fol.106.*

*Inſtantia cœpta cum defuncto, lite cum eo conteſtata tranſit in hæredes.dec.54.nu.5. fol.131. Defuncti, cur in hæredem tranſit. num.7.*

*Intereſſe, ſeu pretium quantiplurimi debetur à tempore moræ. deciſ.43.nu.1.fol.90. Quantiplurimi debetur circa ipſam rem. nu.2. Quantiplurimi officio Iudicis mercenarij debetur. nu.3. Quantiplurimi an debeatur ex mora rei non tradita, deciſiones referuntur. addit.nu.1.*

*Iudex cenſetur reprobaſſe priuilegium, ſi eſſet contra illud iudicatum, etſi expreſſè hoc non fuerit dictum in ſententia. deciſ. 51.nu.3.fol.121.*

*Iudex aliquando recedit à patris voluntate, aliquid diſponendo. deciſ.55.num.16. fol.134. Poteſt ex cauſa decernere, vt filias educetur penes matrem.nu.17. Si viderit aliquem delinquere, ei torturam inferre non poſſet abſque indicijs. dec.57. nu.4.fol.143. Et ſi haberet liberum arbitrium.nu.5. Torturam dare poteſt in ſubſidium, quando non adeſſent aliæ via reperiendi veritatem.nu.6. Torquens aliquem ſine indicijs, tenetur in ſindicatu. num.8. Torquens aliquem dolo malo, & ſine cauſa, pœna capitis tenetur. num.9. Tenetur, quando tortus moriretur in tormentis. num. 10. In occultis debet eſſe promptior ad torturam. nu.12. Excuſatur in dando copiam reo, ſi ſemel fuerit tortus.nu.20 fol.144. Nemo debet eſſe in cauſa propria. nu.23. Et accuſator ſimul quis eſſe non poteſt.nu.27.fol.145. Poteſt ex cauſa pœnam trãſgredere. n.40. f.146.*

*Iudex in atrociſſimis delictis de facili procedere debet ad torturam contra reum. addit. deciſ.57. nu.6.fol.148. Non debet eſſe ſeuerior lege.num.11. Eſt legis miniſter. num.12. Quando poſſit pœnam minorare.nu.14. In arbitrarijs ſuccedit loco legis.nu.16. Debet pœnas irrogare iuxta qualitatem delictorum, & pro facti circumſtantijs augere, et minorare illas.n.17. In cauſa propria nullus eſt, & hoc ratione ſuſpitionis.nu.18.19.*

*Iudicis partes nullæ ſunt in confeſſis, niſi in condemnando. deciſ.24.nu.8.fol.55.*

*Iudicium non ſubſiſtit, deficiente vna ex tribus perſonis. dec.57.nu.26.fol.145.*

*Iudicium procedit, parte non opponente de eius inualiditate.nu.24.fol.144.*

*Iuramentum habet vim expreſſi. deciſ. 50. nu.34.fol.113.*

*Iuramentum per minorem præſtitum in contractu, quid operetur. addit.deciſ.53. nu.3.fol.129.*

*Ius acceptoris reſoluitur, reſoluto iure datoris. dec.51.nu.6.fol.118.*

*Ius de nouo ſuperueniens ex cauſa de præterito, conualidat iudicium retroactum. dec.24.nu.9.fol.55.*

*Ius exequutiuum contra hæredes an tranſeat. deciſ.61.nu.2.fol.155. Reale tranſit cum ſuo onere, ſecus tamen ius perſonale. num.4.*

L

*LAudemium duplex, & duplex gabella debetur ex contractu renouato. addit. deciſ.36.nu.1.fol.78.*

*Legatorum natura in quo conſiſtat. dec.17. nu.7.fol.39.*

*Legitima filiæ naturali debetur ex diſpoſitione Auth. licet C. de natur. liber. & ſic deciſum. addit.dec.9.nu.9.fol.28.*

*Legitima detrahitur à ſubſtantia bonorum,*

*& non de fructibus. deciſ. 48. num. 19. fol. 102.*

*Legitimæ quis ſpecificè renunciare debet, vt ab ea excludatur. deciſ. 50. nu. 33. fol. 113.*

*Lex quamuis dura, erit ſeruanda. addit. dec. 18. nu. 5. fol. 43. & deciſ. 48. nu. 13. fol. 101.*

*Lex an, & quando ad præterita extendatur. addit. dec. 19. nu. 1. fol. 48.*

*Lex ad hoc vt habeat locum, debet conſtare qualitas ab ea requiſita. deciſ. 29. num. 5. fol. 66.*

*Lex quando loquitur de filijs, an & quando filiæ contineantur, vel non. deciſ. 52. n. 8. fol. 124. Cur magis cum filiabus agit, quam cum filijs, ob crimen paternum, nu. 10.*

*Legis mens vbi ceſſat, ceſſat diſpoſitio. deciſ. 18. nu. 2. fol. 42. Ratio vbi ceſſat, lex ceſſat. num. 3.*

*Legis verba ſemper cum miniſterio aliquid operandi debent intelligi. deciſ. 47. nu. 4. fol. 97.*

*Leges promiſcuè vtuntur nomine falcidiæ, & trebellianicæ. deciſ. 48. nu. 6. fol. 100.*

*L. Barbarius ff. de offic. Præſid. ponderatur. dec. 56. nu. 6. fol. 137.*

*L. Communis libertus ff. de in ius vocan. ponderatur. dec. 57. nu. 31. fol. 145.*

*L. Cum multa C. de bon. quæ liber. qualiter procedat. deciſ. 53. nu. 16. fol. 128.*

*L. Ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. ponderatur. dec. 50. nu. 23. fol. 112.*

*L. Ex facto §. planè ff. de pecul. an in Fiſco procedat. dec. 60. nu. 7. fol. 154.*

*L. Falſus §. 1. ff. de furt. intellectus verus traditur. dec. 27. nu. 8. fol. 61.*

*L. Fœmina C. de ſecund. nupt. diſpoſitio eſt nimium generalis. deciſ. 7. num. 8. fol. 23. An ſit correcta per Conſuet. Neap. addit. deciſ. 6. nu. 2. fol. 25. Et quid deciſum refertur num. 3. An procedat in donatione facta ob cauſam, vt ſit licitum mulieri diſponere in beneficium filiorum, refertur deciſio. nu. 4.*

*L. Filium quem habentem C. fam. erciſcund. ponderatur. dec. 48. nu. 15. fol. 101.*

*L. Final. §. donec C. de iure deliber. qualiter procedat. dec. 54. nu. 4. fol. 131.*

*L. Final. §. minores C. de ſent. paſſ. ponderatur. dec. 55. nu. 13. fol. 134.*

*L. Final. C. de natur. liber. declaratur. deciſ. 34. nu. 3. fol. 71. Eius diſpoſitio an procedat in ſpurijs. add. nu. 4. fol. 72. An habeat locum in filio inceſtuoſo. nu. 5. An ad nepotes ex ſpurio extendatur. nu. 6.*

*L. Inde Neratius §. fin. ff. ad l. Aquil. declaratur. dec. 29. nu. 3. fol. 65.*

*L. Iubemus C. ad Trebell. qualiter procedat. deciſ. 48. nu. 11. fol. 101. & nu. 24. fol. 103. Eius tempore vna quarta detrahebatur. nu. 18. fol. 102.*

*L. Lex Cornelia ff. de iniur. ponderatur. dec. 57. nu. 31. fol. 145.*

*L. Non intelligitur §. multa ff. de iur. Fiſci, ponderatur. deciſ. 60. nu. 6. fol. 154.*

*L. Papinianus §. vnde ſi quis ff. de inoffic. teſtam. an ſit correcta per l. ſcimus §. repletionem C. eod. deciſ. 48. nu. 22. fol. 103.*

*L. penult. §. ſi dolo ff. quod falſ. tut. ponderatur, & qualiter. deciſ. 2. nu. 5. fol. 5.*

*L. Quamuis C. ad Turpill. enucleatur. deciſ. 26. nu. 8. fol. 59.*

*L. Quarta C. depoſiti intellectus verus traditur. deciſ. 43. nu. 6. fol. 90.*

*L. Quæro ff. de ſolution. intellectus pertractatur. deciſ. 1. nu. 4. fol. 2.*

*L. Qui balneum §. ſi hæres ff. qui pot. in pign. hab. intellectus nouus traditur. deciſ. 17. nu. 10. fol. 40.*

*L. Qui contra C. de inceſt. nupt. qualiter procedat. dec. 2. nu. 4. fol. 5. & num. 22. fol. 7.*

*L. Qui iuriſdictionis ff. de iuriſd. omn. Iudic. declaratur qualiter procedat. dec. 57. nu. 25. fol. 144.*

*L. Quiſquis §. filij C. ad l. Iul. Maieſt. intellectus. dec. 52. nu. 20. fol. 125. An locum habeat in filia fœmina. add. nu. 3. fol. 126.*

*L. Quoties C. de rei vendic. diſpoſitio ceſſat in ſpiritualibus. deciſ. 11. nu. 9. fol. 31.*

*L. Secund. C. ex fact. tut. an in Fiſco procedat. dec. 60. num. 7. fol. 154.*

*L. Secund. §. fin. ff. de prætor. ſtipulat. ponderatur. deciſ. 54. nu. 8. fol. 131.*

*L. Secunda §. illud ff. de iniur. declaratur. deciſ. 13. nu. 1. fol. 34.*

*L. Si legati ff. de pignor. noua ponderatio cōtra Neguſant. dec. 17. nu. 12. fol. 41.*

*L. Si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. ampliatur. dec. 26. nu. 6. fol. 59.*

*L. Sticchus §. ſeruus meus ff. de manum. teſtam. extenditur. dec. 50. nu. 18. fol. 111. Et qualiter procedat. nu. 19.*

*L. Tertia C. de nouation. declaratur. dec. 35. nu. 5. fol. 73. & dec. 42. nu. 2. fol. 88.*

*L. Traditionibus C. de pactis diſpoſitio ceſſat in Principe. dec. 11. nu. 8. fol. 31.*

*Liberorum appellatione, an contineantur nepotes, pronepotes, & alij deſcendentes. dec. 52. nu. 16. fol. 124.*

*Littera Ciuitatis atteſtantis, aliquem eſſe Ciuem eiuſdem Ciuitatis, an probent. dec. 12. nu. 2. fol. 33.*

*Locupletari cum aliena iactura non licet. deciſ. 19. nu. 7. fol. 44.*


*Magi-*

## M

*Magiſtri actorum officium vnicum in Reg. Camera fuit ab initio. deciſ.* 10. *nu.* 2. *fol.* 29.

*Magiſtri actorum deciſio ab Abb. Mauro, & Iacobo Gallo memoratur. addit. nu.* 1. *fol.* 30.

*Magiſtrorum actorum Sacri Conſilij numerus augeri an poſſit, deciſio refertur. ibid. num.* 2.

*Magni Cancellarij de officio Bidelli conceſſo per Proregem alteri deciſio Collateral. Conſil. refertur. addit. dec.* 11. *nu.* 7. *fol.* 32.

*Maſculinum an comprehendat fœmininum in caſu odioſo, & irrationabili. dec.* 52. *nu.* 2. *fol.* 123. *& nu.* 14. *fol.* 124. *Et quid in materia criminis læſæ Maieſtatis. add. nu.* 2. *fol.* 126. *Et quid in ſtatutis pœnalibus. nu.* 4.

*Mater an de donatiuo facto per primum virum poſſit diſponere in fauorem filiorum ex ſecundo matrimonio. dec.* 6. *nu.* 1. *fol.* 21. *Teſtando an poſſit meliorare vnum ex filijs, vel plures ex eis de quarta. nu.* 4. *fol.* 22. *An teneatur ſeruare filijs primi matrimonij donata ſibi contemplatione mariti. deciſ.* 8. *nu.* 11. *fol.* 24.

*Mater tranſiens ad ſecunda vota, mortuo filio, alijs ſuperſtitibus, ſuccedit in vſufructu tantùm reſpectu bonorum obuentorum filio à patre. dec.* 15. *num.* 1. *fol.* 37. *Tranſiens ad ſecunda vota, an tantùm vſumfructum habeat bonorum, quæ ex ſubſtantia mariti proueniunt ad filium, cui ab inteſtato ſucceſſerat, vel proprietatem, deciſio traditur. addit. nu.* 1. *fol.* 38. *Binuba, vt efficiatur domina abſoluta bonorum filij, voluntas expreſſa, vel tacita illius filij requiritur. nu.* 3.

*Mater præfertur auo in tutela. dec.* 55. *nu.* 1. *fol.* 133. *Et auia in baliatu præferuntur extraneis. addit. nu.* 2. *fol.* 135. *Auo paterno in baliatu nedum, ſed etiam in tutela præfertur. nu.* 3. 4. *Præfertur etiam, concurrentibus pluribus exequutoribus teſtamentarijs. nu.* 5.

*Matrimonium nullum eſſe ſciens, non repetit, & ſic ſe habet communis opinio. dec.* 2. *nu.* 6. *fol.* 5. *Dum non repetit, multò magis non acquirit. nu.* 7. *Ignorans, ſi repetitio fieri debet, & res penes eum ex natura actus remanere debet, an detur acquiſitio, & qualiter ei ſuccurratur. nu.* 11.

*Mercantias extrahentes ex Dohana, vendendi cauſa, vel extrahendi, quod ius ſoluere debeant. addit. deciſ.* 44. *num.* 9. *fol.* 92.

*Mercator pro prima vice quis non dicitur. addit. dec.* 24. *nu.* 3. *fol.* 56. *Vt verè appellari poſſit, non ſufficit quòd aliàs mercaturam exercuit, ſed quòd hodie exerceat. num.* 4.

*Mercatura eſt prohibita etiam Secretario Regni, Scribis à mandatis, & Magiſtris actorum. nu.* 12.

*Metus iuſtus quis dicatur. deciſ.* 53. *num.* 6. *fol.* 127.

*Metus reuerentialis præcedentibus minis, erit ſufficiens ad reſciſſionem. addit. deciſ.* 53. *nu.* 8. *fol.* 129. *Per coniecturas probatur. nu.* 9. *Item per teſtes familiares, atque domeſticos. nu.* 10. *Item probatur duobus teſtibus. num.* 11. *fol.* 130. *Reuerentialis non ſemper præſumitur. nu.* 13. *Reuerentialis ſolus non eſt ſufficiens ad reſciſſionem. nu.* 14.

*Miles iura ignorare præſumitur. deciſ.* 57. *nu.* 15. *fol.* 144. *Aliquid ſibi adſcribens in teſtamento, non tenetur pœna falſi. nu.* 18. *Eius factum cenſetur potius per errorem, quàm dolo. nu.* 19.

*Militia empta à patre, filio imputatur in legitimam, deciſ.* 53. *nu.* 19. *fol.* 128.

*Minor læſus, in renunciatione reſtituitur. deciſ.* 53. *nu.* 2. *fol.* 127. *Ob iuramentum fit maior. nu* 3. *Eius contractus reſcinditur, præuia abſolutione à iuramento. nu.* 4.

*Minor faciens actum in minori ætate, an validè faciat. addit. deciſ.* 53. *nu.* 1. *fol.* 129. *Aetate præſumitur errore, & ignorantia iuris, non autem ſcientia actum facere, & ratio affertur. num.* 2. *Cum iuramento contrahens, non erit audiendus, ſi contrauenerit, etiam interuenientibus iuris ſolemnitatibus. nu.* 6. *Eius contractus iuramento firmatus, valet etiamſi nulliter fuerit celebratus. nu.* 4. 5.

*Minor, Reſpublica, Fiſcus, et Eccleſia æquiparantur. dec.* 60. *nu.* 8. *fol.* 154.

*Minores, Pupilli, et Mulieres dicuntur perſonæ priuilegiatæ. deciſ.* 23. *nu.* 2. *fol.* 52.

*Miſerabiles perſonæ beneficia cõceſſa à Rege obtinent in iudicijs. addit. dec.* 23. *nu.* 2. *fol.* 52.

*Mitius agitur cõtra occidentem vilem perſonam. dec.* 57. *nu.* 14. *fol.* 144.

*Moderator, & arbiter eſt quilibet in re propria. dec.* 26. *nu.* 3. *fol.* 58.

Monſtruum *eſt, videre corpus habere duo capita. dec.* 10. *nu.* 3. *fol.* 29.

*Montes deputati pro maritagijs, an habeant beneficia reſtitutionis, deciſio noua S.C.* dedu-



Digitized by Google

deducitur.add. dec.23.nu.7.fol.52.
*Mulier accuſare etiam & ipſa poteſt,ſuorum mortem vlciſcendo. deciſ. 5. num. 3. fol. 20.*
*Mulieres,Pupilli,& minores dicuntur perſonæ priuilegiatæ.dec.23.nu.2.fol.52.*
*Mulieres coniunctæ an probent,ſi eſſent teſtes.dec.53.num.7.fol.127.*

N

*NAues hoſtium facillimè capiuntur,& diuiſio fieret iuxta deciſa per Regentem de Ponte. addit.dec.57.nu.21.f.149.*
*Neapodani doctrina in Conſuet. Si qua mulier de dot.in verb. donatiuo, explicatur.dec.8.num.12.fol.24.Eiuſdem doctrina in Conſuet. Si qua moriens, declaratur. nu. 13.*
*Neguſant.opinio in 5.parte reprobatur.deciſ.16. nu.2.fol.39.*
*Nepos ex ſpurio,quando inſtitui poſſit. dec. 34.nu.6.fol.71.*
*Nepotes amantur, quia ex filijs naſcuntur, num. 8.*
*Nepos ab Auo inſtitui poteſt, dūmodo vſuſfructus patri ſpurio non quæratur. add. nu.7. fol.72.*
*Nepotes, ſiuè Neptes ſunt in poteſtate Aui. deciſ.55.num.4.fol.133.*
*Nomen generaliſſimum habere quid denotet.dec.56.num.7.fol.137.*
*Nomina debitorum non comprehenduntur in diſpoſitione facta de bonis ſitis, vel exiſtentibus in aliquo loco. deciſ. 1. nu.3. fol.2. Nec ſubiacent Conſuetudini Neapolitanæ.nu.5. Deciſiones de hoc afferuntur.addit.num.1.2.fol.3.*
*Nomina debitorum ad hoc vt cenſeri debeāt ſubiecta Conſuet.Neap.locus deſtinatæ ſolutionis, non autem locus contractus erit attendendus. addit. num.3. Non circumſcribitur loco,qualiter intelligatur.ibid. num.4. An conſtituant tertiam ſpeciem, vt nec immobilia, neq; mobilia dici poſſint. ibid. nu 5.*
*Notarius à quo creatur. dec.56. num.4.fol. 136. Exercens officium Tabellionatus ſine priuilegio, eius inſtrumenta non valent. nu.5.*
*Notario propter eius authoritatem ſtandū eſt in ciuilibus,dec.41.nu.2.fol.87.*
*Notariorum Praxis refertur,quando apponunt clauſulas,translatiuè,non extinctiuè.add.dec.35.nu.6.fol.75.*
*Numeratio foculariorum,quæ fit in hoc Regno,cuius naturæ ſit, & qualiter procedat.dec.39.num.12.fol.83.*
*Nuptias probibitas cōtrabentes delinquūt, meritò puniendi ſunt.dec.2.nu.8.fol.5.*

O

*OFficia inferiora poſſunt multiplicari. deciſ.10.nu.4.fol.29. Penès Regem ſunt nutualia.nu.7. Parilitate germana exiſtunt cum ſtudis, & ſtrictè in eis proceditur.addit.dec.11.nu.3.fol.32.*
*Officia non poſſunt ſine titulo poſſideri.deciſ. 56.nu.2. fol.136.*
*Officium Cancellarij in quo conſiſtit.num.3. Conceſſa omnia videntur,ſine quibus officium exerceri non poteſt.nu.9.fol.138.*
*Officium profectitiū tàm reſpectu vſusfructus,quàm proprietatis, patri, & non filio quæſitum videtur.deciſ.53.nu.11.fol. 128. Quæſitum per filium contemplatione patris,an renunciari poſſit. nu.13.*
*Officialis delinquendo magis delinquit. add. deciſ.27.nu.1. fol.62. Pœna furtum committentis,quandò ſit,deciſio citatur.n.2.*
*Officialis dominium officij non habet.addit. dec.11.uu.4.fol.32.*
*Officialis tenetur, ponens reum ad torturā, non conſtito de delicto,neq;legitimis exiſtentibus indicijs.add.deciſ.57. nu.4. fol. 148. Tenetur pœna capitali, ſi poſuerit reum ad torturam, indè morte ſubſequuta.nu.5.An in loco ſuæ iuriſdictionis concubinam habere poſſit. num. 20. Pœna Conſtit. Regni contra Officialem indebitè torquentem nu.8. Deciſio refertur contra Officialem indebitè reum torquentem, eſſe pœnam publicationis tertiæ partis bonorum.nu.9.*
*Officiales ſimul electi, quorum aliqui habebant anterius priuilegium,ſed non poſſeſſionem,alij verò contrarium,quomodo deciſum.add.deciſ. 11.nu.8.fol.32.*
*Officialium numerus an poſſit augeri,quando ex augmento ſit præiudicium illis, qui iam reperiuntur deputati. deciſ. 10. nu. 1.fol.29.*
*Officialium creatio ſpectat ad Regem. deciſ. 56.nu.1.fol.136.*
*Opem præſtans furto, an dicatur furtum committere, adeò quòd furti pœnæ ſubiaceat.dec.27.nu.4.fol.61.*
*Opinio vehemens prò veritate habetur. dec. 29.nu .9.fol.67. Vltimo loco recitata, regulariter attenditur.dec.43.nu.5.fol.90.*



Digitized by Google

## P

*Pace facta cum defuncto de vulnere, & morte indè ſequuta, cæteri ſunt excluſi. dec.5.nu.1.fol.20.*

*Pactū adiectū in remiſſione delicti, vt offendēs non poſſit morari, vel accedere ad talē Ciuitatem, an valeat, deciſio S.C. allegatur, quādo eſſet tēporale, add.dec.26.nu. 3.fol.59. Et quid ſi eſſet perpetuum, altera deciſio eiuſdem S.C. affertur. nu.4. In pace adiectum, ne offendēs tranſire debeat ante domum offenſi, an valeat.n.5.fol.60.*

*Pactū de vendendo feudum ſine aſſenſu, non valet.dec.47. num.1.fol.97. De vendendo an det actionem ad intereſſe. nu.3.*

*Pactum, quod debitor teneatur ſoluere redditum in domicilio creditoris, an valeat. add.dec.61.nu.2.fol.156.*

*Papa, ſi confirmat priuilegium alicui Eccleſiæ, vel Collegio, cenſetur confirmare quæ iuſta ſunt.dec.56.nu.16.fol.139.*

*Pater tenetur dotare nèdum filiam legitimam, ſed etiam illegitimam, & ſpuriam, etiam nefariam, & inceſtuoſam, & ſic deciſum.add.dec.9.nu.3.fol.28.*

*Pater præfertur matri in accuſando necem filij, imò fratribus, filijs, ac nepotibus ex eo natis.addit.dec.13.n.2.3.f.35. Prò iniuria facta filio naturali, ac filia nupta, an præferatur alijs.nu.4. Iniuriam factā filio an remictat, & quando, remiſſiuè.nu. 5. Solus an inſimul cum filio remictere debeant iniuriam, & quando, deciſio citatur.nu.6. Magis eſt proximus filio, quàm frater. addit.deciſ.14.nu.3.fol.37.*

*Pater, ſi vt poteſt falcidiam prohibere, an etiam trebellianicam. deciſ. 48.num. 8. fol. 100.*

*Pater renunciando officium, cenſetur donationem reuocare.dec.53.num.14.fol.128. Ei licitum eſt filium vendere, & pignorare in caſu neceſſitatis.nu.20.fol.eod.*

*Pater de bonis filij, an & quando diſponere poſſit remiſſiuè. addit. deciſ.53.num. 18. fol. 130.*

*Pater non eſt legitimus adminiſtrator in illis rebus, in quibus non habet vſumfructum.deciſ.55.num.8.fol.133. Non habet vſumfructum ex feudo filij.nu.9. De diſſipatione bonorum filiorum ſuſpectus, an poſſit eſſe tutor, & qualiter ei ſuccurratur.nu.14.fol.134. An præferatur in bonis filij, in quibus non habet vſumfructū. addit.nu.7.fol.135.*

*Patria poteſtas in feudo non conſideratur, quod acquirit filiusfamilias.dec.53.num. 17 fol.128.*

*Patronus nequit augere numerum Patronorum, conſentiendo, quòd alius, qui non eſt patronus, efficeretur patronus. addit. dec.10.nu.3.fol 30.*

*Pecunia ex bonis dotalibus peruenta, an ſubiaceat Conſuet. Neapolit. addit.dec.7. num.3.fol.25. Peruenta ex feudo, an eius loco ſubrogetur, vel burgenſatica. nu.4. fol. 26.*

*Pœna, qua imponitur prò furto de iure communi rei ſacræ, vel publicæ, quandm ſit. dec.27. nu.9.fol.62.*

*Pœna mortis impoſita eſt accedentibus ad Bancum cum apoca falſa. addit.deciſ.46. nu.2.fol.94. Eadem impoſita eſt accedentibus ad Bancum cum girata falſa ex lege particulari Regni. nu.3.*

*Pœna ex cauſa poterit per Iudicem minorari.deciſ.57.nu.22.fol.144. Plagij qualis eſt.nu.37.fol.146. A lege impoſita, nec augeri, nec minui poteſt regulariter. nu. 38. Simili tenetur Iudex, qui imponit reo pœnam conuenientem.num.39. Minuitur ratione perſonæ, ex multis.nu.41.fol.147. Minuitur ratione publicæ vtilitatis. nu. 42. A Iure impoſita, minui poteſt à Iudice.nu.43. A lege non determinata, erit arbitraria. nu. 44.*

*Pœna Conſtit. Regni contra Officialem indebitè torquentem. addit.deciſ.57.num.8. fol.148. Capitis, vt locum habeat, dolum exigit.nu.16.*

*Pœnis à lege impoſitis contenti eſſe debemus. num.13.*

*Pœna arbitraria ſuccedit, quando à iure nō reperitur impoſita.num.15.*

*Perceptores Prouinciarum nequeunt mercaturas exercere in locis deputatis, ſub pœna in Pragmatica contentis.addit.dec. 24.nu.1.fol.56.*

*Perceptores inexacta prò exactis, & inſoluta prò ſolutis ponere prohibentur. add. dec.45.nu.1.fol.93.*

*Permictendū nō eſt per indirectū, quod directè eſt prohibitum.dec.44.nu.3.fol.91.*

*Petrus Ancharanus pater veritatis appellatur.dec.24.nu.7.fol.55.*

*Plagium qualiter commictatur. dec.57. nu. 36.fol.146. Et quando.addit.nu.24.f.149.*

*Poſſeſſio in officijs nunquam traditur, nec trāsfertur, niſi corporalitèr adipiſcatur. addit.dec.11.nu.5.fol.32.*

*Poſſeſſio, nec quaſi poſſeſſio, nec conſuetudo inducitur ex actu clàm geſto. dec.36. nu. 6.fol. 77. An debeat obtineri ante pro-*

mulgationem Pragmaticæ editæ Thori, vt ipſa locum habeat. addit. deciſ. 37. nu. 2. fol. 80.

Poſſeſſio cum proprietate nil commune habet dec. 51. nu. 27. fol. 120.

Poſſeſſio iniuſta non operatur in ijs, quæ iuris ſunt. dec. 56. nu. 12. fol. 138. Recens, & ſine titulo non tribuit ius, & nullius eſt momenti. nu. 14.

Poſſidentis conditio in pari cauſa potior. deciſ. 19. nu. 9. fol. 45.

Poſſidet is, cuius nomine poſſidetur. deciſ. 59. nu. 3. fol. 152.

Poteſtas torquens aliquem indebitè, qui poſtea moritur, tenetur pœna extraordinaria. dec. 57. nu. 21. fol. 144.

Pragmat. 1. de mercat. offic. ponderatur. addit. deciſ. 24. nu. 11. fol. 56.

Pragmaticæ Regis Ferdinandi Primi de Vectigal. ponderantur. addit. dec 44. nu. 8. fol. 92.

Praxis conceſſa Baronibus ad impetrãdum, vt eorum feuda impleantur hominibus, traditur. addit. dec. 40. nu. 3. fol. 86.

Præferri is debet in officijs, qui prius poſſeſſionem accepit, licet poſterior, & ſic deciſum. addit. deciſ. 11. num. 6 fol. 32.

Præiudicari non poteſt alicui in eo, quod ex propria perſona competit. deciſ. 5. num. 4. fol. 20.

Præſcriptio non militat in ijs, quæ ſunt meræ facultatis. dec. 56. nu. 13. fol. 138.

Pretium ſuccedere loco rei, qualiter procedat, declaratur. deciſ. 7. nu. 9. fol. 23. addit. nu. 2. fol. 25. Obuentum ex re fideicõmiſſo ſubiecta, redigi debet in aliam emptionem. num. 6. fol. 26.

Princeps, concedendo immunitatem, non cenſetur contra ſe ipſum conceſſiſſe, & ſic non tenetur ſoluere gabellam pro contractibus ab eo factis, locando ipſam ſubdito. addit. deciſ. 4. num. 25. fol. 19.

Princeps an poſſit indulgere ſinè partis remiſſione. deciſ. 26. nu. 2. fol. 58. Poteſt facere gratiam reo habenti remiſſionem partis, ſub illa conditione, nè accedat ad patriam, & qualiter procedat. addit. num. 1. fol. 59.

Prior in tempore conceſſionis officij, & acceptationis ipſius, an præferatur poſteriori in tempore, reſpectu conceſſionis, qui tamen priùs adeptus fuit adminiſtrationẽ. deciſ. 11. nu. 1. fol. 30.

Priuilegium habens ad inſtar priuilegiati alterius, dicitur habere illud idem, quod priuilegiatus habet. addit. dec. 33. num. 1. fol. 70.

Priuilegium conceſſum Comiti Molæ à Rege enunciatur, ex gratia obtentum pro habitatione ciuium implenda in Caſali S. Michaelis. addit. dec. 40. nu. 4. fol. 86.

Priuilegium confirmatum plenam fidem facit, quando non in forma communi, ſed ex certa ſcientia fuit conceſſum. deciſ. 58. nu. 6. fol. 150. Inſertum in alio priuilegio, an ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione cenſeatur factum. num. 7. Inſertum in confirmatione, an exhiberi debeat, & quando tenor non eſſet inſertus. add. nu. 6 fol. 151. Relatum in aſſenſu, ineſt in aſſenſu. num 7. Et executoria, & non inueſtitura in Regno ſunt neceſſaria, vt feudum conſtitui poſſit, & talia ſufficiunt pro captura poſſeſſionis. nu. 9. 10. Feudalis inueſtituræ, & maioratus facit in promptu conſtare, quis ſit in poſſeſſione manutenendus, & tuendus. nu. 11 fol. 152. Eius perditio probata per teſtes an ſufficiat, refertur caſus occurſus. nu. 8 fol. 151.

Priuilegia Ducis Nuceriæ, & Vniuerſitatis circa pœnas delictorum, & contumaciarum, recenſentur. deciſ. 51. num. 1. fol. 116. Deciſio S.C. in hoc refertur. nu. 23. fol. 120.

Priuilegium, & confirmationem habẽs ſufficit ad obtinendum, & titulum ſaltim inducendum putatiuum, iniuſtum ad inducendum præſcriptionem. deciſ. 51. num. 17. fol. 119.

Probatio nulla maior, quàm oris proprij cõfeſſio. dec. 29. nu. 2. fol. 65.

Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminalibus. dec. 41. nu. 3. fol. 87.

Procurator conſtitutus in rem propriam, poterit obligationes incuſare. addit. deciſ. 46. nu. 22. fol. 96.

Procurator efficitur dominus litis per ipſius conteſtationem, addit. deciſ. 54. num. 11. fol. 131.

Promiſſio de vendendo feudum, an requirat aſſenſum. addit. deciſ. 47. nu. 1 fol. 98.

Promittens non alienare, an in caſu contrauentionis teneatur ad intereſſe. addit. dec. 47. nu. 4. fol. 98.

Promiſſio ſolutionis in aliquo loco eſt perſonalis, non realis, nec tranſit in ſucceſſorem. dec. 61. nu. 5. fol. 156.

Prouentus ſunt fructus iuriſdictionis. deciſ. 51. num. 21. fol 120.

Proximitas in refutatione feudi, quo tempore erit attendenda, vel mortis, vel refutationis, deciſio deſuper affertur. add. dec. 14. nu. 8. & 9. f. 37.



Digitized by Google

*Pupilli, Minores, & Mulieres dicuntur perſonæ priuilegiatæ.dec.23.nu.2.fol.52.*

## Q

*QValitas adiuncta rei, facit videre nouam rem.dec.36.nu.4.fol.77.*

*Quartæ duæ detrahi poſſunt ab hærede grauato ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſecus ſi purè eſſet grauatus, nam tunc vnica tantum detraheretur. dec.50.n.27. fol.113. Earum detractio qualiter de iure canonico, & de iure ciuili procedat. nu.28.*

*Quis ſemper cenſetur proſpicere pro ſuis hæredibus, etſi non dicatur. deciſ.51.num.3. fol.117.*

## R

*RApiens rem ex errore, ad quod tenetur. dec.57.nu.34.fol.146.*

*Rationalis tenetur ſignificare ſecundum Cedularium.dec 45.nu.2.fol.92.*

*Rationales R. Cameræ in viſione computorum debent dubia referre eidem R.Cameræ.addit nu.2.fol.93.*

*Rebellis an habeat perſonam legitimã ſtandi in iudicio. addit.deciſ.52.nu.1.fol.126.*

*Refutatio feudi alteri, quàm proximo ſucceſſuro fieri non poteſt.addit.dec.14.nu.2. fol.37. Simplex in proximum ſucceſſurum, omni iure permittitur.nu.5. Quæ fit in ſucceſſurum immediatè, qualiter eſſe debeat, & quas qualitates habere debeat. nu.6.& 7.*

*Regalia non poſſidentur abſque priuilegio. dec.51.nu.29 fol.121.*

*Regentes Regiam Cancellariam, quando inuenti. addit.deciſ.56.nu.6.fol.141. Et in quorum loco ſubrogati ſunt. nu.7.*

*Regiæ Cameræ Summariæ magna eſt authoritas.dec.33.nu.1.fol.69.*

*Regiſtra, quæ conſeruantur in archiuijs publicis ſub cuſtodia Officialium, fidem faciunt.deciſ.58 num.1.fol.149. Habentur loco originalium.num.2. Quando eis erit ſtandum, deciſio Collateral.Conſilij affertur.nu.9.fol.151.*

*Regiſtrum fidem facit, ſi totus effectus inſtrumenti fuerit regiſtratus, aliàs ſecus, eo magis ſi eſſet in Archiuio publico, vel loco non ſuſpecto, etiam ſine die, & conſule.addit.nu.1.2.fol.151.*

*Regnum coadunatum in parlamentis, reputatur vnum corpus miſticum, & vnum Collegium diuiſum. dec.39.num.2.fol.82. Pro vno corpore miſtico, & vna vniuerſitate reputatur.nu.11.fol.83. Vnica Prouincia eſt quoad iuriſdictionem. addit. nu.2.fol.84.*

*Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.dec.6.nu.5.fol.22.*

*Remiſſio facta in mortis articulo à defuncto, eſt irreuocabilis, vt amplius reuiuiſci non poſſit, ideo reus non erit moleſtandus.add. dec.5.nu.1.fol.20. Siue pax principaliter offenſo pertinet illam facere.num.2. Pro vulnere factá, an ad mortem inde ſubſequentem porrigatur.nu.3. Sola offenſi in Regno non ſufficit, ſed omnium, quorum intereſt conſenſus exigitur.num.4.fol.21. Hæredum requiritur, ſicut ipſi agere poſſunt contra offendentem.n.5.et 11.fol.eod. Omnium habẽtium ius accuſandi, & querelandi exigitur, ſuccedente obitu offenſi. nu.6. A ſorore an requiratur pro nece fratris.nu.8.*

*Remiſſio fit, quando vbertas vnius anni poterit cum ſterilitate alterius compenſari. addit.deciſ.18.nu.1.fol.43.*

*Remiſſio ſi eſt facta ſub conditione, an illa non obſeruata annulletur. deciſ.26.nu.1. fol.58. Partis infra certum tempus expetenda, an rectè procedat. add.nu.2.fol.59.*

*Renunciatio feudi ob defectum aſſenſus eſt nulla.deciſ.14.nu.2.fol.35. Extinctiua ſpei de ſuccedendo non requirit aſſenſum. nu.6.fol.36.*

*Renunciatio facta vi, & metu debet reſcindi.deciſ.53.nu.5.fol.127. Officij facta per filium contemplatione patris alicui, oſtendit, profectitium illud eſſe.nu.10.fol.128.*

*Res communis, & pro indiuiſo dicitur tota mea.deciſ.57.nu.29.fol.145. Communis, an propria mea dicatur.nu.30.*

*Res empta ex pecunia obuenta ex re reſtitutioni ſubiecta, an pariter ſubiecta remaneat, deciſio S.C. & Siciliæ allegatur. addit. deciſ.7.nu.5.fol.26. Empta de pecunia redacta ex alia re, in locum ipſius ſuccedit.nu.7. Reſciſſio contractus, ob metum reuerẽtialem, & læſionem perficitur. addit.dec.53. nu.7.fol.129.*

*Reſidua non exacta ſignificantur per Rationalem contra Perceptorem Prouinciæ.deciſ.45.num.1.fol.92.*

*Reſpublica, Fiſcus, minor, & Eccleſia æquiparantur.dec.60.nu.8.fol.154.*

*Reſtitutio eſt remedium aperiendi limina, ſeraſque iudicij agitandi. deciſ.3.num.6. fol.9.*

*Reſtitutio an concedi debeat Collegijs non pijs. addit.deciſ.23. num.1.fol.52.*

*Reſtitutio fideicommiſſi facienda extraneo, an*

an prohibitionem trebellianica admittat, vel non, refertur communis opinio.deciſ. 48.nu.12 fol.101.
Reuocatio vigore Conſtit. Conſtitutionem, an locum habeat in promiſſione de vēdendo feudum. addit.deciſ.47.nu.3 fol.98.
Reus ſe pœnæ ſubdit. addit. deciſ.18. num.6. fol 43.
Reus ſi tenebitur ad inſtantiam actoris in iudicio comparere, & eodem modo etiam actor tenebitur. deciſ.25.nu.5.fol.57.
Reus conſitens occidiſſe hominem, cuius cadauer non reperitur, an pœna ordinaria puniri debeat, referuntur opiniones hinc inde.addit.dec.29.num.1.fol.67. Et deciſiones afferūtur pro confirmatione huiuſmodi auctoris.nu.2.
Rei conditio potior eſt in pari cauſa. dec.19. nu.10.fol.45.
Rex de vna prouincia, duas conſtituere poteſt. deciſ.10.num.5.fol.29.
Rex in Regno habet imperium, Barones habent iuriſdictionem, & territorium, Vniuerſitates rerum adminiſtrationem.addit. deciſ.39.nu.3.fol.84.
Rex concedens feudum ſimpliciter, intelligitur illud concedere, prout ius intelligit. addit.deciſ.51.nu.1.fol.122.
Regina Sereniſſima Poloniæ Sereniſſimi Regis noſtri feudataria.dec.19.nu.1.fol.44.

S

SCribis Regiæ Cameræ ſolet dari zaechárum quolibet anno. deciſ.27.n.1.fol.60.
Scriptura ſumpta ex Archiuio, probat vti publica. dec.58.nu.3.fol.149.
Secretarius Regni gerit omnia pertinentia ad Cancellariam.add.dec.56.n.4 fol.141. Vtitur miniſterio plurium perſonarum ad expeditionem negotiorum pertinētium ad Regiam Cancellariam.num.5.
Sedilia Neapolitana Nobilium, an habeant beneficia, deciſio S.C. memoratur. addit. dec.23.nu.8.fol.52.
Sententia lata per Iudicem inferiorem ſuper iure aſſiſtendi, an pendente appellatione poſſit reuocari. deciſ.25.num.1.fol.57. Præſtans aſſiſtentiam, habet exequutionem paratam.nu.2.
Sententia reuocata, intelligitur quoque reuocata exequutio.addit.nu.2.fol.58.
Sententia cenſetur ſtare vel demonſtratiuè, vel cumulatiuè, vel declaratiuè, referendo ſe ad priuilegium productum in actis. dec.51.nu.32.fol.121.
Sententia eſt ipſo iure nulla, lata ſine cauſa cognitione. deciſ.56.num.23.fol.139.
Si de quo magis, ergo de quo minus.deciſ.9. nu.2.fol.27.
Sigillum quis non tenetur recognoſcere, quādo probaret, per alium interpoſitum, quia illud prodiderat. addit.dec.46.num.14. fol.95.
Silentium non dat titulum. deciſ.56. nu.11. fol.138.
Soluens procuratori falſo, an liberetur.add. dec.46.nu.12.fol.95.
Solutio fieri debet coram creditore, & illi conſignari chirographum, aut penes Notarium deponi pecunia add.dec.46.nu.15. fol.95.
Solutum eſſe, & eſſe præſcriptum æquiparantur. dec.28.nu.3.fol.63.
Soror accuſare necem fratris an poſſit, ita vt ab ea pax haberi poſſit.add.dec.5.nu.7. fol.21. An admittatur ad vendicandum necem fratris, etiam ſi eſſet frater conſobrinus.nu.9.
Spurijs filijs hæredibus inſtitutis, an inſtitutio cenſeatur facta contemplatione patris ipſorum.dec.34.nu.5.fol.71.
Statutum circa perſonam, cenſetur ſtatutum de Vniuerſitate. dec.4.nu.5.fol.15.
Statutum imponens pro primo furto pœnam pecuniariam, & pro ſecundo pœnam mortis, quando pœna mortis locum habeat.deciſ.24. nu.2.fol.53. Imponens vnam pœnam pro prima vice, alteram pro ſecunda, an locū habeat, ſi plura capita quis ſimul falſificauerit, vel plures poſtas feciſſet eodem tempore.addit.nu.6.fol.56.
Statutum imponens pœnam delinquenti, an comprehendat præſtantem opem. dec.27. nu.6.fol.61.
Statutum prohibens habitare filios cum eorum patribus bannitis, an comprehendat filias.dec.52.nu.5.fol.123.
Statutum puniens delinquentem in domo, multò fortius procederet cōtra delinquentem in domo communi. deciſ.57. num.32. fol.145.
Statuto diſponente, poſſe probari legatum per duos teſtes, & ex hoc eodem ſtatuto poterit probari legati reuocatio per duos teſtes. dec.25.nu.9.fol.57.
Stipulatio pœnalis conſiſtens in dari, non exigitur niſi quatenùs cum intereſſe concurrat, ſecus ſi conſiſtat in fieri. deciſ.47. num.8 fol.97.
Succeditur in bonis teſtatoris, & non pupilli per ſubſtitutionem fideicommiſſariam. deciſ.50.nu.17.fol.111.
Succeſſor in feudo tenetur ad ſolutionem



Digitized by Google

onerum,& deciſio traditur. addit. deciſ. 61.nu.5.fol.156.

Suorum appellatione, an fœmina contineātur in ſtatuto puniente patres, & ſuos in crimine læſæ Maieſtatis. deciſ.52.num.6. fol.123.

Superexactio à iure eſt prohibita. deciſ.18. nu.1 fol.42.

T

TEmpus non eſt modus tollendæ, ſeù inducendæ obligationis.deciſ.19.num.8. fol. 44.

Termini præfixio facta inſtantiæ, & facta cauſæ, qualitèr differant. deciſ.28. nu.4. fol.64.

Teſtator poteſt diſponere, quòd fructus non imputentur in trebellianicam. deciſ. 48. nu.14.fol.103. Quod limitatur. num.25. 26.fol.104. Circa imputationem falcidiæ, poteſt alterare iuris diſpoſitionem.nu.27. Poteſt diſponere, quòd ex vna re hæreditatis percipiatur quarta, & ex certa quantitate in pecunia.num.28. Et deciſio quæſtionis affertur.nu.29.fol.105.

Teſtator ſi fuiſſet interrogatus, idem reſpōdiſſe præſumitur. dec.50.num.25.fol.112. Præſumitur, velle bona ſua conſeruari in familia. nu.26.

Teſtimonium mulierum non ita facilè erit admittendum. addit. deciſ. 53. num. 15. fol. 130.

Teſtis vnicus de viſu, licet non ſit omni exceptione maior, facit indicium ad torturam.deciſ.57.nu.13.fol.144.

Teſti alleganti ſe alitèr dixiſſe quàm per Notarium fuit ſcriptum, an ſit ſtandum. deciſ.41.num.1.fol.86. Neganti ſe ita depoſuiſſe, an ſit ſtandum in criminalibus. nu.4.fol.87. An Notario ſit ſtandum in ciuilibus.nu.5.

Teſtes negantes ſe ita depoſuiſſe, pròut Notarius ſcripſit, an poſſint torqueri. nu.7.

Teſtis vbi inſtrumento contradicit, torquēdus eſt tàm ipſe, quàm Notarius.nu.8.

Teſtes aſſerentes alitèr dixiſſe, quàm à Notario fuerit ſcriptum in ciuilibus, ſunt liberandi ſub fideiuſſoribus, ob fugam Notarij. addit.num.1. Et quid in criminalibus.nu.2. Eis, an Notario potius credendum ſit, ſi fuerit per eos dictum, alitèr dixiſſe, deciſio S.C.refertur.nu.3.fol.88.

Teſtes varij non probant. deciſ.53. num. 8. fol.127.

Teſtibus affinibus, ſeù coniunctis non erit facilè credendum, excepto in crimine furti, & adulterij.addit.deciſ.53.num.16.& 17.fol.130.

Titulus erroneus in iure cauſat bonam fidem, & fructuum perceptionem.deciſ.51. nu.18.fol.119.

Tortura nunquam infertur, niſi præcedant indicia.deciſ.57.nu.3.fol.142. Inferri an poſſit ex proceſſu informatiuo, non data copia parti.nu.11.fol.143.

Tortus ſufficientèr abſq; nouis indicijs, non poteſt iterum torqueri.nu.7.

Trāſumptum M.C.Vic.facit plenam fidem. deciſ.58.nu.4.fol.149.

Trebellianica de iure antiquo prohiberi nō poterat, licet iura allegata in falcidia procedere videantur, vt neq; directè, nec indirectè prohiberi poſſit.dec.48.nu.2.fol. 99. An prohiberi poſſit in filijs primi gradus, & qualitèr.nu.9.fol.100.

Trebellianica an potuit prohiberi in filijs primi gradus, Deciſio S.C.allegatur.add. num.2. fol.105. Quemadmodum expreſsè prohiberi poteſt, an etiam tacitè prohiberi poſſit. nu.3. An poſſit alienari per filios primi gradus, ſtante prohibitione, deciſio pronunciatur.nu.4.

Trebellianica an poſſit expreſsè prohiberi. dec.50.nu.31.fol.113.

Trieſtini an gaudeāt immunitate iuris exituræ, deciſ.33.nu.2.fol.70.

Turres, cuius expenſis erint ædificandæ. add. deciſ.20. nu.4.fol.49.

Tutor non datur niſi homini libero, & non exiſtenti in alterius poteſtate.dec.55.nu. 2.fol.133.

V

VAlor frumenti debiti in genere quantiplurimi perpetuò creſcit à die moræ, etiam vltra triennium, & quando non, add.dec.43.nu.2.fol.90.

Vaſſallus citatus ſuper reintegratione feudi, edere tenetur priuilegia, quæ habet de feudis.addit.dec.58.nu.12.fol.152.

Vendicatio rerum in commiſſum inciſarum ob gabellam non ſolutam infrà quinquennium, an Fiſco, vel Vniuerſitati competat.addit.dec.19.nu.2.fol.48.

Verbum, facta partita in Dohana, qualitèr intelligatur.dec.44.nu.2.fol.91.

Verbum, ſui, eſt commune ad maſculos, & fœminas, deciſ.52.nu.7.fol.123.

Verbum, liberi, latius eſt, quàm Verbum, filij.dec.52.nu.15.fol.124.

Verba geminata enixam volantatem demōſtrant, & omnem caſum, omnemq; cauſam exclu-

exclu-

excludunt. deciſ.3. num.4. fol.9.
*Verba illa, fieri ſolutionem ad rationem focculariorum, qualiter intelligantur. deciſ.39. nu.9. fol.83.*
*Verba enunciatiua prolata à Principe in ijs, quæ poſſunt ab eo diſponi, & de facto proprio tractatur, diſponunt. dec.51. nu.2. fol.116.*
*Verba, cum omnibus iuribus, pertinentijs, & prærogatiuis, quid denotent. deciſ.56. nu.15. fol.139.*
*Verba enunciatiua prolata in nihil probãt. dec.56. nu.25. fol.140. Prolata ex errore, licet pro libertate, non probant. num.26. Prolata inter alios non præiudicant tertio. nu.27. Etiam in ſcriptis non diſponũt. num.28.*
*Vicecãcellarius cur ita nuncupatur Romæ. addit. dec.56. nu.2. fol.141.*
*D. Vincentius de Francbis memoratur. dec. 15. nu.3. fol.37.*
*Violentiam inferens naui deferenti publicas ſpecies, qualiter puniatur. dec.57. nu.35. fol.146.*
*Vnciæ duæ, quæ debentur filiæ naturali, quo iure debeantur. dec.9. nu.4. fol.27.*
*Vniuerſitas venit appellatione perſonarum, ex quadrata extenſione. deciſ.4. num.8. fol.15.*
*Vniuerſitas, an appellatione perſonarũ contineatur. addit. nu.1. fol.18. An contineatur, ſi eſt data facultas eligendi tertium in compromiſſo. nu.2. Et Caſtra cur appellatione perſonarum non contineantur. nu.3. Alia eſt, aliud ſinguli. nu.5.*
*Vniuerſitas, ſemper dicitur eadem Vniuerſitas. dec.39. nu.7. fol.83.*
*Vniuerſitates tenentur contribuere in fortilitio faciendo per Baronem, & quando. addit. dec.20. num.5. fol.49. Quæ vacationem habent ab omnibus muneribus ordinarijs, & extraordinarijs, an teneantur contribuere in donatiuis. dec.39. num.3. fol.81. Regni teneri ad ſolutionem donatiui pro numero focculariorum, qualiter ſit intelligendum. nu.5. fol.83.*
*Vocati de familia cenſentur, quando teſtator voluit, bona penes familiam eſſe. deciſ.50. nu.4. fol.110.*
*Vſurarius, qui non poteſt puniri pœna publicationis bonorum, deciſio S.C. adducitur, vt extraordinariè puniatur. addit. dec.50. nu.6. fol.114.*
*Vſurarum præſtatio facta ab eo, qui maiores debebat, non inducit libertatem. deciſ. 19. nu.5. fol.44.*
*Vſus, qui poſtea ſequitur, plurimũm cõfert ad interpretationem priuilegij. deciſ. 4. nu.17. fol.17.*
*Vxor occiſi, exiſtente legitimo hærede, an ad accuſandum admittatur, pariterque ad remittendum. addit. dec.5. nu.12. fol.21.*

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

# ALLEGATIONES DIVERSORVM

Præſtantiſsimorum Iuriſconſultorum,

## VNA CVM DECISIONIBVS SVPREMORVM TRIBVNALIVM

Regni Neapolitani,

In calce ſingularum ipſarum annotatis propriæ manus:

## THOMAE ANELLI SALERNITANI

I. C. CELEBERRIMI,

*REGIAE CAMERAE OLIM PRAESIDENTIS, ac poſtmodùm S. R. C. Præſidis, Viceque Prothonotarij, Regij Collateralis à latere Conſiliarij, Regentiſque Regiam Cancellariam digniſſimi.*

A IO. BAPTISTA DE THORO I. C. NEAPOLITANO
Additionibus locupletatæ.

*Duobus adiectis Indicibus, Argumentorum ſcilicet, & Rerum memorabilium, Summarijſque copioſiſſimus.*




NEAPOLI, Anno Domini 1631.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ALLEGATIONES DIVERSORVM PRAESTANTISSIMORVM IVRISCONSVLTORVM,

## VNA CVM DECISIONIBVS Supremorum Tribunalium Regni Neap.ni in calce ſingularum ipſarum annotatis propriæ manus

## THOMAE ANELLI SALERNITANI I.C. CELEBERRIMI,

*REG. CAM. olim PRAESIDENTIS, ac poſtmodum S.R.C. PRAESIDIS Vtceque Prothonotarij, Regij Collateralis à latere Conſiliarij, Regentiſq; Regiam Cancellariam digniſſimi.*

*SVMMARIVM.*

1 *IMpenſa funerum, ſalarium Medici, & medela, an præferantur habentibus hypothecam expreſſam.*

2 *Doctores tenentes opinionem præferri creditores pro funeralibus, & medicinis referuntur: pariterq; qui contrariam ſectantur opinionem, nu.3.*

3 *Lex ſuum non tuum denegat auxilium, quando noceat.*

4 *Impenſa funeris maius habet priuilegium, quam dos.*

### PRO MAGNIF. ANSELMO DE PERSI.

### ALLEGATIO PRIMA.

1 FVNERIS impenſam, ſalarium Medicorum, & medelas præferri, etiam habentibus hypothecã expreſſam, iuribus terminatur, quę dicunt omne æs alienum, omne créditum præcedere, & verba legum non impropriãda. Vt ſic non opus eſſet afferre Doctores, tamen vt oſtendatur, quod etiam maior ſit numerus Doctorum hoc tenentium, inſcribam eos, & alios etiam, videlicèt non præferri, niſi tacitè, non autem expreſsè.

Doctores tenentes præferri, etiam expreſsè ſunt videlicèt.

2 Primus, Alberic. de Roſa. in l.ij. ff. de priuileg. cred. vbi penſatè loquitur.

2. Bart. in l.1. ſolut. matrim. nu.26.

3. Ang. Aret. in §. fin. in 2. notab. Inſtit. de lege falcid. maximè in verbis illis, licet glo. dubitet, an præferatur creditori pignoratitio.

4. Franciſcus de Aretio conſ.117. col.1. in verbo, circa ſecundum, nu.2.

5. Ripa in tract. de peſte de remed. preſeru. col.12. nu.133. quamuis iſte non adducendus, nec pro me, nec pro parte, vt ſibi contradicens, & ideò delectus.



Digitized by Google

6 Caſſan.in Conſuet.Burgund.adductus in Allegat. & idem in Cathalog.glor. mundi in 12.par.16.& 17.fallent.n.327.
7. Arnol.Ferro.in Conſuet.Burdiga.adductus in Alleg.
8. Io.Baptiſta de Sancto Blaſio, adductus in Alleg.
9. Roland.à Valle in conſ.14.vol.1.
10. Petr. Rebuff. in conſtit. Franciæ in primo lib.nu.233.
11. Petrus Duenas Hiſpanus in reg.vtriuſque iuris in reg.3.q.7.nu.7.
12. Conſtantinus Porphirogenneta in tit.de reſtit.rer.dota.lib.1. Baſilicarũ Conſtitutione.
13. Tandem Io.Bapt. Aſinius Doct. Florentinus, qui commentatur tit.de relig. & ſumpti.fune.in l.at ſi quis, §.hæc autem actio, vbi dicit præferri etiam habentibus expreſſam, & hanc veram opinionem dicit, & hic firmat pedes, quamuis alibi ſimpliciter referat opinionem Accurſij in d.l. impenſa.

Contra Medicos, medelas, & funeris impenſam hi afferuntur Doctores,

Primus, Azo. in ſumma de relig.& ſump. fune.
2. Accurſ. in l. impenſa, ff. eod.tit.
3. Odoffredus.
4. Ang.de Peruſ.in l. 2.ff.de priu. credit.
5. Zaſius ibid.
6. Ant.de Fano in tr.de pig.

Sed hi nõ adducẽdi, quia dubitatiuè loquuntur per verbũ, fortè. Ergò nihil.

Brixienſis in reperto.qui nihil dicit.
Bal.de Bartolin. in repetit.legis primæ, ff.ſolu.matri.n.2.& 19.& idem in tracta.de dote vol.5.tract.n.75.à ter.poſt lim.9. Sed hic adducendus pro nobis, quia verè pro nobis facit, & ideò delendus ab hoc numero.

3 Obiectio quæ fit, quod lex ſuum,& nõ tuum denegat auxilium, non nocet, vbi aperta diſpoſitio, vt eſt in l. noſtra penult.incipiens,item ſunt alij caſus, vbi lex denegat, & tollit etiam tuum auxilium, nedùm ſuum.

4 Secunda obiectio de dote nequaquã nocet, quia hęc funeris impenſa, maius habet priuilegium, quam dos, glo. optima in l.aſſiduis in ver.habeant, verſ. penè, nec alia.

ADDITIO.

**I**Is accedit, quia fuerit deciſum per S.C.apud Præſ.de Franch. dec. 51. licet contrarium deciſum referat Sur. deciſ. Mantuæ 155.nu.4. & dec.112. ambas opiniones concordat Viſconte in Addit.ad eundem Franc. & conferunt relata per me in Compend. Deciſio.Regni tom.1.verbo,expenſæ infirmitatis,nouiſſimè Fõtanel. de pact. nuptial.clauſ.6.glo.2.p.5.nu.26. latè Rodriq.de concur.credit. 2. p. art.2. nu.4.nouiſſimè Franc.Hieron.de Leo in deciſ. Valent.191.tom.2. Et an impenſa funerum erit deducenda ex fructibus dotis, vel hæreditatis, vel de proprietate, deciſum fuit ex dote deducendas eſſe per S. C. vt dixi in eo Compendio verb. impenſa funerum.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio funeraria cæteris anterioribus præfertur, & an creditori habenti expreſſam hypothecam, num. 2.*
3 *Opiniones Doct. contrariæ, ſi præferatur impenſa funeris habenti expreſſam, vel non conciliantur.*
4 *Tex.in l.fin.§. in computatione, C.de iure delib.col.pen. ponderantur.*
5 *Dos an comprehendatur in diſpoſitione generali.*
6 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda, qualiter procedat.*
7 *Impendens aliquid pro funere, cum defuncto contrahere videtur.*
8 *L.fin.C.de iur. deliber. omne creditum perſonale continet, non hypothecarium.*
9 *Hypotheca expreſſa præfertur actioni perſonali anteriori.*
10 *Dictionis, fortè, natura.*
11 *Reſponſio per verbum, fortè, inducit diſpoſitionem.*
12 *Salarium Medicorum, an comprehendatur in actione funeraria.*
13 *Actio funeraria an detur pro curando teſtatore.*
14 *Tex.in l.qui in reſtituenda, C. de pet.hæredit. qualiter procedat.*
15 *Hoſpes, qui fecit impenſas infirmo, retinet bona illius pro expenſis.*
16 *Actio funeraria datur pro impenſis factis in funere.*
17 *Actio funeraria eſt priuilegiata, & præfertur actioni negotiorum geſtorum.*
18 *Iudicium æquiperatorum idem eſt, qualiter procedat.*

Sa-

Digitized by Google

*19 Salarium Medicorum petitur officio Iudicis.*
*20 Medicum impendens aliquid pro infirmo, repetit actione negotiorum geſtorum.*
*21 Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
*22 Salarium Medico debetur quando eſſet diues infirmus, ſecus ſi eſſet pauper.*
*23 Retentio conceditur expendenti pecuniam pro ſcholari infirmo.*
*24 Aſſertio ſola in albarano contenta, an ſufficiat abſq; probatione.*
*25 Aßertio ſimplex non praiudicat creditoribus, neq; haredi.*
*26 Promiſſio in infirmitate, non tenet.*
*27 Iudicandum non erit exemplis.*
*28 Authoritas Rota non prafertur communi opinioni.*
*29 Deciſio quaſtionis affertur.*

## PRO EODEM.

## ALLEGATIO II.

1 Actio funeraria adeo eſt priuilegiata, vt cæteris omnibus anterioribus præferatur, l. impenſa funeris, ff. de relig. & ſumpt. funer. per quã legẽ ita generaliter dixit Bar. in l. 1. col. 4. verſ. opponitur quarto, ibi cùm enim quæritur, ff. ſolut. matrim. ſequitur Aret. in §. cùm autem, num. 1. Inſtit. ad l. falcid. Paul. Caſtr. in l. 1. §. de impenſa, ff. eod. tit. Cor. in l. fin. §. in computatione, per eundem tex. C. de iure delib. Ripa in tract. de peſte, rubr. de remed. præſeru. Aret. conſ. 117. Io. Bapt. in l. impenſa funeris, la prima, fac. 297. vbi poſt glo. in præd. l. pen. dubitat de creditore pignoraticio, & ibi reſeruat dicẽdum, & ſic omnes prædicti non aperiunt de expreſſa hypotheca.

At Alber. poſt Dyn. in l. quæſitum, ff. de priuil. credit. voluit, quòd actio funera-
2 ria præferatur creditori habenti hypothecam expreſſam propter generalitatem prædictæ l. penult. & Io. Bapt. Aſin. in l. at ſi quis, §. hæc actio, ff. de relig. & ſumpt. funer. nu. 6. fac. 282. hoc dicit veriſſimum, ſequitur hoc Petr. Rebuff. in Conſt. Regni Franciæ, tit. . . . . . . . nu. . . qui allegat pro ſua opinione Neguſan. & aliter loquitur, vt infra dicetur.

3 Nihilominus contrarium voluit Azo in ſumma, C. eod. tit. nu. 19. & glo. in d. l. penult. allegant l. fin. C. qui potio. in pign. habean. & quòd expreſſę hypothecę non præferatur hoc tenuerunt Ang. in præd. l. quæſitum, Zaſ. & Ripa col. 2. num. 7. vbi Ripa innuit de crebriore ſententia, idem Aſin. in præd. l. penul. Bald. de Bartolin. in repet. l. 1. nu. 209. ff. ſol. matr. vol. 3. repet. Odoffred. in l. at ſi quis, §. 1. vbi aſſerit, quòd contraria opinio non cauetur lege, & idem in præd. l. pen. hanc opinionẽ ſequitur etiam Bald. Nouell. in tract. de dote par. 10. limit. 9. nu. 29. vol. 6. tract. & Neguſ. de pignor. 2. memb. 5. par. princip. nu. 28. vol. 9. tract. idem Brix. in repertor. ſuper verb. funus, verſ. antepen.

4 Nec obſtat generalitas d. §. in computatione, & l. pen. ibi ſemper ex hæreditate deducitur, dùm ponderat aduerſantes verbum ſemper, & ibi quòd præcedat omne creditum, vt nihil excludat, l. à Procuratore, C. mand. quia poſt Bal. Nouel. & Neguſ. in locis allegatis poſſumus dicere, vt non comprehendant ſupradicta verba generalia diſpoſita l. fin. C. qui potio. in pign. habeant. Quemadmodum
5 dicimus in dote per tex. in l. fin. & ibi notat Salyc. C. de iure delib. per ea, quæ dicunt Doct. in l. 1. ſuper verb. ſemper, ff. ſolu. matrim.

Et ſi dicatur, quòd iſtud poſſet procedere fauore dotis, tamen glo. in d. l. pen. & ſupradicti Doctores extẽdunt ad hoc,
6 at ego expreſſiùs dilucidãdo dico, quòd lex generaliter loquens, intelligitur generaliter de his, quæ ſunt ſecundùm naturam propriam, de eo, quod loquitur in dicta generalitate, & diſpoſitionę, ita hoc notabiliter declarat Innoc. in cap. ex literis, de iure patronatus, ſequitur Bald. in d. l. à procuratore, col. 1. C. mand. & in rubr. C. de contrah. empt. q. 9. nu. 9.
7 At qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, ita tex. in l. 1. ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi glo. Odoffred. & Io. Bapt. Aſin. & ſic actio iſta perſonalis funeraria dicitur, ergò il-
8 la verba vniuerſalia l. pen. vt præcedat omne creditum perſonale, & non hypothecarium tacitum, ſic quia de eo ſpecialiter eſt cautum, l. at ſi quis, §. 1. vbi Odoffred. & Moder. ff. de relig. & ſumpt. funer. de expreſſo credito hypothecario, lege non cauetur, ergò ſtandum regulæ l. qui prior, de reg. iur. ita ibi dicit Odoffr. l. qui prior, ff. qui pot. in pigno. habeant.
9 Et hypotheca expreſſa poſterior præfertur actioni perſonali anteriori, l. eos, vbi Bald. Ang. & Saly. C. qui pot. in pign. hab.

quam legem ita expendit Afin. in præd.
l.pen.in princ. & hæc videtur mihi veri-
tas,& intentio DD.tenentium iſtam cre-
briorem opinionem.
Et licet glo.& Azo loquantur per ver-
10 bum,fortè, & propria natura ipſius di-
ctionis eſt inducere dubitationem,ſecũ-
dùm glo. in cap.tuæ, de procur. & clem.
paſtoralis,§.virum,de re iud.Archid.in
cap.nolite 11. q.3. Brix. in verſ.forſitan,
Felyn.in cap.accedens, il primo, col. vlt.
nu.10.vt lite non conteſt.
Tamen inſpecta ſubiecta materia,
prout in caſu noſtro importat veritatẽ,
ita Felyn. ibidem, & denotat quodam
temperamentum, ſecundùm Brix. ſuper
d.verb.forſitan,Alber.in dictio.ſuper eo-
dem verb. poſt glo. in l.in commodato,
§.ſicut,ff.commod.Felyn.in præd.cap.ac-
cedens,nu.10.in fin.& erit temperamen-
tum phyloſophicum, ita addit. ad glo.in
l.ſi duo,in princip. ſuper verb. fortaſsè,
ff.de arbitr.vbi Accurſ. dicit, quòd ſub
dubio fortè, reſpondent periti,ſequun-
tur Claud.Aquenſ.in l.1.col.3. & ibi Zaſ.
ff.de iuſt. & iure.
11 Quo caſu talis reſponſio inducit di-
ſpoſitionem,ita in particulari Bal. in l.in
ſubſtitione,vbi Alex.Ang.Iaſ. & reliqui,
ff.de vulg.& pupill.ſubſt. Felyn.in præd.
cap.accedens,col.vlt.nu.10.in prin.
Et dictus loquendi modus per Iuriſ-
conſultos, eſt cauſa honeſtatis, & diſpo-
ſitiuè,& non dubitatiuè, latè Bertachin.
in ſuo repert.ſuper verb.fortè,p.2.f.233.
in par.vol. & ſic glo. & Azo per verbum
fortè loquentes decidunt, diſponendo
cum honeſtate,& temperamento phylo-
ſophico, vt alij Iuriſconſulti ſoliti ſunt
reſpondere decidendo.
12 Sed dubium de quo vertitur eſt aliud
præter prædictum, numquid ſalarium
Medicorum pro curando corpore in-
firmi comprehendatur in iſta actione fu-
neraria,& Bal.in l.in reſtituenda, C.de
perit.hæred.per eundem tex.dicit, quòd
expenſa infirmitatis æquiparatur expē-
ſæ funeris,ſequuntur Alex. & Iaſ. in l.fi.
§.in computatione, C.de iure delib. Ne-
guſ.in d 2.par.5.memb.princ.nu.28. in fi.
& ſic videtur comprehendi, cùm illud,
quod dictum eſt de vno,dicendum eſt de
altero, ita prædicti DD.
Nihilominus contrarium eſt de iure
veriùs, ita eſt tex.in l. at ſi quis, §. hæc
actio, ibi, non etiam cæterorum
ſumptuum,vbi glo. exponit, factorum
in teſtatorem curandum, ff. de religio.
13 Ex quibus habetur, quòd pro teſtatore
curando non datur actio funeraria. Mo-
der.Flor.in d.§.hæc actio,num.7.& ante
glo.prædictam,ita voluit Azo. in ſumma
de relig. nu. 17. aſſerens, quòd actio fu-
neraria continet tantum funeris impen-
ſam,non cæterorum in teſtatorem curã-
dum, vel ſimilia,quæ non recipiunt cau-
ſam ſepulturæ, & ita Odoffr. in libellis.
ſuis, eod. tit. Io. Bapt. à Sancto Blaſio.
cent.2.tit.de actionib.nu.17. vol.5 tract.
Petr.de Vbald.de cano.portio.cap.prin-
cip.13. nu.11.vol.15.tracta.& Moder.in
d.l.at ſi quis, §.funeris, & in d.l.funeris.
la prima,in fi. fac.221.
14 Nec obſtat l.in reſtituenda,C.de peti.
hæred.& dicta Bald. & aliorum,qui lo-
quũtur in reſtitutione hæreditatis,quòd
daretur retentio reſpectu funeris, & in-
firmitatis expēſarum, nam dicit ibi Bal.
quòd ſi hoſpes fecit expenſas infirmo in
infirmitate, & in funere ipſius, quod ſi
poſtea veniunt conſanguinei, & petunt
15 res mortui,hoſpes poteſt retinere, do-
nec ſibi ſatisfiant,& ſubdit in fine, quòd
expenſæ factæ in infirmitate,& ſepultura
æquiparantur,& aliud non dicit, lex ve-
rò prędicta in reſtituẽda loquitur, quod
in reſtituenda hæreditate quod habebi-
tur compenſatio eius, quod te in mor-
tui infirmitatem, inque ſumptum fune-
ris bona fide ex proprio tuo patrimo-
nio erogaſſe probaueris, glo. exponit
compenſatio,ideſt retentio,& iſte eſt ve-
rus intellectus illius legis, idem Paul. &
Saſyc.ibidem.
Nam reſpectu actionis intentandæ, &
16 non retentionis daretur pro expenſis
factis in infirmitate actio negotiorum
geſtorum, & aliarum factarum pro fu-
nere daretur funeraria, glo.in l legatum
ſuper verb.morbum,quæ ſic intellexit d.
l.in reſtituenda,C.de relig.& ibi Bal. Sa-
lyc.Paul.Caſtr.& reliqui,gl.Odoffr.Flor.
& alij in l.1.ff.de religio. Zaſ. eod. tit. &
17 ſic non oritur pro iſto ſalario Medico-
rum niſi officium Iudicis, quod non eſt
priuilegiatum, ſicut eſt actio funeraria,
non ipſa excedit naturam actionis nego-
tiorum geſtorum,& aliarum,l.at ſi quis,
§.item labeo,ff.de religio.Ripa in tract.
de peſte,rubr.de præſeru. remed.contra
peſt.par.vlt.num.132.& præfertur omni-
bus anterioribus, vt dictum eſt, & per
eundem Ripam in eod.loco nu.133.& ſic
æquiparatio non eſt reſpectu actionis,
cùm

Digitized by Google

cùm ipſa funeraria excedat, & præponatur.

Nec obſtat illud, quod æquiperatorũ
18 idem iudicium l. ſi quis ſeruo, C. de furt. cũ alijs ſimilibus, quia illud procederet, quando ex lege antiqua Digeſtorũ eſſet æqualiter prouisũ in oĩbus æquiperatis, & tamen eſt aliter diſpoſitum, vt dictum eſt, ergo ſupradicta l. in reſtituenda, de nouo ſuperueniens, ſolummodo intelligitur in terminis, de quibus loquitur reſpectu retentionis, ſecus in alijs non diſpoſitis, ita Alex. in cõſ. 207. col. vlt. n. 26. volum. 6. Iaſ. in l. ſi conſtante, col. 4. ff. ſolu. matrim.

Et pro cura Medicorum in curando
19 infirmum, ſalarium petitur officio Iudicis extraordinario, l. 1. §. 1. vbi Bar. ff. de var. & extraordinar. cognitio. & officio Iudicis extraordinario præſcribitur quadriennio, Hier. Cagnol. latè pluribus in l. 2. nu. 44. C. de reſcind. vendit. & in dicto tempore in caſu de quo agitur, non eſt petitum, & ſi foret competit officium
20 Iudicis pro eo conſequendo, & ſi Medicus impenderit aliquid pro infirmo, habebit etiam illud per actionem negotiorum geſtorum, ita tex. in cap. 1. diſt. in. 83. vbi glo. Archid. & Præpoſit. ergò ex d. cap. 1. infertur, quòd diuerſum eſt ſalarium Medici pro curando infirmo, quam expenſa facta per eundem in eius infirmitate, cùm diuerſis modis petatur, & ex diuerſis non infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minoribus, & cùm ſit caſus
21 omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris, l. ſi extraneus, vbi DD. ff. de condict. ob cauſ. remanet ergò diſpoſitio l. eos, C. qui potio. in pigno. hab. & cùm ſumus in correctorijs, vt minus lædat ius commune, &c. & extra caſum æquiperatum expenſarum reſpectu retentionis.

Et tunc debetur ſalarium Medico,
22 quando infirmus eſt diues, alioquin ſine ſalario Medicus eſt obligatus ſeruire, ita glo. in prædicto cap. 1. 83. diſt. vbi Præpoſitus, & alij, ergò quando infirmus eſt pauper, non eſt tractandum de ſalario, cùm teneatur illud facere, & fruſtrà quæritur, ſi dicto ſalario debet præferri, cũ denegatur eidem petitio, & ſic ſumus extra caſum æquiperationis reſpectu actionis funerariæ.

Et quod æquiperatio Bald. & aliorum ſit reſpectu retentionis, prout ad literam cantat d. l. in reſtituenda, ita in particulari tenet, & ſic dixit Bald. voluiſſe in d. l. Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, nu. 19. col. vlt. ff. de cond. indeb. aſſerens, quòd ſi
23 aliquis expoſuit pecuniam, ſcholaris mortui, poteſt eius libros retinere, donec pecunia ſibi ſoluatur, & iſtud vult Bal. in l. in reſtituenda, per illum tex. Mar. in prax. par. vlt. verſ. tertius, & vltimus actus princip. verſ. tertio quæro, num. 34. Moder. Flor. in l. impenſa funeris, la prima, nu. 2. fac. 197. & ſic procedit æquiparatio prædicta pro retentione tantum, quæ de facili conceditur reſpectu petẽtis ex titulo lucratiuo.

Nec ſola aſſertio Illuſt. Marchioniſſæ obeſt creditoribus, aliter non verificata
24 ipſa aſſertione, cùm in actis nihil aliud extat, niſi albaranum ſuæ manus prætẽſum ſcriptum, nàm erat probanda, Bar. in l. ſi fortè, ff. de caſtr. pecu. Dec. cõſ. 366. col. pen. nu. 12. Iaſ. in l. 1. nu. 60. ff. de offic. eius, &c. vbi Dec. etiam ſi illa aſſertio eſſet ſpecialiter, & non generaliter facta, Dec. in cap. cùm ſit Romana, col. 1. de appell. in quam ſententiam frequentiùs itum eſt Philipp. Dec. in l. ſi donatione, col. 4. nu. 18. C. de collat. Card. Pariſ. conſil. 73. col. pen. num. 66. vol. 1. & quòd talis
25 aſſertio non præiudicat creditoribus, ſed in eius fraudem facta, Soccin. in l. 1. verſ. tertia concluſio, nu. 87. & 108. ff. ſol. matr. & ſic ex iſto ſolo creditores ſunt liberandi ab impetitione dicti Medici, quamuis reſpectu hereditatis poſſit etiã dici, quòd aſſertio prædicta, etiam hæredi non præiudicet, per ea, quæ dicit latè Affl. in Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, nu. 71. & non ſtatur eius aſſertioni, quando illa aſſertio continet actum illicitum, cùm liberè non poterat fieri per dictam Marchioniſſam, ſemper quaſi exiſtentem in infirmitate, Iaſ. in d. l. 1. nu. 60. & in prælud. feudo. nu. 91. nàm promiſ-
26 ſio in infirmitate facta, non tenet, tex. eſt in l. Archiatri, & ibi Lucas de Penna, Io. de Platea, & alij, C. de profeſ. & Med. Ripa in tract. de peſte, §. Medicorum auxilio, ſuper rub. ad peſtem curandam, n. 86. fol. 33. cùm ſit ipſo iure nulla.

Nec obſtat illud, quod ex aduerſo dicitur, quòd alias fuit iudicatum in fauorem Medicorum, quia iſtud nõ apparet, & ſi eſſet nunc contrarium diſpoſitum in Conciſtorio Principis contra reclamantem, contra quem extat lex, & cõmunis opinio prædicta, contra quam crebriorem ſententiam iudicatum non tenet, quia non debemus indicare exẽ-

27 plis, etiam Eminentiſſimorum Præfectorum Prætorio,l.nemo,C.de ſenten. & inter.omn.Iud. Panor. in c.ſi quando,ſuper glo.pen.& fin.de reſcript.Aret.in l.ſi expreſſim,col.2.ff.de appel.Socc.fall.225 Cępol.conſ.8.col.2.Felyn. & Dec.in rub. de reſcript. Sylua nupt.lib.5.nu.62. hinc dicit Barba. in cap.1. col.12. de probat,
28 quod auctoritas Rotæ non præfertur cõmuni opinioni,& ita teneo ſaluo, &c.

Rutilius de Amato.

29 *Fuit iudicatum quod non, in cauſa Donati Antonij Altimaris A.M.D.*

ADDITIO.

SAtis conferunt adducta per Thomã Actium in tract. de infirmitate par.1. cap.49. circa materiam ſalariorum Medico debitorum,& de promiſſionibus in infirmitate factis n.21. ſimiliter in ſecunda par. Medici officium quale eſſe debeat, & circa quæ verſari in curatione corporis, & animæ, demùm an detur retentio impendenti pro infirmo,prout in exẽplo ſcholaris infirmi proſequitur Molign. in tract. de retent. q.42.& 48.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio conditionalis dicitur, quæ habet diem mortis, qualiter procedat,num.21.*
2 *Emptor habens poſſeſſionem rei, alteri donatæ præfertur.*
3 *Aſſenſu opus an ſit, quando pater interuenit in alienatione.*
4 *Pater proximior eſt filio,& è contra.*
5 *Aſſenſus legis ineſt in refutatione,quæ fit proximo ſucceſſuro.*
6 *Dominium tranſlatum an ſit, ſi in aſſenſu non ſint verba illa, ex nunc, pro tunc, & è contra.*
7 *Donatio pura, & irreuocabilis ex verbo, donauit.*
8 *Donatio cauſa mortis præſumitur ex verbo, mortis adiecto.*
9 *In claris non eſt opus coniecturis.*
10 *Dubium relinquitur interpetrandum.*
11 *Donatio an ſimplex, vel ob cauſam dicatur per illa verba,ſimpliciter.*
12 *Clauſula illa, contra donationem non venire, quid operetur.*
13 *Donatio inter viuos indicabitur,ex promiſſione de non reuocando, cum iuramento.*
14 *Reuocabilia iuramento firmata, irreuocabilia efficiuntur.*
15 *Natura contractus erit inſpicienda, vt eius ſpecies cognoſcatur, & nu.17.*
16 *Contractus cenſualis, vel emphiteoticus dicitur ſi fuerit facta conceſſio feudi,& quidquid iuris in eo habetur.*
18 *Primogenitus ſolus eſt hæres in feudo.*
19 *Cognatio ſanguinis operatur interpetrationem qualis donatio ſit.*
20 *Obligatio omnium bonorum, impedit alienationem,& nu.54.*
22 *Donatio conditionalis quando dicatur, vel non, & nu. 65.*
23 *Principale attenditur,non autem acceſſorium.*
24 *Opinio Bart in l.ita ſtipulatus, ff.de verb. obl. qualiter procedat.*
25 *Donatio non aliter dicitur conditionalis, nata obligatione.*
26 *Donatio pura dicitur,non ſub conditione, nata obligatione.*
27 *Actio quando incipere dicatur.*
28 *Actio nata an dicatur, ſi dilationem exactionis recipiat.*
29 *Obligatio an ante diem oriatur.*
30 *Dominium transfertur ex poſſeſſione, per conſtitutum,& præcarium data.*
31 *Tempus actus magis attenditur, quam executionis, nam operatur tranſlationem poſſeſſionis.*
32 *Clauſula, ex nunc pro tunc, operatur tranſlationem dominij,& nu.56.*
33 *Clauſula,cuius tenor,pro expreſſo habetur, extenditur ad conſtitutum,& de ſtilu ponitur, nu.68.*
34 *Creditor,cui res tradita fuit,potior erit primo, quod procedere non videtur,ſtante conſtituto.*
35 *L.quoties,C.de rei vendic.qualiter procedat.*
36 *Secundus creditor vigore donationis, qua ſunt obligata omnia bona,præfertur primo.*
37 *Creditor primus,qualiter conſequatur à ſecundo creditum.*
38 *Alienatio ſine aſſenſu, non valet.*
39 *Aſſenſus non extenditur de perſona ad perſonam.*
40 *Donatarius, ſi in alienatione rei donatæ interuenerit, non alienare diceretur, ſed alienationi conſentire videtur, & ſe de medio tollere.*
41 *Aſſenſus Regius non requiritur in conſentiente alienationi.*
42 *Filius conſentiendo alienationi paternæ, an refutare videatur.*
43 *Aſſenſus non requiritur, quando alienatio fit in proximè ſucceſſurum.*
44 *Pater ita proximus ſucceſſurus eſt filio, ſicuti è contra.*



Digitized by Google

45 *Pater non ſuccedit in feudo nouo filij.*
46 *Feuda vadunt antea, non retro.*
47 *Feudum nouum quando dicatur.*
48 *Feudum hæreditarium qualiter fit ex pacto.*
49 *Tenuta poßeßio naturalis eſt.*
50 *Donatio, vel refutatio ſimplex, non dicitur per reſeruationem tenuta.*
51 *Pater eſt proximus filio, & è contra quomodo procedat.*
52 *Pater refutans, quando ſuccedit filio.*
53 *Proximitas attenditur tempore mortis.*
55 *Refutatio quaenam dicatur.*
56 *Titulus actus ad retranslationem dominij, requiritur in refutatione feudi.*
57 *Refutatio quando induci non poteſt.*
58 *Aßenſus nouus, an requiratur in promißione facta de donando.*
59 *Conſil. Oldr. 114. ponderatur.*
60 *Donatio perfecta eſt in vita, ex illis verbis, ex nunc pro tunc.*
61 *Dictio, ex tunc, declarat intentionem de præſenti donare volentis; & dictio. pro tunc, declarat executionem collatam eſſe poſt mortem.*
62 *Clauſula, quod poſſit ad conſilium ſapientis extendi, an operetur vt poſſit apponi clauſula, de ſtilo Notariorum apponenda.*
63 *Verba aſſenſus, non tribuunt ius, ſed tollunt tantum obſtaculum.*
64 *Conſil. Aret. 41. quando procedat.*

## PRO D. CAMILLA BRANCATIA.

## ALLEGATIO III.

EXcellens Camillus Caietanus contemplatione matrimonij contracti inter Vincentium Berardinum eius filiũ primogenitum, & Sigiſmundam de Franciſco donauit in anno 1524. dicto Vincentio Berardino, & filijs naſcituris ex dicto matrimonio quamplurima feuda, conſequenda poſt ipſius mortem, Regio aſſenſu mediante; quæ donatio fuit acceptata. *D*einde in anno 1526. dictus Camillus & Vincentius Berardinus vendiderunt certos introitus ſuper dictis feudis magnif. de Pijs; ſed in aſſenſu dictæ venditionis non fuit facta mentio aliqua de Vincentio Berardino. Reuocatur modo in dubium, qui nàm debent præferri in feudis prædictis, an ceſſionarij, & ſucceſſores illorum de Pijs, an ſucceſſores & ceſſionarij magnif. Vincentij Berardini; Pro actoribus ceſſionarijs iſtorum de Pijs, quatuor principaliter adducuntur,

1 Primò, donationem quæ diem mortis habet, eſſe conditionalem, vt per Bar. in l. ita ſtipulatus, la grande, ff. de verb. obl. & cùm conditionalis ſit, potuiſſe donatorem ante euentum conditionis, alteri donata vendere,

Secundò, emptores iſtorum introituũ habuiſſe poſſeſſionem introituum venditorum ante mortem Camilli, & propterea potiores eſſe Vincentio Berardino,
2 cui erant feuda donata, & non actualiter tradita, & propterea non habebat dominium, l. traditionibus, C. de pact. l. qui tibi, de hæred. actio. quia ſecundus, qui habet actionem, præfertur primo, cui non ſit res tradita, l. quoties, C. de reiuendic.

Tertiò, præſuppoſito, quod Vincẽtius Berardinus habuerit dominium, & poſſeſſionem interueniendo cum patre, vi-
3 detur alienationi conſenſiſſe, in quo cõſenſu, prout in conſenſu agnatorum, non requirebatur aſſenſus, vt per And. in
4 cap. 1. an agna. vel ſaltim videtur patri feuda prædicta refutaſſe, & cùm ita proximior ſit pater filio, ſicuti è contra, l. filius, ff. de ſuis & legit. & in refutatio-
5 ne, quæ fit in proximè ſucceſſurum adſit aſſenſus legis, cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſti. cap 1. § fratri, de aliena. feud. pater. in cap. 1. §. & ſi libellum, de aliena. feu, pater. Ergò licet non ſit facta mentio in aſſenſu de Vincentio Berardino, nil refert, cùm pater ſit effectus dominus ex refutatione prædicta facta per filium patri, interueniendo cum eo.

Quartò, donatio facta per Camillum
6 Vincentio Berardino filio, dato, quòd ſupradicta non militarent, corruit ex defectu difformitatis, aſſenſus, & donationis, quia in aſſenſu non adſunt verba, ex nunc pro tunc, & è contra, ex tunc pro nunc, ſine quibus non videtur, quod ſit translatum dominium, per ea, quæ dicit Aret. conſ. 41. & latè Loffred. conſ. 9.

Pro contraria parte, quam de iure veriorem exiſtimo. Primò aduertendum eſt, donationem iſtam fuiſſe puram
7 irreuocabilem inter viuos, probatur ex verbis inſtrumenti, ibi, donauit ea donatione, quę pura dicitur irreuocabilis inter viuos: ab ipſis ergò recedendum

non

non eſt,l.non aliter,ff.de legat.3.& l.Labeo,de ſupelle&.legat.l.ſi quanto,de legat.1.vndè Bar.in l.quæ dotis,ſolu.matr.
8 2.col.dicit,donationem in dubio cauſa mortis præſumi, quando in ea mentio mortis reperiatur, ſecus ſi appareret voluntas inter viuos, donare volentis;
9 nàm tunc in claris non eſt opus coniecturis,l.continuus,§.cùm ita, ff.de verb. oblig. per quem tex.dicit Bald.ibi;quòd omittere certitudinem,& quærere inditia eſt infirmitas intellectus, ad idem tex.in l.pediculis,§.argento, de aur.& arg.lega. per quem tex.Bal.in l.voluntatis,in 1.not.ff.de fideicom.not.quòd dubium relinquitur interpetrandum;non
10 quod eſt certum,& clarum; tùnc enim interpetrationem non recipit,ſicuti nec limitationem,l.perfecta,& ibi DD. C.de donat.quæ ſub mod. Oldr.in conſ.5.in quæſt. an donatio ſit ob cauſam, an ſimplex,quæ ſimpliciter ſit, & ſimplicem
11 eſſe per illa verba,ſimpliciter concludit; voces enim verborum ſigna ſunt animi paſſionum,vt dicebat Philoſophus.

Secundò, hoc probatur ex clauſula illa,inſtrumenti,contra donationem non
12 venire, ac ſi de cętero caſtra donata nō alienare,ex quibus verbis,donatio,licet cōditionalis,ſiuè cauſa mortis fuiſſet, pura efficitur,l.vbi ita donauit, l.Senatus,§.mortis cauſa, ff.de dona.cau.mor. Bar.in l.fin.C.de pact. qui ad hoc adducit tex in l.Seia,ff.de dot.pręleg.& l.Seja ff.de donat.cauſ.mort.not. glo.magna, in l.ſed interim, ff.de donat. inter vir. & vxor.Aret.conſ.74. col 3. Ang.conſ.291. incip.notandum eſt primo, & Alex.in conſ.14. 1.vol. quæ opinio tantò magis procedit in caſu noſtro, quòd non reuocare poſſe,voluit etiam ex cauſa ingratitudinis, quæ firmior videtur ſimplicis donationis,cùm alias ex iſtis cauſis poſſet,l.fin,de reuocan.donat. c.fi.de donat.
13 Rurſus, cùm promiſſio iſta de non reuocando ſit iuramento firmata,proculdubio erit donatio inter viuos, vt conſuluit Franc. de Aret.in præall.conſ.74. ad idem etiam facit, quod tradunt Moderni in l.ſi conuenerit,ff.de iuriſd.omn. Iudic. Ea ſcilicet, quæ reuocabilia per
14 ſe ſunt,iuramento firmata irreuocabilia fieri,not.glo.in l.ſi pecuniam,verſ.neceſſè habeas,ff.de condi.ob cauſ.quam glo. reputant notabilem Imol.in l.2. §.ſed & ſi quis,ff.de donatio. Barba.in c.iurauit, in 5.col.extra de probatio. ſi ergò irre-
15 uocabilis eſt, ergò inter viuos purè, & non conditionalis concepta videtur; natura enim contractus perſcrutanda eſt,vt eius ſpecies cognoſcatur,not.Abb. in c.in tantum,de ſimon. & in cap. conſtitutus,in vlt.col.de relig.dom.per quē tex.Io.de Imol.in c.ad audientiam, de reb.Eccl.non alien.dicit,ſi concedò fun-
16 dum,& quicquid iuris habeo in eo in emphyteoſim in perpetuum,talem contractum non eſſe emphyteoticum, ſed cenſualem, licet verba aliter ſonant; nàm attenditur natura, qua in cenſuali
17 transfertur vtile, & directum dominiū. & ſic quicquid iuris habeo, quod eſt ſecus in emphyteoſi, ſequitur Iaſ. in l. 1. col.10.nu.45. C.de iur.emphyt.& in l.2. eod.tit.num.41. ex natura igitur noſtræ donationis,cùm reuocare eam non poſſe,voluit donator,pura & nō conditionalis apparet.

Tertiò,hoc idem confirmatur, ex eo, quòd donatio prædicta non fuit facta extraneo, ſed filio primogenito immediatè ſucceſſuro legis diſpoſitione, cùm
18 ſolus ſit hæres in feudo, cap. & ſi clientulus,de alien.feu.pater. & ibi per And.
19 quæ cognatio ſanguinis operatur circa interpetrationem,qualis donatio ſit, vt not.latiſſimè per Hercul. in l.quæ dotis, ſolut.matrim.per tex.in l.2. de iur. dot. C.& per Bald.ibi, & Roma. etiam in d.l. quæ dotis,quare interpetrari debet donatio iſta pura; nàm alias ad nihilum deſeruiret,cùm omninò feuda prædicta ad filium poſt mortem ſpectabant; voluit ergò Vir ille *Doctiſſimus Dominus* Hieronymus de Franciſco pater Dominę *Sigiſmundæ* vxoris dicti Vincentij Berardini prouidere,nè bona dilapidentur,& vt intacta remanerent penès Vincentium Berardinum (quod illis verbis demonſtrauit) alienationes, quæ forſe fierent ſint ipſo iure nullæ,cui pacto adiuncta fuit obligatio omnium bonorum,
20 quo caſu impeditur ſequens eiuſdem rei alienatio,vt elegantiſſimè tradit Tiraq.in tit.de retract.§.3.glo.2.num.5.per tex.not.in l.ſi creditor,§.fi.de diſtractio. pigno. quam donationem ſic clauſulatā eſſe, benè ſciebant Domini iſti Aduerſarij,cùm in emptione tàm Camillum patrem, quàm Vincentium Berardinum filium,dominos vocauerunt; & propterea carere debent omni legis auxilio, ſi forſan haberent,per ea,quæ tradit Bald. in rub.C.de reuoc.his quæ in frau. cred.

ſatis

Satis iſta animū religioſè Iudicantiū monere debent.

Ex quibus ſatis clarè reſponderi poſſe exiſtimo ad id, quod ex aduerſo dicebatur, donationem, quę diem mortis ha-
21 bet, conditionalem eſſe, vt per Bart. in l. ita ſtipulatus, la grande, ff. de verb. obl. & cùm conditionalis ſit, non eſſe tranſlatum dominium, nec poſſeſſionem, & propterea potuiſſe donatorem tanquam dominum, donata vendere: Primo namq;
22 opinio Bart. & ſeq. procedit, quando de clara voluntate donantis non apparet voluiſſe purè donare inter viuos, nam actum videtur, dicit ipſe, vt actio naſcatur cōtra hæredem, per tex. in l. 1. vt act. hab. hær. ergò ſi apparet actum, vt actio naſceretur contra propriam perſonam, non eſſet conditionalis, mouetur etiam ratione incertitudinis rei deductę in ſtipulationem; ergò ſi non eſſet incertitudo, nec conditionalis reputaretur. At in caſu noſtro actum apparet, propriam perſonam obligare voluiſſe: pro validitate enim obligauit ſe, & bona ſua, & patet ibi, & promiſit non alienare, nec recipere retroceſſionem, ergo &c. Nec incertitudo poteſt conſiderari, vel quia interuſurium, de quo per Bar. in caſu noſtro non ſit donatum, vel quia illud,
23 quod principaliter in donatione deducitur attenditur, non aūt quod acceſſoriè, arg. tex. in l. conuertitur, de ſtat. hom.
24 Secundò, opinio Bart. in caſu noſtro nō procedit, nām ſumus in donatione, quæ diem mortis habet, pro tempore exequutionis faciendæ, nō autem pro ipſius validitate, qua re non alteratur natura donationis puræ, vt voluit Bar. in l. talis ſcriptura, in fi. de leg. 1. & in l. 1. col. 2. de condit. & demonſtr. Bal. in l. 1. C. de iure dot. & per ipſummet in addit. ad Specul. in ti. de inſtr. edit. in vlt. col. in verſ. ſi quis donauit, & fuit de mente Specul. in tit. eod. in §. porrò, ver. aut firma, quę omnia ſatis efficaciter conſiderantur per Iaſ. in conſ. 5. & 6. vol. 3. & latè per Cagnol. in l. in omnibus, ff. de regul. iur. quod in noſtra donatione demonſtratur, ibi, donauit ſimpliciter irreuocabiliter inter viuos, ad habendum tamen ipſorum tenutam poſt mortem, & in aſſenſu demōſtratur, ibi promittent donare feuda, ex nunc conſequenda, tamen poſt mortem ipſius donantis; ergò dies mortis non alterandi donationem puram, ſed impediendi cauſa tenutam, quam ſibi ſua vita durāte reſeruauit, appoſitus eſt.

Tertiò, donatio iſta nullatenus repu-
25 tari poteſt conditionalis, nām negari non poteſt, natam eſſe obligationem, vt firmat Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. de cond. & demonſt. quem ſequitur Rip. in d. l. ita ſtipulatus, num. 9. reſpondens doctiſſimè ad ea, quæ dicebat Bar. vbi ſupra, adducens tex. pro opinio. Paul. in l. ſticchum, §. 1. ff. de nouatio. vbi ſtipulatio, quæ habet diem omninò venturam, ergo nouari poteſt; ſed modò clarum eſt nouari non poſſe, niſi nata ſit obligatio, l. 1. ff. de nouatio. ergò neceſſario concludendum eſt, natam eſſe obligatiocem, cùm ſit ergò nata obligatio, ergò pura concepta
26 eſt, & non ſub conditione; tunc enim ante ipſius euentum, nulla naſcitur obligatio, l. cedere diem, ff. de verb. ſign.

Quartò, hoc quòd pura fuerit hæc donatio, & non conditionalis, alleg. tex. in
27 l. interdum, ff. de verb. oblig. vbi tunc incipere actionem dicitur, cùm per rerum naturam res præſtari poſſit, quaſi illud impediat actionem incipere, quod in rerum naturam non ſit, prout in partu, & fructibus, in quibus non incipit actio, niſi natis; ergò ceſſante ratione impeditiua, quæ eſt, quòd non ſit in rerum natura incipit actio, & per conſequens, cū res donata fuerit in rerum natura, & præſtari potuiſſet, niſi ad tempus mortis eſſet delatus effectus, neceſſariò concludendum eſt, natam eſſe actionem,
28 nec eſt inconueniens natam eſſe actionē, licet petio illa exactione, dilationem aliquam recipiat, per tex. in l. qui filium ff. vbi pupillus educ. deb. quem ad hoc adducit Chriſtoph. Porc. Inſtit. de verb. oblig. §. omnis, Dec. in l. in omnibus, ff. de reg. iur. & hanc opinionem, quòd ante
29 diem obligatio oriatur, tenuerunt Alber. in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. & eam eſſe communem dicunt Iaſ. & Alex. in d. l. interdum, & cōmunē ēt eſſe affirmauit Alciat. in l. cedere diem, ff. de verb. ſig. rogo vt videatur.
30 Concludo igitur, per iſtam puram donationem dominium eſſe tranſlatum, & ſtante conſtituto, & præcario poſſeſſionem etiam, l. quædam mulier, & ibi gl. ff. de re iudic. l. quamuis, l. quod meo, & l. interdum, ff. de acquir. poſſ. & rogo aduertatur, conſtitutum non eſſe collatum poſt mortem, ſed appoſitum in contractu, cuius effectus confertur in tempus mortis; tunc enim quia magis actē

31 di-

Digitized by Google

31 ditur tempus actus, quam exequutio-
nis, operari tranſlationem poſſeſſionis,
firmauit Tiraq. in 2. limit. in vlt. declar. in
tit. de conſtit. Et licet fuiſſet collatum
32 poſt mortem ex clauſula, ex nunc pro
tunc, operari tranſlationem dominij,
firmauit tẽ Tiraq. in prædicta limit. n. 15.
qui alleg. in d. vlt. declar. conſ. Oldr. in
conſ. 114. in proprijs terminis noſtris,
qui dixit, donationem ſic irreuocabiliter
factam inter viuos, ex nunc pro tunc ſe-
quuta morte cum conſtituto, & præca-
rio, operari miniſterio donatoris tranſ-
lationem poſſeſſionis in donatarium,
in tantum, quod donatarius præferatur
alijs, poſtea eandem rem per traditionẽ
aſſequutis, ex quibus aureis huius Con-
ſilij dictis videtur omninò, dominam cõ-
uentam eſſe abſoluendam, quòd conſti-
tutum, vt tacitę obiectioni reſpondeam,
non erat neceſsè apponi in aſſenſu do-
nationis; cùm in aſſenſu adeſt clauſula,
33 cuius tenor, pro expreſſo habeatur, quæ
extenditur ad conſtitutum, vt per Frec.
in 15. q. aſſenſus, fol. 143.
Quoad ſecundum non obſtat, quod
dicebatur de l. quoties, C. de rei vendic.
34 creditorem, cui res tradita ſit potiorẽ
eſſe primo, & per ſolam donationem
non transferri dominium ſine traditio-
ne, l. qui tibi, de hæred. actio. cum con-
cord. & l. traditionibus, C. de pact. quia
reſpondetur, hoc non procedere in caſu
noſtro, ſtante conſtituto, vt ſupra demõ-
ſtrauimus, & eſt tex. in l. certè, §. 1. in ver.
propriæ habere dicor, ff. de præca. per
quem tex. ita concludit Bar. in l. ab em-
ptione, circa fin. ff. de pact. ſequitur Bal.
in cap. idem eſt, de nat. feud. & Bar. in
vlt. quæſt. l. ſi quis pro emptore, ff. de vſu-
capio. & in proprijs terminis noſtris vi-
deatur rogo Alber. in rub. C. de don.
35 Nec etiam poteſt lex iſta quoties ada-
ptari in caſu noſtro, per ea, quæ in conſ.
114. doctiſſimè dicit Oldra. Secundum,
ſcilicet non præferri primo, cui eſſent
bona obligata per ſollemnem ſtipula-
36 tionem pro validitate donationis, nàm
tunc exiſtente cauſa donationis ſecun-
dæ, omnia bona ſunt obligata ad intereſ-
ſe pro conſeruatione perſonæ, l. grege,
§. ſi ſub conditione, ff. de pignor. quæ ve-
nit in omnibus obligationibus factis, l. ſi
quis ab alio, §. fin. ff. de re iud. & l. 2. §. fin.
ff. de verb. oblig. & per conſequens pri-
37 mus creditor per hypothecam eis in-
cumbet, vſque ad ſatisfactionem integri
intereſſe, quod eſt tantum, quantum res
ipſa valeat, & ſic per indirectum conſe-
quitur idem primus, quam limitationem
ſequitur Tiraq. in tit. de retract. conuẽt.
in §. 3. glo. 1. num. 5. qui cumulat omnes
communiter ſic tenentes. Or modo,
quãto magis donatarius iſte noſter pri-
mus eſt præferendus, quia vltra promiſ-
ſionem per ſollemnem ſtipulationem cũ
obligatione omnium bonorum, habuit
traditionem etiam per præcarium, &
conſtitutum.
Quoad tertium caput, non obſtat,
quod dicebatur de interuẽtu, ſiuè prin-
cipali alienatione Vincentij Berardini,
38 qui ſolus ex ſupra ſcriptis erat Domi-
nus, quia in prædicta alienatione, ſiuè
obligatione Vincentij prædicti nõ adeſt
Regius aſſenſus, cap. Imperialem, de
prohib. alien. per Frider. Conſtit. Conſti-
tutionem *Diuæ* memoriæ; nàm tantum-
modò eſt conceſſus aſſenſus alienationi
faciendæ per Camillum, & non per Vin-
centium Berardinum; aſſenſus enim non
39 extenditur de perſona ad perſonam, ad
nauſiam Frecc. in ſuis quęſt. aſſenſus, q. 5.
cum plurib. ſeqq.
Nec obſtat, quod ex aduerſo diceba-
tur, nõ eſſe neceſſarium aſſenſum in præ-
dicto conſenſu Vincentij Berardini, quia
ius non habebat de præſenti, conditio-
nalem donationem reputando, & tunc ſi
40 in alienatione interuenit, non alienare,
ſed alienationi conſentire videtur, &
quaſi ſe de medio tollere, vt per Bal. in
l. ſi vt proponis, C. ſi ſeru. pigno. dat. ma-
num. in quo conſenſu non requiritur
aſſenſus Regius, ſicuti in conſenſu agna-
torum, vt notat Iſer. in cap. 1. an agnat.
41 quia hoc procederet de plano, ſi verum
eſſet, donationem eſſe conditionalem;
ſed cùm ſit pura, & vt puriſſima fuit de-
monſtrata, non militant prædicta, cùm
in caſu noſtro fuit adhibitus ad alienan-
dum, non ad conſentiendum Vincentius
prædictus, patet ibi, dominos, &c. & ibi
alienauerunt, &c. ſemper enim loquitur
in plurali ſermone; & ſic principaliter
vendidit, & non conceſſit tantum, vt
præſupponere conantur Aduerſarij.
Nec obſtat quod etiam dicebatur, fi-
42 lium conſentientem alienationi pater-
næ, videri refutare patri, tanquam im-
mediatè ſucceſſuro, cùm ita proximior
ſit filio, ſicut è contra l. filius, ff. de ſuis,
& legit. hæred. in feudo, quod ab ipſo ha-
bitũ erat, & in refutatione non requiri-
tur

Digitized by Google

tiu aſſenſus, quando fit in proximè ſuc-
ceſſurum, cap. 1. §. fratri, de alien. feu. c. 1.
§. ſed & res, per quos fiat inueſtit. in
quibus locis Iſern. latiſſimè demonſtrat,
43 quòd pater ita proximè ſucceſſurus eſt
44 filio, ſicuti è contra filius patri, quando
feudum à patre perueniſſet in ipſum
filium, firmauit etiam in cap. 1. Imperat.
Lothar. §. & ſi filium fratri, col. 3. num. 5.
verſ. item pater; Primò, quia hæc ſanè
procedere reſpondetur in feudo, quod
antiquum, & paternum reputatur penès
filium, quod eſt ſecus in caſu noſtro, in
quo, tanquam de nouo feudo eſt tractã-
45 dum; tunc enim pater non ſuccedit in
feudo nouo filij, verba ſunt clara Iſer. in
cap. 1. §. & filius fratris, num. 5. Imperat.
46 Lotha. nàm feuda vadunt antè, & non
retro, & eſt tex. notab. in cap. 1. de eo qui
finem feci. agnat. qui propriè loquitur
in fratre refutante, ibi, niſi de nouo, &c.
& per Iſern. ibi, & de nat. ſucceſſ. feud. in
princ. quòd ſi nus in feudo nouo pro-
47 batur, noua qualitas addita facit feudũ
nouum, Afflict. deciſ. 112. per Oldr. conſ.
178. & per Bal. in c. 1. an agnat. ſaltim in
eo, quod innouatur, Sed feuda iſta erant
48 hæreditaria, nunc ſunt conceſſa pro ſe,
& filijs ex iſto matrimonio, & ſic fiunt
ex pacto, & prouidentia, vt per And. in
d. cap. 1. an agna. & licet dubitetur, an
clauſula, aſſenſus, feudi natura non mu-
tata, remaneant hæreditaria, tamen ne-
gari non poterit, quin ſaltim feuda præ-
dicta ex noua cauſa debeantur Magnif.
Vincentio Berardino, nàm debentur non
vigore ſucceſſionis, ſed ex iſta noua do-
natione, & ſic noua dicuntur, per ea, quæ
cumulat Affl. in d. dec. 112.

49 Nec negari poteſt, quin tenuta poſſeſ-
ſio naturalis ſit, vt colligitur ex l. 5.
§. quòd ait, quor. legato. & in glo. l. poſ-
ſeſſio, ibi tenetur, ergo poſſidetur, iuncta
l. naturaliter, & l. 5. §. eum qui, ff. de acqu.
50 poſſeſſ. non fuit per reſeruationem iſtius
tenutæ ſimplex refutatio, donatio, de
qua agitur, per ea, quæ tradit Loffred. in
conſ. 3. nu. 18. & per Camer. car. 31. cum
ſeq. tùm ex alijs reſeruationibus ibi ap-
poſitis fuit neceſſarius aſſenſus, ſed cùm
non peruenerint feuda ſucceſſione, ſiuè
ſimplici refutatione, noua dicuntur ex
prædictis. ergò pater non erat ſucceſſu-
rus, per ea, quæ ſupra demonſtraui-
mus.

Secundò, dicimus refutationem iſtam
quam ex aduerſo præſupponunt, non
valere; nàm licet pater proximus ſit
51 filio, ſicut è contra, id tamen proce-
dit in filio filios non habente; nàm pri-
ma cauſa eſt filiorum, tùm diſpoſitione
legis c. 1. de grad. & per conſt. vt de ſucc.
& colligitur in cap. 1. de eo, qui fin. fec.
agnat. dùm in tex. dicitur, quòd tunc
52 pater refutans ſuccedit, cùm frater fi-
lios non procreauerit, tùm etiam ex pa-
cto appoſito in donatione facta Vincen-
tio, & filijs naſcituris, quibus quæſitum
erat ius, per ea, quæ tradit Dec. in con-
ſil. 239. poſt num. 5. & Bellam. conſil. 17.
Sed in caſu noſtro iſte donatarius filios
procreauit, ergo licet pater poterat in
aliquo caſu ſuccedere, non per hoc erat
immediatè ſucceſſurus, & ſic requireba-
tur aſſenſus, & licet non ſit probatum,
quod tunc filios habuerit, non apparet
clarè de contrario, ſed ſufficeret, quòd
nõ eſſet proximior tẽpore mortis, quòd
tempus inſpicitur ad videndum, an re-
53 futatio ſit facta in proximè ſucceſſurũ,
vt optimè per Ioſeph. Cum. in cap. ſi in
aliquem, in ver. antiquis, num. 381. & per
totam limitationem, quod rationi con-
ſonum eſt, nàm ſi refutatio eſt futuræ
ſucceſſionis præuentio, ergo ſi ſucceſſio
non debetur, nõ eſt refutatio, tanto ma-
gis in caſu noſtro, vbi erat acquiſitum
ius filijs naſcituris, vt ſupra.

Tertiò, & vltimò, verba inſtrumenti
54 donationis, omnem tollunt difficultatẽ,
cùm promiſit donator non recipere ali-
quam refutationem, retroceſſionem, ſiuè
donationem ab ipſo donatario, cui pro-
miſſioni iuncta obligatio omnium bo-
norum impedit eiuſdem rei dominij
translationem, per ea, quæ ſuperius di-
ximus de mente Tiraq. in tit. de retract.
conuen. §. 3. glo. 1. num. 6. & ſic vigore
iſtius pacti non poterat pater recipere
refutationem, quam præſupponunt, cùm
ipſo iure erat nulla, nec poteſt conſide-
rari refutatio in caſu iſto, cùm refutatio
55 ſit futuræ ſucceſſionis præuentio, tollẽ-
do ſe de medio, vt dicit Salyc. in l. pecu-
lium, §. ſi creditor, ff. de pecul. Sed modò
feuda iſta, cùm in eis viuebatur Iure frã-
corum, integra ad patrem in caſu ſuc-
ceſſionis, ſi proximior reperiebatur, ſpe-
ctabant, ergò integra erant refutanda,
ergo, &c. & dato, quòd eſſet refutatio, &
eſſet feudum antiquum, & pater fuiſſet
proximus, vbi eſt titulus aptus ad re-
56 translationem dominij, prout requiri-
tur, per not. per Iſern. in cap. 1. §. & ſi li-
bel.

bellum, num. 8. de alien. feu. pater. vbi ſunt verba, vendo, vel dono, vel quid ſimile? ergò cùm nil ſit actum inter patrem, & filium, refutatio non poteſt induci, per not. in l. traditionibus, de pact. & in l. per diuerſas, C. manda. & eſt communis opinio Feudiſtarum, in d. §. & ſi libellum, quare omninò dicendum eſt, refutationem non interfuiſſe validam.

57 Quo verò ad quartum, dico ſimiliter nil obſtare, nàm in capitulis matrimonialibus adſunt iſta verba, promittent donare de præſenti conſequenda poſt mortem Camilli, videlicet ex nunc, pro tunc, ea donatione, quæ pura dicitur irreuocabiliter inter viuos, feuda, &c. & in aſſenſu adſunt iſta verba, promittent donare de præſenti, conſequenda tamen poſt mortem, videlicet, ex nunc pro tũc, feuda, &c. Habemus igitur promiſſionẽ
58 de donando, & ſecundum promiſſionem aſſenſum, qui aſſenſus extenditur poſtea ad donationem, in qua non requirebatur nouus aſſenſus, vt per Camer. fol. 44. lit. V. cum ſeq. ergò in noſtra donatione habemus aſſenſum, an modo ſit translatum dominium, quod ex aduerſo negatur, quia non adſunt verba, ex nunc pro tunc, & ex tunc pro nunc, ſed tantummodo prima verba, ex nunc pro tunc; Reſpondeo, verba iſta non fuiſſe inuenta per Iuriſconſultos, ſiuè Doctores noſtros pro forma neceſſaria in translatione dominij, ſine quibus dominium transferri non poſſit, ſed pro declara-
59 tione eorum, quæ fiunt, videatur rogo Oldr. in cit. conſ. 114. in themate vbi donauit illa mulier de præſenti, ex nunc pro tunc ſimpliciter, non adiecto, è contra, & voluit dominium eſſe translatum etiam in præiudicium aliorum, qui poſtea eandem rem habuerunt, Iaſo. conſil. 5. in 3. vol. dicit, quòd illi domini de Allegrio donauerunt ad inuicem omnia eorum bona poſt deceſſum ſine filijs, ex nunc pro tunc, non adiectis alijs verbis, ex tunc pro nunc, & tamen concludit eſſe translatum dominium de præſenti, Camer. in loco ſupra cit. fol. 44. voluit, quod donatio, quæ inter viuos fit, licet conferatur poſt mortem, quod ſit vera donatio à principio, & ita dicit eſſe cõmunem opinionem, & tamen non facit mentionem de iſtis dictionibus, & in prpmiſſione noſtra de donando iàm erat perfecta donatio ſine iſtis dictionibus, nàm dixerant, promittent coniuges donare de præſenti conſequenda poſt mor-
60 tem, prout donant. &c. ergò perfecta eſt donatio in vita, & optimè declarat Iaſ. in l. ita demum, ff. de pact. & cùm glo. in l. in omnibus, ff. de regul. iur. Quæ do-
61 natio quomodo intelligeretur, declaratiuè poſuerunt ex nunc prout ex tunc, quæ dictio, ex tunc, declarat intentionẽ de præſenti donare volentis, & dictio pro tunc, declarat exequutionem eſſe collatam poſt mortem, ita optimè declarat Bald. in cap. 1. de mil. vaſſal. nu. 16. & 17. & Ang. in l. huiuſmodi, la ſeconda, ff. de verbor. oblig. & ad nauſiam Nicol. in ſuo tract. in 2. memb. ſecundæ partis principalis, num. 5. Rogo omninò, vt reuideatur, quare cùm dictiones iſtæ declarant quid actum ſit, & eſt verbis expreſſis iàm erat declaratum ſine iſtis verbis, non video, quid ex aduerſo prætendi poſſit, & quatenùs verba prædicta eſſent neceſſaria, iàm adfuerunt in donatione; nec obſtat, quod non ſit in aſſenſu, & propterea ſit difformis, quia ea, quæ generaliter fieri ſolent, habentur pro expreſſis, & omnia ea, quæ pro cautela contractus principalis apponun-
62 tur, operantur, licet in aſſenſu de eis non fiat mentio, ita ad literam Frecc. in q. 15. aſſenſus, fol. 143. ex vi clauſulæ, cuius tenor habeatur pro expreſſo, tùm etiam quod ſunt de ſtilu Notarij, propterea poſſunt apponi, licet in promiſſione non fuerint appoſita, vt per Capic. qui cumulat omnes in dec. 159. & ex virtute
63 clauſulæ, quòd poſſit extendi ad conſilium Sapientis, quæ erat poſita in promiſſione, ex qua Sapiens poteſt addere verba, Bar. in l. illa inſtitutio, ff. de hered. inſtit. & propterea ſufficit, quod aſſenſus fuerit ad vnguem conformis promiſſioni, & donationi factæ in capitulis, ſuper quibus fuit impetratus, & dùm aſſentit etiam donationi faciendæ, extenditur ad clauſulas ſolitas apponi in donationibus, cuius tenor voluit, vt *habeatur* pro expreſſo, tantò magis, quia ver-
64 ba aſſenſus non tribuunt ius, ſed tollũt tantummodo obſtaculum, vt per Came. fol. 143. & faciunt vt iudicetur tanquam de allodio, vt per Loffr. conſ. 14. num. 73. & per Cuma. conſ. 163. nu. 4. Nec obſtat conſ. Loffr. 9. quia ibi donauit ex tunc poſt mortem, vt in principio Conſilij, & ſic incipiebat poſt mortem ſumere vires donatio, nec adfuit dictio, ex nunc, conſequenda poſt mortem, vt ſumus in

caſu

Digitized by Google

caſu noſtro, nec interuenit aſſenſus ibi, & propterea cùm non fuit ſimplex reſutatio, non valuit; nec debet allegari cõſil. Aret. 41. quia ibi donatio erat condi-
65 tionalis, ex clauſula, ſi ſine liberis deceſſerit, quare nihil ad caſum noſtrum. Rogo igitur Dominos Iudicantes, vt reminiſcantur, donarionem prędictam eſſe puram factam contemplatione matrimonij filio primogenito, & filijs naſcituris ex eo, cum clauſulis, vt non poſſit reuocari, nec poſſit recipere retroceſſionem, adeſt iuramentum; Ex quibus omnibus ſpero omninò, religioſiſſimos Iudices iudicaturos pro validitate donationis, & per conſequens pro abſolutione conuentorum.

Iulius Cęſar Minadoj.

*Deciſio apparet in ſequenti Allegatione.*

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio ex nunc pro tunc, cum conſtituto, & precario, an inducat tranſlationem dominij à die initi contractus.*

2 *Conſtitutum operatur à voluntate contrahentium, nam ſi voluerunt ex nunc dominium transferre fructus perciperentur, alias ſecus.*

3 *Donatio eſt contractus, qui ad hæredes actiuè, & paſſiuè tranſit.*

4 *Dictio, pro tunc, ad executionem refertur, & ad actum ſoluendi, nu. 5.*

6 *Dictio, ex nunc pro tunc, ſufficit ad tranſlationem dominij.*

7 *Clauſula, ex nunc, operatur executionem actus ex nunc perfecti, & qualiter.*

8 *Dictio, tunc, quid denotet.*

9 *Dictio, prout, per fictionem operatur ſuum effectum.*

10 *Doctrina Canoniſtarum de Iudice aliquem condemnante ad ſoluendum infra dies decem, & non ſoluentem excommunicet cum clauſula, ex nunc, qualiter procedat.*

11 *Loffr. conſ. 9. & Dec. conſ. 247. Aret. conſ. 41. in quibus caſibus loquuntur.*

## PRO EADEM.

## ALLEGATIO IV.

EX nota facti liquet, quod tàm pro deciſione exceptionis cedendarum actionum, quàm exceptionis dolo facis petere, quod reſtituturus es, illud eſt decidendũ, An Antica ex iuribus horum de Pio, ſit ſuper Sancto Maximo anterior iuribus competentibus ſuper Terra Sancti Maximi, pro euictione Macchiagodanæ necnè, & hic articulus ex eo dependet. An dominium Sancti Maximi fuerit ab anno 1524. vigore donationis tranſlatũ in Vincentium Berardinum, ſtantibus capitulis ſubſcriptis ſub 9. Februarij, aſſenſu ſub 15. Maij, & donatione ſub 19. Maij 1524.

Circa quem articulum; Primò non obſtat, donationem eſſe factam Vincentio Berardino abſenti, Primò, quia ſub 27. Maij 1524. acceptauit f. 557. in 2. proc. Secundò, iterum acceptauit ſub penult. Octobris 24. tempore quo facta eſt ſtipulatio capitulorum, fol.... Tertiò, potuerunt de iure ipſi Vincentio Berardino acquirere Hieronymus de Franciſco ſocer, & Sigiſmunda de Franciſco vxor, ipſis etenim actio ex capitulis quæſita erat, & ipſorum intererat fieri inſtrumentum donationis pro obſeruantia contentorum in capitulis. Quartò, tandem fit donatio pro obſeruantia promiſſorum in capitulis Vincentio Berardino præſenti; ceſſat proindè prima difficultas ſumpta ex abſentia Vincentij Berardini tẽpore celebratæ donationis.

Secundò non obſtat, quod capitula, & donatio cenſeri debeant difformes ab aſſenſu, eo quod in illis fit donatio Vincentio Berardino, & filijs; aſſenſus verò pro Vincentio Berardino, & hæredibus. Primò, quia in facto id eſt falſum, in aſſenſu etenim exponitur donatio promiſſa fieri Vincentio Berardino pro ſe, & filijs naſcituris ex matrimonio, prout in contractibus; & dictio, hæredibus, ſtat in exequutiuis ipſius aſſenſus de ſtilo Cancellariæ; ita quod profit partibus, & hæredibus ex corpore, quæ clauſula diſpoſitionem non alterat. Secundò, in iure non verum, quia in contractibus verbum, filijs, intelligitur ſub qualitate hæreditaria, poſtquam intentio donantis fuit, vt feuda in donatarium tranſirent vt feuda antiqua, quod eſſe non poterat, niſi retẽta qualitate hæreditaria. Tandem Tertiò, in cauſa creditorum Io. Vincentij de Loffredo, iam Sacrum Conſilium decidit, quòd verbum, filijs, poſitum in donationibus feudorum, quæ fiũt contemplatione matrimonij, qualitatem hæreditariam contineat.

Reſtat, vt in illo tantùm articulo di-
1 cam aliqua, an donatio ex nunc pro tũc

eſt conſtituto, & precario inducat tranſlationẽ dominij à die initi contractus, & antequàm quidquam in hoc articulo dicam, duo mihi ſuppono, aliud, quod cõſtitutum adiectum in contractu, regulatur à voluntate, quam habuerunt cõtrahentes, itaut ſi contrahentes voluerint ex nunc transferre dominium; fa-
2 cultatem verò percipiendi fructus poſt mortem, ita & intelligetur conſtitutum, quod ſi contrahentes noluerint ex nunc tranſferre dominium, ſed tantùm in euẽtum mortis, tunc operabitur conſtitutum, ſi tunc adſit poſſeſſio penès donantem, l. qui abſenti, §. 1. ff. de acqu. poſſ. Bald. elegantiſſimè in l. ex teſtamento, in fin. C. de fideicomm. Ang. conſ. 373. niſi aliud expreſſè deſignet donans, quia tunc procederet lex ſub cõditione 2. ff. de ſolutio. quæ taliter concordatur cum prædicta lege qui abſenti; At in caſu noſtro conſtitutum omninò erit ſequela contractus, etenim nedùm nõ adeſt contraria voluntas contrahentium, ſed eadem, cum iuris diſpoſitione donans etenim conſtituit ſe tenere, & poſſidere pro obſeruantia contentorum in capitulis, & donatione, indè ergò interpetrationem recipiet conſtitutum.

Secundò, mihi ſupponebam, quod donatio inter viuos irreuocabilis, quæ diẽ mortis habet, non conditionalis dicetur eſſe; ſiquidem certum eſt, diem mortis exiturum, & non datur caſus, in quo donatio ante illum diem inualidari poſ-
3 ſit, eſt namque contractus, qui ad heredes actiuè, & paſſiuè tranſit; & ita tenuerunt glo. & Bar. in l. dies incertus, ff. de cond. & demonſt. Iaſ. in l. ſub conditione, ff. de cond. inde. & l. ſtipulatio iſta, §. inter certam, ff. de verb. oblig. & donans, per verbum, ea donatione, quæ dicitur pura, irreuocabilis inter viuos, declarauit, quod ſententiæ donatio non cenſeatur conditionalis, etiã impropriè.

His ſuppoſitis dico, quòd is, qui donat ex nunc pro tunc poſt mortem, ſine alia conuerſione, declarat, quòd ex nũc, vult transferre dominium, ſed ſuſpendit perceptionem fructuum ex ipſo dominio, vſq; in diem mortis, & ſic dictio, ex nunc refertur ad dominium, ita quod ex nunc talis contractus habeat ſuam omnimodam perfectionem; dictio verò, pro tunc, ad fructus, ſeu ad exequutionẽ
4 referetur, & hanc concluſionem authoritate prius, deinde ratione fundabo, pro authoritate deſeruiat Io. de Imol. in l. ſi ita ſtipulatus fuero, la ſeconda, in princ. in verſ. in ea glo. in fin. ff. de verb. oblig. Steph. Bertran. conſ. 158. in 3. vol. num. 3. Petr. Phil. Corn. in l. lecta, n. 6. ff. ſi cer. pet.
5 dicens, quòd verbum, pro tunc refertur ad actum ſoluendi, verbum, ex nunc, ad actum, ſeu ſubſtantiam ipſius promiſſionis, Barthol. Caſſan. conſ. 53. n. 69. volens
6 quòd ſola dictio, ex nunc, prout ex tunc, ſufficiat ad tranſlationem dominij ex nunc, profunt verba Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero, n. 2. dùm parificat ad finem, vt ſubſtantia actus ſit à die contractus, ſiuè quis dicat ſimpliciter ex hac die, ſiuè ex nunc, ſiuè tandem, ex nunc pro tunc, qualis eſt caſus noſter, & hùc tendunt verba eiuſdem Iaſ. in l. 1. C. de codicill. n. 4. dùm dicit, quòd clauſula, ex nũc
7 pro tunc, operatur, quod effectus, ſeu exequutio actus ex nunc perfecti conferatur in tempus mortis per dictionem, pro tunc, Oldra. conſ. 114. qui declarans illud verbum, quod effectus differtur in euentum mortis, dicit, quòd non ſuſpenditur tranſlatio poſſeſſionis, ſed effectus ipſius poſſeſſionis purè tranſlatæ, qui effectus per apprehenſionem acquiritur; itaut expreſsè dicat, fructuum perceptionem ſuſpendi per dictionem, pro tunc, non poſſeſſionis tranſlationem, quæ ſufficit pro tranſlatione dominij, Alex. conſ. 83. paulò ante num. 7. vol. 2. ibi, confirmatur hoc, quod poſſeſſio, hoc idem tenuit Alex. in l. huiuſmodi, in prin. ff. de verb. oblig. Neguſ. hoc idem tenuit in 2. memb. 2. par. in 2. ampliatione, vbi ſatis plenè allegauit Neguſ. eſt ſequutus Hieron. de Gabr. conſ. 141. num. 4. dicens, quòd dictio, pro tunc, facit, vt dies mortis exequutioni tantum ipſius diſpoſitionis adiectus dicatur, hoc idem dixit Iacob. Phil. Port. conſ. 36. nu. 40. elegantiſſimè Marian. Soccin. conſ. 41. n. 5. vol. 3. voluit, quod clauſula, ex nunc pro tunc, facit, quod diſpoſitio ab initio dicatur ſortita effectum, ſtatim ergo, quod *Domini Iudicantes* hanc concluſionem, authoritatibus *Doctorum* munitam veram eſſe reputabunt, quod ſcilicet intentio fuerit per dictionem, nunc, transferre dominium, per dictionem, pro tunc, ſuſpendere effectum, ſed facultatem apprehendendi rem, conſtitutum proderit, & dicetur tranſlatum dominium à die contractus, & in hoc ero conſentus cumulatis per And. Tiraq. de conſt. in decimaſexta ampliat. & in 2. limitatione, in vlt. verſ. incipiente, quarto intellige.

Dixi

Dixi ſecundò, hanc concluſionem ratione fundari, ſiquidem iſta duo aduerbia, nunc, tempus præſens, in quo fit contractus; tunc, tempus futurum, in quo
8 cedit dies, vel euenit conditio demonſtrant, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & ration. diſtrah. & l. 3. ff. de cond. & demonſtr. Itaut ſi donatio cum conſtituto, fieret cum aduerbio, ex nunc, nulla eſt difficultas, quin tàm dominium, & poſſeſſio, quàm ius percipiendi fructus in donatarium translata dicerentur à die initæ donationis, quod ſi donatio fieret ex tunc poſt mortem, certè, & acquiſitio dominij, & poſſeſſionis, & iuris percipiẽdi fructus, diceretur ſuſpenſa, ſeù dilata in euentum mortis; per illud aduerbiũ, tunc, extremitatem temporis denotans; ſi ergò detur tertius caſus, in quo hæc duo aduerbia ſimul miſceantur, proculdubio continere debet aliquid minus, ea donatione, quæ cum ſolo aduerbio, ex nunc, fit, & aliquid plus ea donatione, quæ cum ſolo aduerbio, ex tunc, fit, abſurdum etenim ſatis eſſet, vt tantum operari deberet, & non minus quantum donatio ſimplex, ex nũc; poſtquam adeſt aduerbium, pro tunc, & abſurdiſſimum, vt tantùm operari deberet, & non plus, quantum donatio pro tunc; poſtquam adeſt aduerbium, ex nunc, vt ergò quid diuerſum operetur, neceſſariò dicendum erit, quòd dictio, ex nunc, operetur trãſlationem dominij, dictio, pro tunc, operetur ſuſpenſionem perceptionis fructuum; & ſic ex hac prima ratione, remanet fundata concluſio ſupra facta.

Adducebam ſecundam rationem, quæ ex eo oritur, quòd lex nullatenus præſumit, quod diſponens, maximè in contractu inter viuos, fuerit adeò immemor ſuæ voluntatis, vt in eodemmet contractu, ſemetipſum corrigere voluerit; itaut lex in tali caſu diſpoſuerit, quòd detur quiuis intellectus, potiuſquam is, per quem quis dicatur ſemetipſum corrigere, ex regul. l. nam ad ea, ff. de cond. & demonſt. ſi itaque per dictionẽ, ex nunc, dicitur donans velle ex nunc transferre omnia; ſi poſteà diceretur per dictionẽ, pro tunc, quæ immediatè ſubnectitur, ſuſpendere acquiſitionem omnium in diem mortis, diceretur certè reuocaſſe dictionem, ex nunc, & inutilem illã reddidiſſe, taliter, quod ex tali donatione idẽ ſequeretur, quod ex donatione ſimpliciter facta, ex tunc poſt mortem ſimpliciter, ſequeretur, hoc eſt abſurdum; ergò dicendum erit, quòd donans, quando poſt dictionem, ex nunc, ſubnectit dictionem, pro tunc, nõ penitùs delere velit dictionem, ex nunc, ſed illius effectum modificare, quia ſcilicet per dictionem, nunc, & dominium, & fructuũ perceptio transferebantur; remanet translatio dominij, & ſuſpenditur effectus ipſius dominij, & ſic fructuum perceptio per dictionem, pro tunc, & ita ex ſecunda hac rõne remanet confirmata mea cõcluſio.

Tandem tertiam adijciebam rationẽ, etenim omnes DD. concludunt, & eadem pars fatetur, quòd ſi donatio eſſet ex nunc pro tunc, & ex tunc, proùt ex nunc, ſine dubio dominium adeò translatum diceretur, vt talis donatarius præferendus veniret omnibus, qui medio tempore ius quæſijſſent; Hic effectus ex clauſula, ex tunc, prout ex nunc oriri nõ poteſt, quia illa clauſula dat retrotractionem, prout deſignat Bald. in auth. contra rogatus, in princ. C. ad Trebell. & liquet id eſſe per viam retrotractionis, quia
9 adeſt illa dictio, prout, quæ per viam fictionis facit ſuam operationem, teſte Bar. in l. is, qui pro emptore, ff. de vſucap. & retrotractio non operatur, extremis non exiſtentibus habilibus, ergò neceſſariò dicendum, quòd opinio communis in caſu expoſito procedat ex vi clauſulæ, ex nunc pro tunc, quæ transfert dominium purè, & ſuſpendit acquiſitionẽ fructuum tantùm in euentum certi diei, quæ cùm in caſu noſtro non adſit, non mirum, ſi iuſtè dixi, ex donatione cum tali clauſula translatum eſſe dominium.

Fundata itaque hac concluſione, facilè erit reſpondere Doctoribus, qui fortè contrarium viſi ſunt tenere; ſiquidem primò doctrina tradita per Canoniſtas in cap. præterea, il ſecondo, extra de appella. & in clem. 1 de conceſſione præ-
10 bendę, quod Iudex ſi aliquem condemnat ad ſoluendum infra decem dies, & illum non ſoluentem excommunicet, in eadem ſententia cum clauſula, ex nunc pro tunc, quod tamen non dicetur excommunicatio facta, niſi in die purificatæ conditionis; talis doctrina nõ obſtat, quia & ſi voluntas Iudicis ſit per clauſulam, ex nunc pro tunc, excommunicare à die ſententiæ, quia tamen excõmunicatio eſt in pœnam nõ ſolutionis, opus eſt, vt primò præcedat non ſolutio, & ſit delictum, & poſtea ſequatur excommunicatio, & ſic pœna; & ſic qualitas rei præponderat vi verborum, ita declarat

optimè Bald. in cap. præterea, n. 11. extra de appella. Dec. ibid. nu. 10. ſed quorſum pro reſponſione ad hanc doctrinam Canoniſtas perquiro, ſi Ciuiliſtas habeo? Bald. ſcilicet in auth. contra rogatus, n. 7. C. ad Trebell. & Corne. in l. lecta, num. 6. ſi cert. pet. Caſus noſter talis nō eſt, quia qualitas ipſius rei diſpoſitæ, non contradicit vi verborum; compatiūtur etenim, quod à die donationis ſit tranſlatum dominium, & perceptio fructuum dilata ſit in diem mortis.

Hinc optimè euacuant dicta per Loffred. in conſ. 9. & Dec. in cōſ. 247. & Aret.
11 conſ. 41. & rogo attentè aduertatur, hi etenim loquuntur in donatione facta, ſi ſine liberis deceſſerit, & ſic in donatione merè conditionali per incertitudinem; an, non per incertitudinem ſolam, quādo vel quod reputetur conditionalis; at in tali caſu clauſula, ex nunc pro tunc, non poterit prodeſſe, quia ſi effectus huius clauſulæ eſt transferre purè dominium, & ſuſpendere perceptionem fructuum, iſtud nō poteſt cadere in tali donatione, quia eò ipſo quod eſt conditionalis, ius conditionis eſt ſuſpendere acquiſitionē dominij; nimirum ſi ex ratione ſuperiùs dicta, ius clauſulæ, ex nunc pro tūc, quia contradicit qualitati ipſius diſpoſitionis, opus eſt, vt qualitas diſpoſitionis præualeat, & ideò in tali donatione opus eſt clauſula contraria, ex tunc, ſcilicet prout nunc, quæ operatur per viam retrotractionis, quæ benè cadit in diſpoſitione conditionali, ſi ergò hæc noſtra donatio non habet conditionem. Poſtquam dies incertus ratione, quando, & certus ratione an, non habetur pro cōditione, ſed pro die, l. dies incertus, ff. de cond. & demon. cum glo. & clarum eſt id in præſenti cauſa, in qua donans dicit, ſe facere eam donationem, quæ pura irreuocabiliter inter viuos ſit, tali clauſula, ex tunc pro nunc, non erat opus.

Ex his proindè reſtat, quòd quando donatio non eſt ſub conditione, ſed in diem omninò exiturum, tunc dominiū transfertur per ſolam clauſulam, ex nūc pro tunc, compatiūtur etenim inter ſe; quod tranſlatio dominij fiat ante euentum diei, omninò exituri ex vi dictionis, ex nunc, & quod facultas percipiendi fructus dicatur ſuſpēſa in caſum mortis, & ſic clauſula, ex nunc pro tunc, operatur ſuum effectū, & talis eſt caſus noſter; At quando donatio eſt ſub conditione, tunc clauſula, ex nunc pro tūc, ſola nō operatur, quia iſta clauſula operatur tranſlationem dominij ex nunc, quod non compatitur cum qualitate diſpoſitionis, quæ, cùm ſit condicionalis, non admittit acquiſitionem pendente conditione, & ideò opus eſt in eo caſu clauſula, ex tūc, prout ex nunc, cùm propriè in diſpoſitione conditionali vis retrotractiua cadat, quæ ex hac clauſula inducitur; non autem vis tranſlatiua, namq; vt dixi, non compatitur.

Et vt in caſu meo, id *Dominis* Iudicantibus liqueat, attendebā, quòd voluntas donantis erat à die initæ donationis trāsferre dominiū, poſtquā in donatione adiecit clauſulam, ex nunc pro tunc, & è contra, quæ ſecundū lecturā patiſmet, demonſtrat voluntatē donātis eſſe trāſferre dominium à die initæ donationis adeſt & poteſtas, ſiquidem in aſſenſu aſſeritur, quòd donat infra feuda, conſequenda tamen poſt mortem, v3. ex nunc pro tunc, & hæc verba demōſtrant, quod in diem mortis eſt dilatum id, quod hominis factū requirit, & talis eſt apprehēſio corporalis ipſius rei, pro fructuum perceptione, verbum etenim, conſequi, ea propriè comprehendit, quæ factū hominis requirit, talis eſt tenuta, non dominium, ſeù poſſeſſio, ergò tenuta tantū eſt ſuſpenſa in caſum mortis. Secundò verbum, conſequi, eſt poſitū in vim participij futuri temporis (conſequenda,) ſcilicet, quo caſu demonſtratur requiri, factum hominis, prout plura Tiraq. in l. ſi vnquā, ſub verſ. reuertatur, n. 39. Tertiò adeſt dictio, conſequenda tamen, quæ dictio de ſui natura reſtringit, ſeù limitat, nō reuocat in totum, vt ergò modificet, non reuocet, eſt dicendum, quòd remaneat tranſlatio dominij, & poſſeſſionis à die donationis, & tenuta tantùm ſit ſuſpenſa, quòd ſi id ita ſit, poſſum iuſtè dicere, quòd in hoc voluntatem contrahentium expreſſam per donationem validatam aſſenſu habeo.

Hæc dixi, licet ex promiſſione de faciendo inſtrumentū publicum ſuper hac donatione inſerta in aſſenſu, poſſit dici validata hæc donatio facta, ex nūc pro tunc, & è contra, poſtquàm vigore illius promiſſionis, ad talem formā donationis aſtringi poterat, tū ex conſuetudine, tū etiā, quia de natura donationis purè irreuocabiliter inter viuos, hoc venit; Cętera modò DD. Iudicātes ſuppleāt pro miſeranda Camilla Brācatia, & ſex filijs.

*Iudicatum pro Brancatia.*

## ADDITIO.

AN & quando donatio ex nunc pro tunc, ſequuta morte dicatur pura reſoluenda ſub conditione, vel conditionalis pro reſoluendis hypothecis medio tempore contractis, latè diſcutit Reg. de Ponte conſ. 29. to. 2. ad quod Præſ. de Franch. deciſ. 213. in princ. dixit, fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio, quod donatio facta filio in capitulis matrimonialibus ex nunc pro tunc ſequuta morte, & è contra, & in præambula hora mortis, cum clauſula, conſtituti, operatur trăſlationem dominij à die initi contractus donationis, & poſt eum de eodē agit Camill. de Medic. conſ. 71. n. 67. & 69. & de ijs dictionibus, ex nunc, ex tunc, latè Barboſ. in tract. de diction. in dictione 109. Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Seruus pro damno dato poteſt illud offerre, & ſe liberare auxilio Prætoris.*
2 *Dominium ſemel quæſitum, auferri non poteſt, ſine facto acquirentis.*
3 *Viuere ſub Rege, ſumma libertas eſt.*
4 *Vaſſalli admittuntur ad ſe redimendum, & quare.*
5 *An liceat Regi vaſſallos punitos alienare.*
6 *Subuentiones alio nomine collectæ nuncupantur.*
7 *Conſiderandum erit, an interſit vaxalli, vt in alium ius, quod habet Rex transferatur.*
8 *Vaſſalli audiri debent, nè eorum conditio deterior fiat.*
9 *Appellatio cur introducta fuit.*
10 *Appellatio dicitur imploratio auxilij Iudicis.*
11 *Vaſſalli cur non præferantur in venditione iuriſdictionis criminalis.*
12 *Iudicari non debet ad imparia.*
13 *Conſtit. Regni perſonas ponderatur.*
14 *Intereſſe vaſſallorum conſideratur in alienatione vtilis dominij, cum mero, & mixto Imperio.*
15 *Rex cur à Deo inſtitutus.*
16 *Barones vix præcarium ſpiritum vaſſallis relinquunt.*
17 *Barones aliquando vſurpant per indirectum ſeruitium à vaſſallis.*
18 *Vaſſalli operas eis coherentes, ſi vni præſtant, alteri præſtare non tenentur.*
19 *Deciſiones Reg. Cam. producuntur circa prælationem venditionis iuriſdictionis criminalis, & ſecundarum cauſarum.*

## PRO VNIVERSITATE IVNGANI Contra Illuſtrem Comitem Roccæ Aſpri.

## ALLEGATIO V.

AN liceat vaſſallis pretium offerre, & ſe redimere, Rege concedente Terram demanialem, non opus eſt diſputare, cùm ſæpiùs iudicatum ſit pro vaſſallis, vbi eis expediēns viſum fuit, & Regiæ Curiæ melior conditio patuit, & talis determinatio duplici ratione proceſſit de iure, pro conſeruanda libertate, & pro bono publico, ad euitandum oppreſſiones vaſſallorum, quorum protector eſt Rex. Ex prima ratione conſeruandæ libertatis, id firmauit Io. Fab. in §. dominus, inſtit. de noxal. per illum
1 tex. cum glo. vbi habetur, quòd ſi Dominus pro delicto ſerui, noxali iudicio cōuentum eundem ſeruum pro noxa dederit, licet dominium perpetuò trăsferat, poterit tamen ſeruus offerre damnum, & ſe liberare auxilio Prætoris; hoc enim ſpecialiter fauore libertatis dixit glo. toleratur, cùm aliàs dominium ſemel
2 quæſitum auferri non poſſit ſine facto acquirentis, l. non enim, ff. rerum amota. & ex hoc arguit Io. Fab. idem eſſe in hominibus conditionalibus, & vaſſallis; viuere enim ſub Iuſtiſſimo, & Potentiſſi-
3 mo Rege, ſumma eſt libertas, vt probat tex. in Conſtit. Regni, perſonas, & in authen. de hære. & falcid. in princ. ibi, antiquam recipientes libertatem cum concord. quas latè congeſsit Io. Neuiza. inter conſilia Bruni conſ. 12. col. mihi 18. verſ. 2. quod non potuerit, ibi ſecundò probatur, qui multa ad propoſitum adducit, & communiter allegatur ad hoc, & propterea quando vaſſalli ſe redimunt, non vt ſint ſub ditione alterius,
4 ſed vt conſeruentur ſub Regia protectione admittuntur, hoc idem probatur ex notab. tex. in l. fin. C. de teſtam. manu.



Digitized by Google

qui omninò videatur, vbi fauore liber-tatis, etiam poſt alienationem rerum, datur facultas etiam extraneo adeundi hereditatem eius, qui non habet here-dem, vt ibi latius, & videatur ad propo-ſitum tex. in l. idem Iul. §. fin. ff. de actio. emp. & in l. 2. C. de paren. qui fil. di-ſtrax.

Eandem rationem cõſeruandæ liber-tatis, ſimulque & aliam euitandæ op-preſſionis, & ſic publicę vtilitatis, addu-xit Andr. in cap. 1. §. nec Dominus, de prohib. alien. per Frider. in 1. & 2. quæſt.
5 dùm tractauit, an liceret Regi, inuito vaſſallo, eum alienare, vbi inter alia ad-duxit, quòd Honorius Papa poſt rebel-lionem Siciliæ, ſuadendo voluit, Regem Siciliæ abſtinere ab alienatione dema-niorum, vt euitaret grauamina ſubie-ctorum, nàm intereſt Eccleſiæ, dominæ proprietatis Regni, tueri ius proprieta-tis, vt afflicti ſubditi à grauaminibus re-leuentur, & non præcipiantur, & finaliter concludit, quòd ſemper vbi intereſt vaſ-ſalli, ſeruabitur æqualitas, & poteſt vaſ-ſallus dicere, Ego nolo eſſe vaſſallus al-terius, quam Regis; Intereſt enim mea
6 non addici ſeruituti, quæ præter alia erit, vt præſtentur ſubuentiones, iuxta Conſtit. Regni, quamplurimum, quas Andr. appellat collectas, vt ibi latius per eum, ex cuius dictis colligitur debere
7 conſiderari, an interſit vaſſalli, vt in alio iure, quod eſt penès Regem, transfera-tur, & latius proſequutus fuit eandem quæſtionem poſt Iſern. Luc. de Pen. in l. 1. C. de capitat. Ciuium, cenſib. eximenda, vbi inter alia ad propoſitum adducit,
8 debere vaſſallos audiri, nè eorum con-ditio durior conſtituatur; nàm dùm ſunt vaſſalli alterius, tenetur illi reue-rentiæ munus impendere, quæ eſt honor exhibitus cum pauore, item nè commu-tent Dominos, quod ſi in ſeruis conſti-tutum eſt, multò fortiùs intereſt libero-rum hominum, non exire à Regia pro-tectione, qui non eſt Dominus, ſed Rex, & de liberis fieri ſeruos, nomen quippè Regium, ad dignitatem, honoriſque po-teſtatem pertinet, nomen verò Domini, ad tyrannidem, quia homines domino-rum, vt ſunt vaſſalli ab ipſa lege, quaſi ſerui habentur, ſed in communi condi-tione vniuerſorum ſeruiunt, quædam li-bertas eſt, & propterea fauendum his li-beris hominibus concludit, vt latiùs per eum, quorum omnium Doctorum ratio-nes, ſi conferant ad caſum, de quo agi-tur, circa alienationem iuriſdictionis ſe-cundarum cauſarum, in Baronem habe-tem iuriſdictionem in primis cauſis, Circumſpecti Domini Iudicantes facilè conſiderabunt, tùm ratione libertatis, tùm ratione publicæ vtilitatis, nè gra-uaminibus ſint ſerui, velint, vel nolint,
9 nàm ad hoc introducta fuit appellatio, vt releuentur ſubditi à grauaminibus, cap. ſuggeſtum, & cap. ad noſtram, extra
10 de appell. & appellatio dicitur implo-ratio auxilij Iudicis, Bar. in l. ſi minoris, de admin. tutor. licet Dom. Frecc. in ſuo tract. ſubfeudorum lib. 2. in 2. author. nu. 26. verſ. ſi Dominus, dùm loquitur in
11 caſu alienationis iuriſdictionis crimi-nalis, perfunctoriè dixerit, vaſſallos non debere præferri emptori, ea ratione, quia, cùm ſint iàm vaſſalli alterius ha-bentis iuriſdictionem; ceſſent rationes Andreæ, Ioannis Fabri, & Ioannis de Ne-uiza in locis præallegatis, ſubdens, quòd non ſit deterior vaſſallorum conditio, quia cùm dominus iuriſdictionis crimi-nalis ſit loco Iudicis deputati à Regia Curia, quando grauantur vaſſalli, pote-runt à Rege faciliùs releuari, licet demùm concludat, non debere paſſim admitti, cùm multoties Vniuerſitates decipian-tur, ſubducantur, & excorientur. At in propoſito; dùm de iuriſdictione ſecun-darum cauſarum tractatur, ſatis euidẽ-ter apparet de intereſſe vaſſallorum, & quàm deterior fiat eorum conditio, nàm licet ſint ſub iuriſdictione Baronis in primis cauſis, adhuc remanent ſub Re-gis protectione, ad quem in caſu graua-minis facilè recorrere poſſunt, & ſi fo-uent iuſtitiam, ſine dubio releuari; præ-ſertim, quia nullum vertitur Regis pro-prium intereſſe, non ſic, vbi idem Baro priuatiuè, & abdicatiuè eſt Iudex in pri-mis, & ſecundis cauſis, de cuius intereſ-ſe principaliter, & totaliter tractatur in pœnalibus, quia pauperrimi vaſſalli fa-tigati à Baronibus in primis cauſis, vix poſſunt ad appellationis remedium con-fugere, & ſic ſi fatigantur coram Barone etiam in ſecundis cauſis, confirmata ſen-tentia, abſque dubio à communiter ac-cidentibus, conſiderata generali inopia vaſſallorum, coacti erunt deſiſtere, & omne grauamen ſubſtinere, quod maxi-mè attendendum erit vbi agitur cum Barone (cũ reuerentia) tyrannico ſi quo quotidiè litigatur in Regijs Tribunali-bus

Digitized by Google

bus ſuper quotidianis grauaminibus, &
vbi modica ſumma eroganda eſt pro ta-
li redemptione, ita quod Vniuerſitates
non depauperantur, releuantur ab op-
preſſionibus, & melior fit conditio Re-
giæ Curiæ. Hinc Regia Maieſtas non
facilè ad tales alienationes ſecundarum
cauſarum procedere conſueuit; conſi-
derans, quàm graue ſit ſubditis, niſi in
caſibus maximæ neceſſitatis, & nihilo-
minus nunc ſanctè proſpexit, vt ijdem
vaſſalli præfererentur etiam pro minori
pretio; ita quod dùm modica mora
interiecta, eorum libertatem redimere
curant, non ſunt reſpuendi, imò læto ani-
mo, promptoque affectu admittendi: in
hoc enim Baronis non intereſt, qui ſuum
precium recipit, Regiæ Curiæ melior fit
conditio, & releuantur vaſſalli à futuris
oppreſſionibus, quod principaliter ſpe-
ctat ad Regem, & in hoc, quia fit condi-
12 tio vaſſalli deterior, rectè dicitur non
debere ad imparia iudicari, ex dictis per
Andr. in d. §. nec dominus, hoc idem
conſiderauit Affl. in d. §. ex eadem lege,
num. 1. de lege Corradi, vbi dixit, quòd
& ſi Rex poſſit alienare vtile dominium
ſine voluntate vaſſallorum, tamen ſi cum
Terra alienaret merum, & mixtum im-
perium, ( prout eſt abuſus maximus )
vaſſalli poſſent contradicere, quia me-
lior eſt eis, quod iudicentur à Rege, tan-
tò magis intereſt ſubditis, ſi concederet
etiam ſecũdas cauſas, quod ob maximã
importunitatem, vel ob maximam ne-
ceſſitatem, tunc dicit ipſe, conſtaret ſa-
tis notoriè de magno præiudicio ſubdi-
torum, & propterea à tàm magno præ-
iudicio Reges debent abſtinere, vt ibi
latius per eum; quis enim non animad-
uertit, quod vbi datur immediatus re-
curſus ad Regem, non ita facilè Baro-
nes prorumpũt ad grauamina ſubdito-
rum, experientia docet, & ſatis proba-
13 tur in præalleg. Conſtitut. Regni, Perſo-
nas, ibi, cùm omnes meritò liberi cen-
ſeantur, qui, nullo medio, ad imperialem
celſitudinem, & Regiam pertinent pote-
14 ſtatem, & ſi conſideratur intereſſe vaſ-
ſalli, vbi fit alienatio etiam vtilis domi-
nij cum mero, & mixto imperio; vt per
Affl. vbi ſupra, appellationis cauſa, mixti
imperij eſt, dixit Bar. in l. 1. §. 1. ff. quando
appell. ſit, & poſt eum Bal. in l. cùm poſt,
C. de appell. Igitur, quia tractatur de
alienatione mixti imperij, eadem ratio
militat, prout in alienatione primarum
cauſarum cum vtili dominio vaſſallo-
rum.

Item, ſi vbi additur alius Dominus,
qui primò non erat, dicitur quis redigi
in ſeruitutem, cap. 2. §. 1. vbi Peruſ. vlt. no.
de reb. Eccl. non alien. lib. 6. eodem mo-
do, vbi additur noua iuriſdictio, præſer-
tim appellationis, quia non ſolum di-
uerſa ratio conſiderari non poteſt, imò
15 maior per prædicta; Reges enim à Deo
ſunt, vt liberent oppreſſos à manibus
calumniantium, cap. Regium 23. quæſt. 5.
Dare autem hanc iuriſdictionem Baro-
nibus, eſt dare gladium in manu eorum,
cùm ſatis notum ſit, quod vix præcariũ
16 ſpiritum miſerrimis vaſſallis relinquũt,
vt dixit Bald. in l. ex hoc iure, ad fin. de
17 iuſt. & iure; & quando non habent ta-
lem iuriſdictionem, adhuc per indirectũ
eam ſibi vſurpant, ex cauth. Specul. quã
refert Bertacchi. in tract. de Epiſco. 4
lib. 7 1. quæſt. 26. alijſque multis artibus,
& medijs vtuntur, vt omni requiſitu pri-
uentur, vt latè proſequitur Io. Neuiza
in præalleg. conſ.

18 Item ſi conſideratur intereſſe vaſſalli,
vt operas perſonæ cohærentes, quas vel
præſtare tenetur, non præſtat alteri,
præſertim data inæqualitate perſonæ, ex
not. in l. 1. C. de nouat. & in l. 2. in princ.
ſol. matrim. per Docto. in l. ſi non ſolum
§. libertus, de cond. indeb. eodem modo,
& multò fortiùs conſiderari debet vbi
facultas appellandi ad Regem, quod re-
ſpicit releuamen vaſſalli, commutatur à
Rege in Baronem, & multò magis ad
eundem Baronem, in quo neceſſariò ſal-
tim quædam noua ſeruitus cõſtituitur,
vt is, cui patet aditus ad Regem, in quo
conſiſtit libertas, teneatur recurrere ad
eundem Baronem grauantem, nec conſi-
derent, quod Baro non exercet iuriſdi-
ctionem, ſed delegat cauſam, quia expe-
rientia noſtris temporibus ſoluit du-
bium, & ideò ſanctiſſimè ita alias Regia
19 Camera iudicauit, tàm in venditione
iuriſdictionis criminalis, quàm in vendi-
tione ſecundarum cauſarum, & ſi etiam
in primis cauſis, quandoque iudicatum
fuit contrarium, id proceſſit, quia pa-
tuit non expedire Vniuerſitati.

Et ex his patet reſponſum ad omnia,
quæ in contrarium obijciuntur, nam dũ
dicitur, hoc nouum genus eſſe retractus,
& lege non probari, imò contra regulas
iuris cõmunis eſſe, ex quibus nec eme-
re, nec vendere quis compellitur, & pro-
pte-

pterea & ſi antiquata conſuetudo hoc admiſerit in alienationibus vaſſallorum in primis cauſis, non ſit extendendum ad alienationes iuriſdictionis ſecundarum cauſarum, ex prædictis patet ſatis apertè, & legibus, & rationibus, quæ anima legis ſunt, intentionem Vniuerſitatum fundari; nec genus retractus dicitur Vniuerſitatum oblatio, dùm non quærunt alienæ iuriſdictioni ſe ſubijcere, ſed remanere in Regis dominio, & in priſtina libertate.

Dùm dicitur, quòd non immeritò admittuntur vaſſalli ad ſe redimendum à manibus Baronum in venditionibus Caſtrorum cum iuriſdictione ciuili, quia illi Barones dicuntur vtiles domini, & illis debentur adiutoria, & ab illis grauantur ſubditi alijs oneribus perſonalibus, ex his, quæ tradit Capic. deciſ. 127. non ſic in iuriſdictione criminali, in qua Barones dicuntur magis Officiales Regis, quàm domini, ex his, quæ tradit Afflict. in Conſti. ea quæ ad Decus, & Frec. in loco ſuperiùs citato, vt ſic meritò hæc duo diſtinguenda ſint; ſimiliter ex ſupra adductis patet reſponſum, quia iuriſdictiones criminales hodie non côceduntur Baronibus in officium, ſed in feudum; & multò magis conſideratur intereſſe vaſſallorum in alienationibus meri, & mixti imperij, & iuriſdictionis criminalis, quàm in alienatione vtilis dominij, vt conſideraūit Affl. in præall. §. ex eadem, de leg. Corra. vbi dixit, multò magis intereſſe vaſſallorum, ſi etiam ſecundas cauſas Rex alienaret, quod fieret ad maximam importunitatem, & hodie liquet factum ob maximam neceſſitatem; & experientia docet quotidiè, à quibus magis grauantur ſubditi; an ab vtilibus Dominis habentibus ſolam iuriſdictionem ciuilem, vel à Baronibus habentibus criminalem, & multò magis cum cognitione ſecûdarum cauſarum; & ideò etiam in alienatione iuriſdictionis criminalis ſeparatim idem ſeruatum, ac iudicatum demonſtratur; & meritò, quia eadem ratio, & multò maior militat ad libertatem ſubditorum, & vt ab oppreſſionibus releuentur.

Dùm dicitur, intereſſe ſubditis habere gradus iuriſdictionis vnitos, & in eodem loco, vt propterea emanauerit Regia pragmatica, ſecundas cauſas non debere extrahi extra Prouinciam; Reſpondetur, hanc rationem motiuam procedere, vt penès Regem ſint gradus iuriſdictionis vniti, non penès Barones, qui quantò maiorem iuriſdictionem habent in ſubditos, multò magis eos excoriant (cum reuerentia) & ſi iſtis temporibus hæc mala indifferenter procedunt, iuxta temporum diſpoſitionem iudicandum.

Nec quicquam moueat Dominos Iudicantes, quod ſi vaſſalli ad hanc libertatem admitterentur, non facilè Barones in neceſſitatibus Regis inuitarentur ad emptiones Caſtrorum, & iurium regalium, aut feudalium, timentes, nè ſubditi comparendo poſt emptionem admitterentur, quia ſi hæc læuis occaſio attenderetur, vtique nec in alienationibus vtilis dominij; cum primarum cauſarum cognitione audiendi eſſent ſubditi, quod tamen paſſim quotidiè admittitur, vbi melior Regiæ Curiæ conditio patet, & expedire Vniuerſitati liquet. At in redemptionibus iſtarum iuriſdictionum, quia modicum eſt pretium, non poteſt timeri notabile nocumentum Vniuerſitatum, & conſtat de eorum maximo præiudicio.

Item Catholica Maieſtas conſiderans tàm graue præiudicium vaſſallorum, in huiuſmodi alienationibus ſecundarum cauſarum, expreſsè mandauit, vt ijdem ſubditi allicerentur ad emptionem, ſeu potiùs redemptionem, & tamen non propterea Barones deſtiterunt.

Vltimò, conſideretur qualitas notiſſima Baronum concurrentium. Et hæc ſufficiat Religioſis Iudicantibus.

Lucius de Vecchio.

*Fuit iudicatum pro Vniuerſitate Iungani contra Ill. Comitem Rocca Aſpri.*

## ADDITIO.

De hac eadem deciſione meminit Præſ. de Franch. dec. 17. ſub n. 3. & ibidem de alijs conſimilibus diſcutit, de qua etiam memini in meo Compendio Deciſion. Regni par. 1. verbo, Demanium, verbo, Vniuerſitas, & verbo, Vaſſalli, Et an prælatio competat Vniuerſitati in affictu ponderis, & menſurarum, refertur deciſio noua in eodem Compendio verbo, Prælatio, & in venditione iuriſdictionis

nis criminalis Camill. de Curte in Diuerſ. Iur. feud. verſ. licet autẽ, n. 67. Quid autem in affictu ipſius Vniuerſitatis an ei, vel domino prælatio erit concedenda, fuit deciſum in fauorem domini, vt in 2. par. mei Compendij verbo, Prælatio, & alia conſerentia relata ſunt in verbo, Demanium, vtriuſque Compendij.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Decima debentur nedum de iure Communi, ſed etiam Regni.*
2 *Decimas præſtare tenentur Iudæi, & Saracenj.*
3 *Teſtes de Vniuerſitate pro ea deponentes, videntur deponere in cauſa propria.*
4 *Decima de iure diuino debita, nec tolli, nec minui poteſt præſcriptione, aut conſuetudine.*
5 *Decima quando præſcribi poteſt.*
6 *Falcidia detrahi debet de omnibus rebus, & non de vna.*
7 *Præſcriptio decimæ, etiam ſpatio 30. annorum non admittitur.*
8 *Præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis, & voluntarijs, quando incipit currere.*
9 *Conſuetudo non inducitur ex præſtatione difformi, quod limitatur nu. 10.*
11 *Decima cur inſtituta ſit.*
12 *Decimas non ſoluentes, excommunicantur.*
13 *Deciſio, ſi debeatur decima Epiſcopo de omnibus rebus, & non in arbitrium relicta producitur.*

PRO REVERENDISSIMO EPISCOPO Iſerniæ, contra Vniuerſitatem Montis Rodoni.

ALLEGATIO VI.

Reuerendiſsimus Epiſcopus Iſerniæ prætendens decimas de iure diuino ab Vniuerſitatibus, & hominibus ſuæ Diœceſis, habet de iure ſuam inten-
1 tionem fundatam, tam de iure communi, quàm in Regno, toto titul. extra de decim. cap. reuertimini 16. quæſt. 1. Idem ſtatuerunt Rex Gulielmus, & Imperator Fridericus in Conſtit. quanto, & Robertus in cap. & quia nuper, quod eſt adeò verum, vt ad ipſius præſtationẽ
2 teneantur etiam Iudæi, per tex. in cap. de terris, eod. tit. id quod extendunt etiam Doctores ad Saracenos, Oldr. in conſ. 91. Suar. in alleg. 28. nu. 4. Et neque conſuetudo ipſi aduerſatur, cùm dictæ Vniuerſitates, & homines non negant præſtationem decimarum, imò ipſam in omnibus ſuis articulis fatentur, vnde iuſtiſſimè S.C. ſententiam protulit in fauorem ipſius Epiſcopi.

Verùm duo tantum in contrarium obijciuntur: Primum eſt, quòd tenentur ad decimam frumenti tantùm, non aliarũ frugium. Secundò, quòd non tenetur ad decimam, aut aliam præſtationem ordinariam, & taxatam, ſed ipſorum arbitrio, quæ duo prætenduntur per præſcriptionem, aut conſuetudinem centum annorum probaſſe, quàm nequaquam probare videntur teſtes, ſed caſu, quo eam probarent, de ipſorum depoſitionibus nulla de iure eſt habenda ratio, cùm præter duo, omnes ſint homines dictarũ
3 Vniuerſitatum, qui cùm deponant de intereſſe ſingulorum vt ſingulorum, videtur deponere in cauſa propria, & ideò nullam faciũt fidem, teſte Affl. poſt alios in dec. 400. duo verò teſtes, qui ſũt extra Diœceſim, manent in eadem Diœceſi, quapropter eodem morbo videtur peccare, neque dictam præſcriptionem obſtare apparet ex communi Doctorum ſententia approbante decimam, tanquã
4 de iure diuino debitam, neque tolli, neq; minui poſſe aliqua præſcriptione, aut conſuetudine, eamq; probat tex. in cap. cauſam, extra de præſcript. nu. 1. eamq; poſt alios quos referũt communem eſſe opinionem atteſtantur Guido Pap. in dec. 284. & Couarr. lib. 1. var. reſo. cap. 17. nu. 8. Roch. de Curte in cap. cùm tanto, num. 22. extra de conſuetu. Io. Bapt. Bonius in tract. de ſtatu. vrb. præſcrip. gl. 19. nu. 289. intelligens conſ. 29. Pariſij vol. 4.
5 & alios Doct. contrarium tenentes in decimis, quæ debentur à laicis laico, non autem Eccleſiæ, Suar. in d. alleg. 28. nu. 5. & multa prò hac opinione eliguntur, Affl. in d. Conſt. quanto, nu. 11. & non cadere in laicum tanquam ſpirituale, tenet And. de feu. mar. in 3. Præterea ſimiles
6 eſſe decimas falcidiæ, quæ debet detrahi de omnibus rebus, & non de vna tantum, dixit ſignanter Bal. in conſ. 435. vol. 1. quæ opinio ſi vt communis, & ratio-

tionum,ac Scribentium authoritate fulcita,ita & vera eſt ſententia S.C.in fauorem Reuerendiſſimi Epiſcopi,debet omninò confirmari,maximè cùm nil ſit deductum in cauſa reclamationis, & per Reuerendiſſimum Epiſcopum nonnulla in facto deducta ſunt.

Quę opinio poterit in caſu noſtro adiuuari,cùm non probauerit Vniuerſitas dictam partem decimæ ſoluiſſe, inuito, aut contradicente Epiſcopo, ſed potiùs eius voluntate, qui miſericordia ductus exigebat decimam, quam ipſi offerebant, vt in facto annotauimus, ex quo cùm ſumus in ſeruitute diſcontinua, reſultat vera iuris concluſio,quæ eſt,quod
7 neque ſpatio centum annorum præſcribi poſſit,vt ex tex.in l.fin.& ibi notat Caſt. quemadm. ſerui.amiſſ. Cæpolla ponit, ac ſequitur in tit.de ſeruitut. vrb. præd. cap.20.num.1.deindè in ſeruitutibus ne-
8 gatiuis,& voluntarijs,& ſic iſta præſcriptio incipit currere à die prohibitionis,glo.not.in ver.formam,& ibi Pau.de Caſt.num.2.in l.qui luminibus, ff.de ſeruitutib. vrb.præd. facit etiam ex tex.in l.hæc autem iura, ff. eod. cum qua concluſione tranſit Franc. Balb.in tract. de præſcript.in 7.quæſt.2.par.5.par.principalis,nu.4.Tertiò hoc probatur, quia præſtatio, quam prætendit pars aduerſa
9 non fuerit vniformis,ſed diſformis ipſius arbitrio, & voluntate, vt ipſi teſtes deponunt, quo caſu nunquàm inducitur conſuetudo.Bar.in l.ſolent, §. non verò, nu.3. ff.de offic.Proconſ. qui & alios refert in conſ.215.nu.2.verſ.2. Sin autem aliquod dubium dicta opinio habere videretur,vt pleriq; Doctores,eam in controuerſiam vertunt, quamuis bonā aliquam rationem non allegent,& ipſorum aliqui loquuntur in decima debita laicis, quod eſt ſummè aduertendum; ta-
10 men negari non poterit, contrariam opinionem,ac concluſionem procedere, dummodò ex alijs decimis, vel ex ipſarum parte remanente ſufficiat, honeſtè Sacerdotum ſubſtentationi, vt colligit Couar.in præd.cap. verſ.ſexto, & ſeptimo; quæ limitatio vera,& rationalis eſt,
11 nàm dicta decima fuit inter cętera inſtituta,vt Sacerdotes, & Leuitæ,qui Domino ſeruiunt habeant cibos, d.cap.reuertimini 16.q.1. In caſu noſtro militat, cùm ſit latè probatum, Epiſcopatum prædictum aſcendere ad introitum ducatorum 350.aut 400.ex fide Regimenti Ciuitatis Iſerniæ fol.155.& per teſtes,& clericos Diœceſis, & præſertim Terræ Montis Rodoni ob maximam paupertatem fodiſſe, & alia exercitia inconuenientia feciſſe,nunc autem poſſunt ſe ciuiliùs ex dicta decima ſubſtentari, cùm ſententia S.C.condemnet Vniuerſitates, & homines prædictos ad ſolutionem decimarum nō ſolum Epiſcopo,ſed Clero, fol. 141. & Epiſcopus habet ex dicta quarta quartam tātùm,& aliæ tres partes applicantur Clero, vt eademmet Vniuerſitas Montis Rodoni articulatur in 5. art. fol. 68. & ex conuentione inita inter Epiſcopum, & Vniuerſitatem Pizzuti apparet fol.51.Adeò quod dicta ſententia attulit maiorem vtilitatem Clericis, qui ſunt eiuſdem Diœceſis, & hominibus dictarū Vniuerſitatum,quàm Reuerendiſſimo Epiſcopo, qui tanquàm ab omni auaritia alienus,cum omnibus alijs Vniuerſitatibus concordiam inhijt; præterquam cum Vniuerſitatibus Montis Rodoni, & Galli,quæ duæ tantum proſecuntur reclamationem, de qua nunc agitur ob inimicitiam,quam habēt cum Epiſcopo, quia zelo iuſtitiæ motus aliquos ipſorum clericos pœna triremium mulctauit.

Ex quibus clariſſimum redditur dicti Epiſcopi ius,maximè cùm tractetur de fauore Eccleſiæ coram tàm ſanctiſſimis, & doctiſſimis Iudicibus.

12 Tandem vidi Concilium Tridentinum dicens, quòd qui dare nolunt decimas debitas,res alienas inuadunt,propterea eos excommunicat, cum hoc,quod non abſoluantur,niſi plena reſtitutione ſecuta, hortaturque omnes, vt largè ſubueniant Epiſcopis,& Parochis pauperibus de bonis ipſis à Deo collatis, in ſeſs.25. & vlt.c.12.ſub tit.de reform.

Scipio Garganus.

13 *Fuit iudicatum pro Epiſcopo contra Vniuerſitatem Montis Rodoni.*

## ADDITIO.

VErum eſt,quod decima de fructibus debetur, Medic. conſ. 52. num.26. Sed de omnibus rebus ſuæ Diœceſis debentur decimæ Epiſcopo,Marta voto 66.nu.1. imò ex omni genere ſolui debent,Mant.deciſio. 365.num.1. ſed hoc putat Marta eo. loco

Digitized by Google

loco num. 16. decimas deberi de omnibus, quando territorium eſſet effectum decimale, nihilominus decima non tantum pro fructibus perceptis in territorio, ſed etiam de alijs fructibus perceptis ex territorio, & ſic iudicatum in S.C. Viuius dec. 4. n. 63 & 64. Ricc. variar. reſolut. reſol. 96. & ſic etiam de caulis, lupinis, mileo, palea, oliuis, & arboribus, & ſic deciſum per S.C. & R.C. Anna alleg. 94. num. 6. & ſing. 142. Ricc. reſol. 109. Borrel. conſ. 20 reliqua videas in meo compend. verb. Decima, par. 1. & 2. ſimiliter decima nō ſolum de victualibus debetur, quando territoria coluntur, ſed etiam de herbis agreſtis, deciſum fuit per S. C. refert Capibl. in 2. tomo de Baron. cap. 78. num. 18. Thoro,

## SVMMARIVM.

1 *Verba, totam decem, intelliguntur detracta legitima, & nu. 22.*
2 *Legitima matri debetur de iure natura, ſiue poſitiuo.*
3 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*
4 *Legum correctio induci non debet per tacitos, & ſubauditos intellectus.*
5 *Statutum debet reduci ad terminos iuris.*
6 *Lex requirit, ut legitima mentionem fieri.*
7 *Verba quamuis generalia non excludunt matrem à legitima, niſi mentio fiat expreſſè.*
8 *Legitima non intelligitur excluſa à ſucceſſione, niſi expreſſè.*
9 *Excluſus per ſtatutum abſque ſuo facto, & aperias fauore non cenſetur excluſus à legitima, & ita iudicatum.*
10 *Renunciatio generalis non includit legitimam.*
11 *Filius poterit agere ad ſupplementum legitima, non obſtante, quod pater eum hæredem in centum relinquiſſet, ut eſſet contentus.*
12 *Hæres poterit retinere quartam, etiam ſi teſtator mandauerit reſtitui totam hæreditatem.*
13 *Excluſio matris à legitima, debet fieri expreſſè, non verbis generalibus.*
14 *Verbum, totum, an excludat detractionem Trebellianica; referuntur opiniones hinc inde.*
15 *Geminatio verborum, an excludat detractionem Trebellianica.*
16 *Verbum, totum, poſitum eſt ad differentiam medietatis, & recipit terminationem.*
17 *Verbum, ſine aliquo onere, qualiter intelligatur.*
18 *Verba ſtatuti, accipienda ſunt in proprio ſignificatu.*
19 *Legitima prouenit à lege.*
20 *Voluntas teſtatoris lex eſt.*
21 *Glo. in l. decem, ff. de fideicomm. lib. qualiter intelligatur.*
23 *Verbum, totum, à lege vel ſtatuto prolatum, qualiter intelligatur.*
24 *Dec. conſ. 19. quando procedat.*
25 *Maritus non plus lucratur, quam unus ex filijs primi matrimonij.*
26 *Alex. conſ. 3. vol. 7. qualiter procedat.*
27 *Lex ubi non dicit, nec nos dicere debemus.*
28 *Statutum, non ligat non ſubditos.*
29 *Pater ſuccedit filio prædefuncto.*
30 *Statutum contra æquitatem naturæ rationalis, non erit ſeruandum.*
31 *Statutum excludens matrem, eſt quædam exhæredatio ſtatutaria.*
32 *Statutum, quòd mater, vel filius ſine cauſa exhæredetur non valet.*
33 *Vxor quare ligatur ſtatuto viri.*
34 *Nomina falſa rebus non conueniunt.*
35 *Aequalitas in ſtatutis, & pactis, ſeruanda eſt.*
36 *Ciuitas populoſa eſt quæ in numero, etiam aduenas comprehendit.*
37 *Maritus promittendo reſtitutionem dotis, quando ſtatuto videtur renunciaſſe.*
38 *An & quando pactum ſit attendendum, & non ſtatutum.*
39 *Vir præſumitur habere ſcientiam & notitiam de ſtatuto ſuæ patriæ.*
40 *Dec. conſ. 403. qualiter procedat, & non conueniat facto noſtro.*
41 *Iuramentum habet vim verborum derogatoriorum.*
42 *Conſuetudo idem eſt quod ſtatutum.*
43 *Clauſula, non obſtantibus, eſt derogatoria ſpecialis & expreſſa.*
44 *Dos reſtitui debet, iuxta formam promiſſionis.*
45 *Deciſ. quæſt. citatur.*



Digitized by Google

**PRO ILL. DOMINA MARCHIONISSA Pulignani, contra Ill. Comitem Torniellum.**

**An ſtatutum Nouariæ excludat matrem à legitima.** *Dei æterni nomine inuocato.*

## ALLEGATIO VII.

ET verba dicti ſtatuti hæc ſunt: Si aliqua mulier poſtquam per virum traducta fuerit, ſiuè poſtquam fuerit ad maritum, deceſſerit viuente marito ſine liberis ex ea, & ipſo procreatis, quod ipſe maritus lucretur medietatem dotis ipſius vxoris ſine aliquo onere, & hoc, ſiuè ipſa dos ſit realiter, vel manualiter data, vel ſi dos confeſſata, & ſimiliter lucretur medietatem dotis promiſſæ, & prædicta locum habeant in viro, & vxore oriundis de Ciuitate, vel diſtrictu Nouariæ; ſi verò mulier oriunda fuerit aliundè, tunc maritus ſuperuiuens lucretur totam dotem ſine aliquo onere.

Et præſuppoſito, quod dictum ſtatutũ vigeat, & omnia ſtatuti requiſita eſſent verificata, nihilominùs dictum ſtatutum non excludit matrem à legitima, nàm
1 illud verbum, totam dotem, intelligitur detracta legitima, facit tex. in l. Neratius, iuncta glo. in ver. conferre, ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi dotans ſtipulando, totam dotem ſoluto matrimonio ſibi reſtitui; nihilominus id deducitur, quod expenſum fuerit in funus deceden-
2 tis mulieris, matri debetur legitima de iure naturæ, ſiuè poſitiuo, l. nàm & ſi parentibus, ff. de inoffi. teſtam. in authen. de trien. & ſemiſ. in princ. ſtatutum debet
3 recipere interpetrationem paſſiuam à iure communi, per not. in l. 2. C. de noxa. & per ea, quæ voluit glo. in l. ſciendum, in princ. ff. qui ſatiſd. cogan. & glo. in auth. offeratur, C. de lit. conteſt. ergò iſtud ſtatutum Nouariæ de lucro dotis recipit interpetrationem paſſiuam à diſpoſitione d. l. nàm & ſi parentibus; iſtud ſtatu-
4 tum non loquitur ſpecificè de matre, nec de legitima, & non debemus per tacitos, & ſubauditos intellectus, inducere legum correctionem, vt dicit glo. ſingul. in cap. cupientes, §. quòd ſi per viginti, de elect. in 6. & glo. fin. in l. vt liberis, in verſ. nec leo vetat, C. de collat.
5 ſed potiùs ſtatutum iſtud reducendum eſt ad terminos iuris, vt dictum eſt per not. in d. l. 2. C. de noxa. & in cap. cùm dilectus, de conſuet. Præterea lex requi-
6 rit de legitima expreſſam mentionem fieri, l. ſi quãdo, §. generaliter, ibi, niſi hoc ſpecialiter, C. de inoffi. teſtam. Vndè ver-
7 ba ſtatuti, quantumuis generalia, non excludunt matrem à legitima, niſi de legitima expreſſam mentionem faciat. Bald. conſ. 421. antiquum ſtatutum Ciuitatis Peruſij li. 3. vbi refert, quòd Collegium Florentinum ita cum eo conſuluit, ſequuntur Alex. conſ. 7. viſis diligenter, nu. 7. lib. 1. idem Bald. conſ. 391. præmittendum eſt nu. 2. verſ. item per ſtatutum lib. 4. Curt. Sen. conſil. 13. ſtatuto Ianuæ nu. 25. & 26. & conſ. 37. conſiderato themate, nu. 6. & 7. idem in ſucceſſio-
8 ne, excluſus à ſucceſſione, quæ eſt ius vniuerſum, non intelligitur excluſa legitima, Bal. conſultus ſuper ſtatuto Mantuæ ita reſpondet, conſ. 452. nu. 3. cum præceden. & ſequen. lib. 1. Salic. qui in eod. caſu Bald. ſuper ſtatuto Mantuæ conſuluit, vt habetur conſ. ſeq. 453. eod. lib. 1. aſſignat rationem, quia excluſus per ſtatutum
9 abſque ſuo facto, & alterius fauore, non debet dici excluſus à legitima, & aſſerit, quòd eo legente Paduæ ita fuit iudicatũ per Auditores Cardinalis Albanenſis tẽpore Vrbani V. Idem tenuit Cardin. Florent. conſ. 80. præſuppoſito ſtatuto, idem in pacto liberatorio, ſimiliter facit liberationem, & renunciationem ampliſſimam, & generaliſſimam de omnibus bonis paternis, & maternis, non in-
10 telligitur renunciaſſe legitimæ, niſi de legitima expreſſiſſet, Afflict. dec. 178. in cauſa filiorum, & hæredum, nu. 3. & ſi pactum liberatorium, quod eſt fauorabile, non excludit legitimam; ergò nec ſtatutum, quod eſt mixtum fauore, *& odio*,
11 fauore mariti, & odio matris; *idem in* diſpoſitione morientium, ſi pater in teſtamento inſtituit filium ſuum hæredem in centum, pro quibus mandat eſſe contentum, & quod nihil vlterius petere poſſit in bonis, & hæreditate ipſius, & filius acceptet centũ ſimpliciter, & abſq; proteſtatione petendi ſupplementum legitimę; nihilominus filius poterit agere ad ſupplementum legitimæ, cui renũciatum non videtur, ita Gui. Pap. dec. 93.

Prę-

Digitized by Google

Præterea in Trebellianica, quæ multò minus priuilegiata eſt, quàm legitima, ſi teſtator rogat hæredem ſuum, vt reſtituat totam hæreditatem, nihilominus hæres rogatus poterit reti-
12 nere quartam, non obſtante illo verbo, totam hæreditatem; ita decidit Iureconſult. in l. qui totam, & l. ſi hæres ab eo, §. ſi totam, l. ita tamen, §. Trebellianum, & l. Lucius, §. hæres inſtitutus, ff. ad Trebellian. Hoc idem in Trebellianica firmauit Angel. in authen. de hære. & falcid. §. ſi verò expreſſim, ſub iſta ratione, quia vbi lex requirit aliquid fieri expreſſim pro eo, quia fa-
13 ctum ſimpliciter, eſt contra diſpoſitionem iuris, ſicut in caſu noſtro excludere matrem à legitima, tunc debet fieri expreſſim, & hoc idem voluit Oldrad. conſil. 248. præſuppoſita conſuetudine, num. 4. verſic. ad quartam quæſtionem, quia talis prohibitio non debet fieri per coniecturas, ſed expreſſim, & declarat illud verbum, expreſſim, hoc eſt non verbis obſcuris, & generalibus, ſed palàm, facit tex. in l. ſi quis, in princip. teſtamenti, verſic. ſed hoc ita locum habebit, ff. de legat. 3. l. fin. iuncta glo. in verb. expreſſim, C. de indic. vidui. toll. glo. ordinaria in cap. inquiſitores, ſuper verbo, expreſsè, de hæreti. lib. 6. Hoc idem intrepidè tenuit Roman. conſil. 75. neſcio quæ ex re, & conſil. 79. totum fundamentum; & licet Alexand. conſil. 5. circa primum dubium, num. 14. & 15. lib. 3. teneat,
14 quòd iſtud verbum, tota, excludat detractionem Trebellianicæ, & dicat, quòd iſta eſt communis opinio; tamen, cùm iſte caſus contingeret in Ciuitate Florentiæ in magna hæreditate, omnes valentiores Doctores Italiæ contrarium conſuluerunt, vt teſtatur idem Roman. in authen. ſimiliter, num. 109. C. ad legem falcid. vbi multis iuribus, & authoritatibus probat hanc opinionem eſſe veram, quod dictum verbum, tota, non excludit detractionem Trebellianicæ, etiam in alio conſilio ſuo 239. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & ſecundum eam bis obtinuiſſe, idem ſequutus eſt Soccin. conſil. 14. ſequendo ordinem, num. 8. lib. primo, & eodem libr. conſil. 33. Proſequendo ordinem num. 15. verſic. ſecunda principalis dubitatio, vbi per duodecim media fundat hanc ſententiam, & Dec. viſis dictis conſilijs Roman. & Soccin. dixit, quòd tenere contrarium, non eſt tutum, vt habetur in conſil ſuo 495. num. 23. Iaſo. conſil. 84. puto, quòd quemadmodum, lib. 1. num. 9. vbi dicit, quòd multi Doctores magnæ authoritatis, & fortè plures tenuerunt hanc opinionem, quæ in puncto iuris eſt ſubſtentabilis, Benedict. Capra conſil. 36. circa hoc, & conſil. 83. cum viſo, & conſiderato, in fi. in quibus aſſerit, quòd iſtud communiter tenetur, communem etiam eſſe fatentur Bellon. conſil. 67. perſiſto adhuc in meá prima opinione num. 1. & 2. Bertran. conſil. 148. ſi honorabilis, num. 14. verſ. ad ſextum dico, & reſpondeo, lib. 3. & ibi admonet, quòd ab iſta communi opinione in cõſulendo, & iudicando non eſt recedendum, cum Roman. & alijs Doct. Italicis concurrit Paul. de Caſt. vt ipſe ſcribit in conſil. ſuo 77. viſa facti narratione, num. 3. verſic. ad aliud, dùm quæritur, lib. 2. dùm in eo aſſerit, quòd ita vidit aliàs conſultum per valentes Viros Florentiæ; verùm, quando in diſpoſitione, vel ſtatuto, eſſent verba geminata, & multiplicata, vtputà totam, & integram, & abſque aliqua diminutione, tunc, quantum ad Trebellianicam eſſet dubium, Grat. conſ. 103. nu. 14. lib. 2. non autem quantum ad legitimam, quæ
15 per quæcunque verba geminata, & multiplicata, nunquàm cenſetur prohibita, vt ſupra dictum fuit, & in Trebellianica, videndum eſſet, an dicta verba poſſint aliud importare, quàm detractionem Trebellianicæ, aut non; nos autem tractamus de legitima, & in ſtatuto noſtro non ſunt verba multiplicata, nec geminata, ſed tantum illud verbum, totam dotem, quod ſolùm non ſufficit, & importat aliud, quàm excluſionem matris à legitima; nàm in prima parte ſtatuti, ſtatuentes loquuti fuerunt, quòd maritus lucretur medietatem dotis, ſi maritus & vxor ſunt oriundi de Ciuitate, vel diſtrictu Nouariæ; In ſecunda parte, ſi mulier fuerit oriunda aliundè, quod maritus lucretur totam
16 dotem, & ſic illud verbum, totam, poſitum eſt ad differentiam medietatis, & recipit terminationem, vt intelligatur detracta legitima, argumento tex. in l. 1. §. 1. iuncta glo. in verbo, totum, ff. de ſuſpect. tutor. & aliud verbum poſitum in ſtatuto, ibi, ſine aliquo onere, non debet intelligi, ideſt

C ſine

ſine aliqua diminutione, quia hoc mo-
17 do intelligendo, verbum impropriare-
18 tur, & regula eſt vera, quod verba ſta-
tuti debent aſſumi in proprio ſignifica-
tu, ſecundum Bart. in d. l. omnes po-
puli, num. 58. ff. de iuſtit. & iure: & ſic
ſine aliquo onere intelligas prouenien-
te ex cauſa contractus, vel alia ab ea-
dem muliere, & in ſimili voluit Bald.
conſil. 181. poſito ſine præiudicio lib. 4.
Non autem intelligendum eſt de legiti-
19 ma, quæ legitima prouenit ex lege, vt
d. l. nam & ſi parentibus, & l. lege ob-
uenire, ff. de verbor. ſignificat. Verùm
Alexan. alio modo concordat has opi-
niones ſic diſtinguendo, aut loquimur in
diſpoſitione hominis, aut in diſpoſitio-
ne legis, vel ſtatuti; ſi diſpoſitione ho-
20 minis; non tamen in vltima volunta-
te, quia voluntas teſtatoris eſt lex, §. di-
ſponat, in authen. de nupt. Sed in di-
ſpoſitione hominis inter viuos, in qua,
21 dicit ipſe, procedit glo. in l. decem,
ff. de fideicommiſſ. libert. cum alijs per
eum coaceruatis in dict. conſil. 5. lib. 3.
Si in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, tunc
procedit opinio contraria, quòd ver-
22 bum, tota, intelligitur detracta legi-
tima, & ita notabiliter diſtinguendo,
tradit in l. fructus, num 4. ff. ſolut. ma-
trimon. & iſta diſtinctio eſt Bald. in
l. 1. num. 4. verſ. dicit ſtatutum, C. de
fruct. & lit. expenſ. Bart. in d. l. fructus,
num. 6. & 7. Moderni in l. non amplius,
23 in princip. de legat. primo, verbum
enim, totum, cùm proferatur à lege, vel
ſtatuto, ſemper intelligitur, deducto
eo, quod de iure deducendum venit;
& ſic, ſaluo legis beneficio, idem Bald.
in l. fin. num. 2. C. ad legem falcidiam;
quamcunque ergò partem tenuerimus,
hæc *Domina* mater non poterit exclu-
di à legitima.

24 His non obſtat conſilium *Decij* 19.
quoniam *Decius* facit duos caſus, Pri-
mus, quando ſtatutum loquitur ſimpli-
citer, vt quia dicit abſolutè maritus
lucretur totam dotem, nulla facta
mentione de liberis; Addo etiam, &
nulla facta mentione de matre, cùm
eadem ratio, quæ militat in filio, mi-
litat & in matre quantum ad legiti-
mam. Secundo caſu, quando ſtatutum
dicit expreſsè, & ſpecificè, quod ma
ritus lucretur totam dotem, etiam
exiſtentibus filijs primi matrimonij, &
ſic etiam diceret exiſtente matre; Pri-
mus caſus eſt caſus noſter, & in dicto
primo caſu *Decius* decidit, quòd ſtatu-
tum non præiudicat filijs primi matri-
monij, maritus non plus lucratur, quàm
vnus ex filijs primi matrimonij, iuxta
l. hac ædictali, C. de ſecundis nuptijs,
25 & ſecundum illam ſtatutum limita-
tur, & intelligitur Bartol. & alij in d. l.
hac ædictali, & teſtatur, quòd iſta eſt
communis opinio, in propoſito no-
ſtro, iſtud ſtatutum Nouariæ, cùm nul-
lam mentionem faciat de matre, ma-
tri non præiudicat, & debet regulari
ſecundum terminos legis, nam & ſi pa-
rentibus, ne mater defraudetur ſua
legitima. Secundus caſus non eſt ca-
26 ſus noſter, quia dictum ſtatutum No-
uariæ non nominat matrem, vt dictum
eſt; ſimiliter non obſtat conſilium Ale-
xand. tertium, circa præmiſſam conſul-
tationem, lib. 7. quia Alexand. loquitur
de ſtatuto Piſanenſi, quod ſtatutum ſpe-
cificè excludit matrem ab impugnan-
do teſtamentum filij, etiam ſi nihil ei
reliquiſſet, vel ſi filius ab inteſtato de-
ceſſiſſet, vt ipſe ſcribit eodem conſil. 3.
num. 10. & ſequenti. Si ſtatuentes No-
27 uariæ voluiſſent excludere matrem,
dixiſſent, ipſi non dixerunt, nec nos di-
cere debemus, l. vnica, §. fin autem,
ad deficientis, C. de caducis tollend.
& ſi dixiſſent, quòd mater penitùs de-
nudaretur, & ſucceſſione, & legitima
filiæ; nihilominus, quantum ad rem
noſtram, nihil feciſſent, iſta *Domina* ma-
28 ter forenſis ſtatuentibus non ſubdita,
ſtatuto non ligatur, & ideò dicebat
Paul. de *Caſtr.* conſil. 32. circa primum
quæſitum, lib. 2. quem *ſequitur* Ioan.
Crot. in repetit. dict. l. omnes populi,
num. 158. quod ſtante ſtatuto in Ciui-
tate, quod mater excludatur à filij ſuc-
ceſſione ſtantibus conſanguineis ex par-
te patris; tale ſtatutum non habet
locum in matre forenſi, ex quo non
potuit inijcere vinculum *dictæ* ma-
tri, quæ ſtatuentibus ſubdita non eſt,
& ſic modo, non obſtante dicto ſtatu-
29 to, pater filio prædefuncto ſucce-
deret, prout diſponit ius commu-
ne, iuxta authenticam defuncto,
C. ad Tertullian. & nos non tracta-
mus de ſucceſſione, ſed tantum de
legitima, quam ſi iſtud ſtatutum
30 Nouariæ tolleret, ſtatutum eſſet
inhumanum, contra omnem æquita-
tem naturæ rationalis, nec eſſet ſer-
uan-

Digitized by Google

uandum, etiam ſi à ſuperiore fuiſſet confirmatum, vt. in terminis decidit Bald. conſil. 83. Præmittendum eſt lib. quinto, quem ſequitur Caſſaneus in Conſuet. Burgund. rub.7. §.6. tit. de ſucceſ.en ligne. fol.249. & nouiſſimè hoc idem tenuit Dom. Didac. Couar. nunc Præſidens ſupremi Regij Conſilij meritiſſimus in tit. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §.6.num.5. ſtatuta excludentia matrem,
31 eſt quædam exhæredatio ſtatutaria, Corn.conſil.147.pro deciſione lib.3. ſtatutum,vel Conſuetudo, quod mater, vel
32 filius ſine cauſa exhæredetur,non valet. Andr.de Iſern. in repet. authen. habita, quam poſuit in fine ſui operis, in vſib. feud.ſuper ver. ex peruerſa conſuetudine, num.8. Hæc Domina mater benemerita non eſt priuanda luctuoſa filiæ legitima; præterea iſta ſecunda, & vltima pars ſtatuti, quòd ſi mulier fuerit origine aliundè,maritus lucretur totam dotem, continet odium irrationabile;
33 nàm ratio, quare vxor ligatur ſtatuto eſt,quia matrimonium ſua natura nouat originem mulieris, & ad originem viri transfundit,vt notatur per gl.in l.origine,C.de municip. & orig.lib.10. & erunt duo in carne vna, & in vita gaudeat, & ligetur ſtatuto viri,tanquàm transfuſa in eius originem, quomodo in morte habeatur vt peregrina, & extera? tollenda eſt ergò hæc cauda ſtatuti,tanquã inhumana, & ſecundum eam non eſt iudicandum,argum. tex. inſtit. de leg. fuſ. cani.tollend. Abſurdum eſt enim, quod quaſi per Satyram inducta remaneat,
34 videlicet, quòd in vita ſit Ciuis, & in morte non: falſa enim nomina rebus non conueniunt, l.vnica, C. de dedit. lib. tollen.& l.1.C.de lati.lib.tollend. Item hæc vltima pars ſtatuti eſt inuida, & iniurioſa,quod vno modo iudicetur Ciuis,
35 & alio modo forenſis; non enim debet eſſe exceptio perſonarum,ſed æqualitas inter eos ſeruanda eſt in ſtatutis, ſiuè pactis,l.ſi ſocius pro filio,ff.pro ſoc.& in alijs,ſecundum glo.in l.in ſacris ſcrineis, la vltima,ſuper ver.cuſtodiui, C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12.& dicit lex in auth. de quæſtorib.

36 Ciuitas noſtra populoſa eſt, quæ innumero,etiam aduenas comprehendit, Bald.de pac.conſtan.ſuper ver. Imperialis clementiæ,num.13. idem Bal.in l.omni nouatione nu.2.ad fin.C.de ſacroſ. Ecleſ. dat talem theoricam, quòd ei non prodeſt ſtatutum,cui non poteſt nocere, ex quo ſequitur, quòd ſi huic Dominæ non patrocinatur,non debet ei nocere, aliàs ſtatutum claudicat,ſecundum eundem Bald. item & hoc ſtatutum non reſpicit fauorem agnationis,vt bona conſeruentur in familia,ſed merum lucrum mariti,& damnum matris.

Vltimò,iſte Comes Manfredus maritus ſpeciali pacto promiſit,hanc dotem reſtituere eidem Dominę Portiæ vxori, & ſuis hæredibus,& ſucceſſoribus, vt in inſtrumento dotali, iſte Comes maritus
37 ſic promittendo,videtur renunciaſſe dicto ſtatuto Nouariæ, argum.tex. in l.fin. C.de pact.conuen. glo.ad hoc not. in l.& habet,§.cùm quis,ſuper ver.non competit, ff.de precar. huiuſmodi pactum de dote reſtituenda repugnat ſtatuto de
38 dote lucranda, & attendendum eſt pactum,& non ſtatutum,l.dos à patre profecta,& ibi notatur per glo. & Docto. C. ſolu.matri.ità in terminis noſtris decidit Bal.in l.quod nomine, verſ.ſed quid ſi ex conſuetudine,ff.de cond.& demon. ſi de tali ſtatuto maritus notitiam habuiſſet;
39 & iàm ſcientia in Comite marito præſumitur,cùm Comes ipſe prętendat ſe originarium Nouariæ, vt in ſtatuto municipali ſic determinat Bar. in l.quod nerua,num.19. verſ. ſecundo caſu, ff.depoſi.
40 non obſtat conſil. Dec. 402. quod fecit pro Ill. Principe Plumbini, precibus quibuſdam exoratus, poſt duas ſententias cõtra Dominum Principem latas à Dominis Auditoribus Rotæ Curiæ Romanę, quia Dec.ſe fundat in multis, quæ non poſſunt adaptari ad caſum noſtrum; & Primò dicit ipſe, quòd in contractu matrimonij dicti Principis, nihil dicebatur de reſtitutione dotis, vt poterit videri, nu.6.in fi.3.col. At in caſu noſtro in contractu huius matrimonij Comitis expreſsè fuit dictum de reſtitutione dotis. Secundò, ſe fundat Dec. quòd illa promiſſio reſtituendi dotem facta fuerat à Procuratore dicti Domini Principis,qui Procurator non habebat talem poteſtatem promittendi, & remittendi lucrum, vt nu.8.ad fin.At in caſu noſtro geminatè, & in capitulis matrimonialibus Comes promiſit reſtituere dotem prædictam, & in mandato procuratorio dato magnif.Florio Torniello ad ſtipulandum cum dicta Domina Donna Portia, ex-

preſsè dedit poteſtatem dicto Procura-
tori ad ſe obligandum, & promictendū
reſtitutionem dictæ dotis,ſub his verbis,
reddere, & reſtituere dictam dotem, &
augmentum in ſummam duc. 12.mil.prę-
dictæ Ill.D.Portię, & ſuis hæredibus, &
ſucceſſoribus,& ita idē Procurator pro-
miſit, vt in eodem inſtrumento dotali;
& ſimiliter Dec.ſe fundat,quòd illa pro-
miſsio facta à Procuratore dicti Domini
Principis reſtituendi dictam dotē, facta
fuit ſimpliciter vxori,nulla facta mētio-
ne de morte ipſius vxoris,vt in eod. n.6.
At in caſu noſtro non ſolum fuit facta
mētio de vxore,ſed etiam de hæredibus
ipſius,& ſic de morte ipſius Dom.D.Por-
tię,& demùm in caſu noſtro concurrunt
alia,quę non concurrunt in caſu Dec. In
caſu noſtro hæc promiſsio reſtituēdi do-
tem facta fuit cum iuramento, quod iu-
41 ramentum habet vim verborum dero-
gatoriorū,ita Bar.in d.l.ſi quis, in princ.
teſtamenti,nu.15.ff.de lega.3.& Bal.in l.1.
n.4.C,commo. dicit vnum notabile ver-
bum, quòd vinculum iuramenti habet
vim caſus expreſſi, item & in hoc inſtru-
mento noſtro dotali extat clauſula pro-
miſsionis de obſeruando omnia,& ſingu-
la contenta in ipſo inſtrumento, in qui-
bus includitur dicta promiſsio reſtituen-
di dictam dotem, non obſtantibus vſibus
conſuetudinibus in contrarium aduer-
ſantibus quoquomodo, ac omnibus, &
quibuſcũq; alijs, vt patet in dicto inſtru-
42 mento; & cõſuetudo idem eſt,quod ſta-
tutum,in l.de quibus,ff.de legib.Bal.in
l.2.propè fin.C.de bon.quæ lib.quæ clau-
ſula,non obſtantibus,tollit ſtatutum in
contrarium,Bar.in conſt.ad reprimen. in
ver.non obſtantibus, dictaque clauſula,
non obſtantibus vſibus conſuetudinibus,
&c.in contrarium aduerſantibus,&c. eſt
43 clauſula derogatoria ſpecialis, & ex-
preſſa,ſecundū Bar.in l.fi. C.ſi contr. ius,
vel vtil.publ.quem ſequitur Io. Bap. Se-
ueri.in repet.d.l.omnes populi, num.69.
44 iſta ergò dos venit reſtituenda hæredi-
bus dictæ Donnæ Portiæ, ſecundum for-
mam ſtipulationis, l.fi. ibi ſtipulationis
paternæ tenor,C.comm.vtr.iudi.l.vnica,
§.videamus,C.de rei vxor. actio.l.1. §.ſi
conueniat, ff. depoſi. Contractus enim
legem ex conuentione accipiunt, & ſi
hæc Domina validum fecerit teſtamen-
tum,poſtquàm viam teſtandi elegit, le-
gitimam matri de iure debitam relin-
quere tenebatur; Ex quibus omnibus
concludo, ſiuè ex ſtatuto, ſiuè ex teſta-
mento, legitimam huic Dominæ ma-
tri competere, ſaniori iudicio Do-
minorum meorum ſemper ſaluo.

Antoninus Carlinus.

*Iudicatum pro Marchioniſſa Polignani contra Ill.Comitem Torniellum.*

## ADDITIO.

AN & quando mater excludatur à legitima vel non, exiſtente ſtatuto permictente diſpoſitionem certæ ſummæ faciendæ in vltima voluntate, latiſſimè proſequitur Merlin. in tractat. de legitima lib. 3. tit. 1. quæſt. 13. & melius in deciſio. 42. poſt d.tract.de conſimili deciſione, atque articulo agit, exiſtente ſtatuto de ſucceſſione ab inteſtato loquente excludēte matrem,& Auiam, & alias fœminas, & maſculos per lineam fœmininam, &c. ſi ex hoc mater excludatur à legitima, & citra dubium in principio deciſionis refertur deciſum in fauorem matris.

## SVMMARIVM.

1 *Diſcipulus Præceptori morem gerere tenetur.*
2 *Doctor legens per viginti annos, conſequitur dignitatem Comitalem.*
3 *Doctor legens in qualibet Regia Ciuitate per viginti annos, conſequitur Comitalem dignitatem.*
4 *Doctor legens per viginti annos,efficitur Dux, & Comes.*
5 *Præmia laboribus concedenda ſunt.*
6 *Dignitas præſtanda ob virtutum merita.*
7 *Qui multos ad iuſtitiam erudiunt, ſunt quaſi ſtella in Cælo.*
8 *Feudorum Lectio in Studijs Neapolitanis, ab antiquo tempore fuit introducta.*
9 *Feudorum Lectura ſemper Bononiæ præfuit.*
10 *Lectio dicitur ordinaria, quando ſalarium de publico eſt ſtatutum.*

11 Le-

Digitized by Google

11 *Lectura feudorum agit de magnis dubijs tangentibus feuda Principum nedum, ſed etiam Regna, Status, & demania Regis.*
12 *Feudorum materia paucis ſolet innoteſcere.*
13 *Feudalis materia eſt ſcientia de per ſe.*
14 *Quanto maior eſt vtilitas, fortius procedit diſpoſitio legis.*
15 *Requiſita l. 1. C. de liber. ſtud. lib. 10. quanam ſint.*
16 *Augmentum ſalarij arguit opinionem bonam de laboribus.*
17 *Effectus qualitatis, qualitatem cauſa denotat.*
18 *Deciſio quaſtionis refertur.*

## PRO CLARISSIMO V. I. D. MARCO Antonio Floccaro.

## ALLEGATIO VIII.

LIcet hæc cauſa, in qua agitur de admittendo ad titulum, & honorẽ Comitatus Clariſſimũ, ac Celeberrimum Iureconſultum Dominũ Marcum Antonium Floccarum adeò clara, & indubitabilis ſit, vt Allegatione non egeat; tamen vt
1 Præceptori, & Domino meo morem geram, iuxta præceptum glo. in l. Liberto, ff. de obſeq. à lib. & liber. breuiter fundabo, ipſum debere gaudere dignitate præ
2 dicta: Nota eſt enim iuris deciſio, quod Doctor legens per viginti annos, conſequitur Comitalem dignitatem, per tex. in l. 1. C. de profeſſ. qui in Vrbe Cõſt. do-
3 cen. qui licet loquatur in Lectoribus Vrbis Conſtantinopolitanæ, idem eſt in quibuslibet legentibus publicè in qualibet Regali Ciuitate, arg. tex. in l. ſi duas §. fin. ff. de excuſat. tut. militat enim in omnibus eadem ratio, & ita in particulari declaratione d. l. 1. Io. de Plat. ibi, & in l. 1. C. de liberal. ſtud. lib. 10. & eandem opinionem tenuit Bar. in l. 1. nu. 10 C. de dign. lib. 12. in l. Alexandrinis, C. de Decur. lib. 10. & in l. magiſtros, C. de profeſſ. & med. li. 10. & in procem. Digeſtor. n. 12. & in prima Conſt. Codic. nu. 11. & in l. ex eo, ff. de mili. teſtam. vbi idem concludit Paul. de Caſt. & hoc idẽ concludũt Alex. Iaſ. Dec. & omnes Scribentes in l. 1. ff. de offic. eius. & in l. cùm quid, ff. ſi cert. pet. Imò Purpur. in d. l. cùm quid, nu. 7. tenuit fortiùs d. l. 1. habere locum etiam in Lectore lectionis extraordinariæ, ſi de publico fuit ſtatutum ſalarium, & idem firmauit ibi Bolog. eandem etiam opinionem ſequũtur Canoniſtæ, vt voluit Abb. in cap. propoſuiſti, de probat. & in cap. clerici, de iudic. And. Barb. in cap. fin. de offic. deleg. & eſt adeò communis omnium Doct. vt nemo ab ea diſcrepauerit.
4 Imò aliqui voluerunt, quòd legens per viginti annos efficiatur Dux, & Comes, & ita ſentit glo. in d. l. 1. & ſequuntur Scribentes in d. l. 1. de officio eius, præcipuè Curt. ibi, & firmauit Fẹly. in rub. extra, de Magiſt. num. 6. voluit enim Imperator in prẹmium tàm continui, & meritorij laboris aliquam dignitatem Do-
5 ctoribus concedere: prẹmia enim ſunt concedenda laboribus, l. contra publicã, in fin. C. de re milita. lib. 10. l. nemo, C. de offic. mag. lib. 11. & dignitas eſt præſtan-
6 da ob virtutum merita, l. 1. C. de veter. lib. 12. l. 1. C. de diuerſ. offic. lib. 12. & prẹcipuè retributio dari debet Doctori cõ-
7 municanti ſcientiam alijs; qui enim ad iuſtitiam erudiunt multos, ſunt quaſi ſtellæ in perpetuas ẹternitates in Cœlo, vt ex dicto Sacræ Scripturæ refert And. in prolog. ſuper vſib. feudor. num. 10. Cùm ergò Dominus Floccarus vltra triginta annos continuos ſalariatus de publico, legerit ordinariam lectionem omni quidem diligentia pro commodo, fructuque Scholariorum (quæ moribus non eſt) & de qua infra dicam, non credam poſſe dubitari, quin ad dictam dignitatem admitti debet.
8 Eſt enim hæc Lectio Feudorum ordinaria, conſueta legi in Studijs publicis, à tempore, cuius initij memoria non extat, vt teſtatur Andr. in procem. Feud.
9 quæſt. 1. ſubdens, hanc Lecturam fuiſſe ſemper lectam Bononiæ, vbi eſt monarchia Legalis Studij, vt dixit glo. in rub.
10 C. de lib. ſtud. lib. 10. & Lectio dicitur ordinaria, quando ſalarium de publico eſt ſtatutum, vt conſiderat Io. de Plat. in l. 1. C. de lib. ſtud. lib. 10. Purpur. in d. l. cùm quid, & in l. 1. ff. de off. eius, nu. 140.

Hùc accedat, quòd eſt Lectura in hoc Regno vtiliſſima, propter infinita Feuda, & lites Feudorũ, quæ quotidiè oriuntur, & hinc dixit Aluarot. in procem. feu.
11 quòd in Lectura Feudali agitur de magnis dubijs, tangentibus non ſolùm magna Feuda Principum, Ducum, & Marchionum, ſed etiam Regna, Status, & demanialia Regis, adeò quod à ſubiecta materia arguitur, Lecturam eſſe maximæ importantiæ. Continet etiam hæc



Digitized by Google

ctura magnam difficultatem, adeò vt Io. Blancus in proœm. ſuæ ſummæ dixerit,
12 quòd Feudorum materia paucis ſolet innoteſcere, nec ex alijs lectionibus Scholares percipiũt doctrinam, ſiuè cognitionem aliquam huius Feudalis materiæ, adeò vt Affl. in cap. 1. §. ſed & res,
13 num. 52. per quos fiat inueſt. dixerit, materiam Feudalem eſſe ſcientiam de per ſe, & vidimus in ea maximos Iuriſperitos incurriſſe in magnos errores, adeò vt ex importantia, & difficultate dictæ Lecturæ, reſultet neceſſaria concluſio, vt legens eam, non ſolùm gaudere debeat prædicta dignitate à Iure ſtatuta, ſed etiam alias de nouo conſequi.
14 Conſiderauit enim Imperator in d. l. 1. publicam vtilitatem reſultantem ex lectionibus, & labore Lectoris; vndè quantò maior eſt vtilitas, eò fortiùs procedit diſpoſitio illius legis, authent. multò magis, C. de ſacroſ. Eccl.
15 Accedat prædictis, quòd in hoc caſu concurrunt omnia alia requiſita d. l. 1. quæ vltra glo. ibi enumerat Ioa. de Plat. Adeſt enim, quòd publicè legit in hac Regia Ciuitate habente priuilegium Studij, & quòd eſt deſcriptum intra ſtatutum numerum Lectorum, vt apparet ex ſolutione ſalarij ſibi facta de publico inter cęteros matriculatos. Facit augmentum ſalarij ſibi factum per Ill. Dominum Proregem, ex quo arguitur
16 optima opinio de eius laboribus habita, iuxta tex. in l. nemo, C. de offic. Magiſt. Offic. Ex qualitate enim effectus,
17 qualitas cauſæ cognoſcitur, l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, ff de ędili. edi. per quem tex. ita dixit Barba. & Fęly. in cap. quanto, col. 11. de iudic. Concurrit etiam vltimum, & principale requiſitum, quia per vigintiſeptem annos continuos, vltra alios tres annos continuo, & ſedulo labore dictæ Lectioni incumbuit, legendo omnibus diebus, & temporibus ſtatutis, ac deputatis ad dictam Lectionẽ, vt apparet ex continuata ſolutione ſalarij ſibi facta, adeò quod cùm omnia requiſita, ita plenè, & perfectè concurrant, debet abſque aliquo dubio admicti ad dignitatem prædictam.

Ferdinandus Fornarius.

18 *Et ſic fuit iudicatum in fauorem V. I. D. Marci Antonij Floccari.*

ADDITIO.

De hac eadem Deciſione habetur in deciſ. 115. Præſid. de Franch. de qua etiam in meo Compend. Deciſio. Regni verbo, Doctor, par. 1. memini, vbi allegaui Camill. de Curte, Ricc. & Maſtrill. eam ſectantes.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Actus agentium non debet operari præter eorum voluntatem.*
2 *Conceſſio Superioris, quæ poteſt interpetrari vt contineat ius commune, non debet trahi ad ius ſpeciale.*
3 *Præſumitur in præteritum ex præſenti.*
4 *Qui vtitur natura contractus, non dicitur contrauenire.*
5 *Donans cauſa mortis, ſi promiſſat non contrauenire, adhuc poteſt reuocare donationem, & maximè quando in executiuis fuerit poſita promiſſio, nu. 6.*
7 *Conceſſio non extenditur ad incogitata.*
8 *Solutio erit intelligenda de ſimili, non autem diuerſo.*
9 *Reſponſio debet intelligi, vt ſit conformis petitioni.*
10 *Confirmatio nullum ius tribuit, ſed vetus conſeruat.*
11 *Deciſio Regiæ Cameræ affertur contra habentes immunitatem totius exituræ, quod ſi ſoluerit certam partem, non dicitur fuiſſe vſum immunitate.*
12 *Reſolutio quæſtionis refertur.*
13 *Verba enunciatiua non diſponunt.*
14 *Qui iter agit, probare debet illud iure ſeruitutis ex correlatiuitate.*
15 *Deciſio quæſtionis producitur.*

PRO REGIO FISCO.
Contra Vniuerſitatem Lycij.

ALLEGATIO IX.

Breuiter fundabo, quòd Vniuerſitas, & Ciues Lycienſes, nullum habent particulare priuilegiũ, reſpectu iuris exituræ, vt minus quàm alij ſoluere debeant, quia ſi inſpicimus capitulum reformationis anni 1464. nullum ex dicto

cto capitulo reſultat priuilegium ex infraſcriptis.

Primò, quia ibi, nec Vniuerſitas petijt immunitatem aliquam, nec Rex conceſſit, ſed ſolùm ibi tractatur de reformando abuſus, iuſtitia mediante, & hoc Rex mandauit fieri, ideò nullum poteſt reſultare priuilegium ex capitulis prædictis, ſi antè capitula illud non habebant:
1 actus enim agentium non debet operari præter eorum intentionem, l. non omnis, ff. ſi cer. pet.

Secundò, quia dùm in capitulo fit aſſertio, quòd pro exitura olei ſoluebantur grana tria pro quolibet ſtario, hæc non erat ſolutio priuilegiata, quia tàm tempore dicti capituli, quàm ante, omnes ita ſoluebant, tàm exteri, quàm Regnicolæ ex tolerantia Regiæ Curiæ, & per hoc ex illa aſſertione ſolutionis granorum trium, non poteſt reſultare præſumptio, quod id procederet ex aliquo priuilegio, poſtquam id erat omnibus
2 commune, & quando conceſsio Superioris poteſt interpetrari, vt contineat ius commune, non debet trahi ad ius ſpeciale, ex notabili dicto Innoc. & Io. And. in cap. dudum, de decim. non enim præſumitur priuilegium in eo, quod iure communi conceditur, l. 1. in fin. ff. ad municip. ſi ergò hæc ſolutio granorum triũ, tunc erat de iure communi, & generali omnium, nulla poteſt ex hoc reſultare præſumptio priuilegij.

Tertiò, id clariùs demonſtratur, quia dùm in anno 1467. Rex mandauit exigi integrum directum iuris exituræ, præterquàm à priuilegiatis, tunc Lycienſes ſoluerunt grana quinque pro quolibet ſtario, prout omnes alij Regnicolæ, ex quo manifeſtè patet, quòd ipſi non habebant per prius priuilegium aliquod in hoc iure exituræ, & quod dùm ſoluerunt grana tria, proceſſit ex communi
3 tolerantia, non ex particulari priuilegio, de præſenti enim præſumitur in præteritum, l. ſi qui adulterij, C. de adulter.

Quartò, idem confirmatur ex verbis capituli, ex quibus apparet, quòd abuſus, quem reformare volebant in capitulo prædicto, erat reſpectu rerum, de quibus exigebatur ius Fundaci contra priuilegium, quod ipſi habebant à Rege Ferdinando Primo in anno 1463. & de quantitate ſolutionis exituræ, incidenter fit mentio in dicto capitulo, non per viam reformationis, nec erat neceſſaria in hoc reformatio, poſtquàm ante capitulum eodem modo fiebat exactio granorum trium, & ſic capitulummet oſtẽdit id, de quo agebatur, & id in quo Lycienſes erant præ cæteris priuilegiati, & id quod commune habebant cum alijs.

Quintò, id apertiùs oſtenditur ex priuilegio Regis Ferdinandi in anno 1463. in quo non petunt immunitatem Fundici, & exituræ, niſi de rebus, de quibus poſt innouationem Reginæ Mariæ ſoluebatur, non autem pro rebus, de quibus anteà ſoluebatur, & ſic in alijs rebus, de quibus primò ſoluebatur, prout ſunt olea, & alia contenta in antiquiſſimo ritu, patet, quòd nullum habent priuilegium ex ipſorummet ſupplicatione.

Nec eſt facienda vis in confirmatione dictorum capitulorum facta per Regem Ferdinandum, dùm in clauſulis exequutiuis dicitur ea perpetuò ſeruari debere, quia ſi capitula prædicta non continebant conceſſionem immunitatis, prout fundatum eſt, & ex eorum lectura apparet, clauſula illa, quæ reſpicit exequutionem capitulorum, non alterat diſpoſitionem principalem, clem. 1. in fi. de præb. & intelligi debet ſecundum naturam capitulorum, ſcilicet vt ſeruẽtur eo modo, quo de iure ſeruari debebant, itaut ea, quæ erant reuocabilia ad Regis beneplacitum, prout erat ſolutio prædicta granorum trium, remaneat in eadem natura; promiſſio enim qualibet debet adaptari ad naturam contractus,
4 & qui vtitur natura contractus, non dicitur contrauenire, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſe habentibus, l. quod ſeruius, ff de condit. ob cau. & ideò dicebat Bal. in l. cùm quis, C. de conditio. ob
5 cau. quod ſi quis donat cauſa mortis, & promictit non contrauenire, adhùc poteſt reuocare donationem, quam deciſionem Bald. omnes tenent indubitanter,
6 quandò illa promiſſio de non contrauueniendo, fuit poſita in exequutiuis contractus, non in eius ſubſtantia, vt latè per Dec. in conſ. 306. & Pariſ. in conſ. 16. vol. 2. ſi ergò illa ſolutio granorum triũ, de qua fit mentio in dicto capitulo, erat reuocabilis ad Regis beneplacitum, non recipit alterationem, ex quo Rex mandauit ita ſeruari debere, cùm id intelligi

gi

Digitized by Google

gi debeat reſpectu dictæ ſolutionis, rebus in eodem ſtatu permanentibus, ſcilicet donec Rex permitteret exigi ab omnibus dirictum exituræ ſic diminu-
7 tum, conceſſio enim non extenditur ad incogitata, cap. dudum, de electio. in fin. & ex verbis claris, quibus Rex vſus eſt in decretatione ſupplicationis ſupra ponderata apparet, quòd Rex non cogitauit concedere Lycienſibus immunitates, vltra eas, quas per prius ante dictum capitulum habebant.

Quo verò ad prætenſum priuilegium Regis Ferdinandi de anno 1481. nullum (iudicio meo) poteſt in eo fieri fundamentum.

Primò, quia licet in principio ſupplicationis fuerit petitum, vt tractentur prout Liparotæ per totum Regnum, tamen ſtatim ſupplicatio ſe reſtringit ad ius plateæ, *& altro pagamento contingente*, & non loquitur de iure exituræ, quod ex iuris diſpoſitione, & ex antiquiſſima obſeruantia, nunquàm venit in generali conceſſione, niſi de eo fiat ſpecialis métio, vt per Loffred. in conſ. 24. in princip. vbi dicit, paſſim iudicari per Regiam Cameram, hoc ius exituræ non venire etiam in conceſſione Regalium, niſi de eo fiat expreſſa mentio, eò magis, quia dùm ſit mentio de iure plateæ, præſupponitur peti immunitas in contractationibus, in quibus cadit ius plateæ; & ideò dũ poſteà dicitur *d'altro pagamento contingente*, intelligi debet de ſolutione, quæ contingere poteſt in contractatione, prout eſt ius Fundici, & nouæ gabellæ, non autem de iure extrahendi merces extra Regnum, quod eſt penitùs diuerſum à contractatione, & facit etiam ad hoc, quia dùm dicitur, *& altro paga-*
8 *mento contingente*, intelligi debet de ſimili, non de penitùs diuerſo, & maiori expreſſo, l. fin. §. cùm dulcia, ff. de trit. vin. & oleo leg. & ſic petitio non continet ius exituræ, & per hoc licet Rex concedat quod petitur pro bonis natis in Regno, iuxta nouam reformationem, non poteſt intelligi, niſi reſpectiuè ad id, quod petitum fuit de iure plateæ, & ſimilibus, non de exitura; reſponſio enim debet
9 intelligi, vt ſit conformis petitioni, l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. actio.

Secundò, id patet ex obſeruantia orta poſt dictum priuilegium, cùm in libro Dohanerij Dohanæ Monopolis de anno 1486. notatum ſit, in quo Lycienſes erant immunes, vt Liparotæ, ſcilicet in iure plateæ, Fundici, & ponderis pro rebus natis in Regno, & nulla ſit mentio iuris exituræ, & ſic poſſeſſio declarat priuilegium prædictum, eò magis, quia in prædictis libris dùm ſit mentio Liparenſium, dicit expreſsè, quòd nihil ſoluebant pro iure exituræ, quia erant immunes.

Tertiò, quia iam Regia Camera declarauit, quòd hoc priuilegium non comprehendit ius exituræ, poſtquàm priuilegium loquitur de toto Regno, & Regia Camera declarauit, quòd extra Ciuitatem Lycij ſoluere debent Lycienſes carolenos quinq; pro exitura cuiuslibet ſalmæ olei, proût ceteri oẽs Regnicolæ.

Quartò, quia, dùm Rex dicit, Placet iuxta nouam reformationem, non apparet, quod intellexerit de illa reformatione facta in anno 1464. & ſi intellexit de illa, neceſsè eſt, vt reſtringatur in quantum reformatio tangit dirictus, de quibus eſt petita immunitas, nàm in quantũ tangit ius exituræ, de quo vt fundatũ eſt, non adeſt petitio, quia oportebat ſpecialiter exprimi.

Quo verò ad priuilegium Regis Friderici de anno 1497. ex eius lectura apparet, quod eſt confirmatio in forma
10 communi, quæ nullum ius tribuit, ſed vetus tantùm conſeruat ex dicto Innoc. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. & in cap. dudum, de decim. nec fieri poteſt vis, quod Rex concedit, vt manuteneantur Lycienſes in ea poſſeſſione, in qua erant, quod hoc refertur ad factum, quia dico, quòd dùm Lycienſes ſoluebãt grana tria pro ſtario ratione exituræ, in nulla erant poſſeſſione immunitatis, nec de iure, nec de facto, ex quo Rex ita mandauit exigi ad ſuum beneplacitum, & ſic eſt poſſeſsio præcaria, & reuocabilis, & confirmatio confirmat eam cum qualitate ſua, & dùm Rex exigi fecit grana tria, conſeruauit ſibi poſſeſſionẽ integri dirictus, poſtquàm ita ab omnibus exigebat, ex dictis notabiliter per Abb. in conſ. 71. vol. 2. & in fortiori caſu
11 deciſum fuit per Regiam Cameram contra Vniuerſitatem Hydrunti, quæ habebat priuilegium immunitatis totius iuris exituræ, & tamen, quia ſoluit carolenos tres prout alij, deciſum eſt, nullam fuiſſe vſam immunitatem, etiam reſpectu reſtantis dirictus, quem non ſol-



Digitized by Google

ſoluit, & in fortiori etiam caſu fuit deciſum contra Vniuerſitatem Hoſtunei, cui per contractum demanij fuit promiſſum, vt non deberent exigi diritus, niſi prout exigi ſolebant tempore Reginæ Poloniæ, & tamen deciſum fuit, vt ſoluerent integrum diritum exituræ, prout cęteri, præſupponendo, quòd dùm Curia exegit carolenos tres ex tolerantia conſeruauit ſibi poſſeſſionem integri diritus. Ex quibus clarè liquet, quòd Vniuerſitas Lycij non debet eſſe melioris conditionis, quàm cęteri Regnicolæ, poſtquam ſemper vſa eſt eodem iure cũ cæteris, & non apparet, quod ex ſpeciali gratia ſoluerit carolenos tres pro exitura, ſed ex gratia generali reuocabili, quę iàm reuocata fuit, & ideò reformari debet decretum Regiæ Cameræ, & prouideri, vt Ciues dictę Ciuitatis ſoluant carolenos quinque pro iure exituræ, prout ſoluunt cęteri Regnicolæ à tempore, quo fuit prouiſum, vt fiat annotatio extractionis olei.

Ferdinandus Fornarius
pro Fiſci Patrono.

Pro reſolutione.

12 Capitulum de Anno 1463. nihil ad rubrum, quia nihil aliud, niſi quod ſoluatur de illis bonis, de quibus antè nouam impoſitionem Reginæ Mariæ.

Capitulum de Anno 64. non ſupplicatur de gratia, ſed quod tollantur abuſus, & licet quando loquitur de extractione olei, dicat ad rationem granorum trium pro quolibet ſtaro, tamen hoc non inducit diſpoſitionem; Primò, quia prouidet, quod exigatur de quinq; mercibus, licet à proximis temporibus exigeretur ab omnibus perſonis, & de quibuſcunq; rebus; & mandat, quòd non exigatur, niſi de infraſcriptis, & ſic reſtringit quoad merces, & loquitur de omnibus perſonis; quomodo ergò poteſt ſtare ſententia, quòd Ciues Lycienſes ſoluant ad rationem carolenorum trium, & cæteri ad rationem carolenorum quinque; vnica determinatio debet pariformiter attendi; Secũdò, cùm intentio principalis fuerit limitare quoad merces, ſequitur,
13 quòd illa verba ſunt enunciatiua, & non diſponunt, leg. ex his verbis, C. de milit. teſtam. cum ſimilibus; Tertiò, & hoc eſt fortiſſimum, quia dicta verba non fuerunt enunciata, quod ſpeciali iure dicti Ciues Lycienſes ſoluant carolenos tres; tùm quia Capitulum loquitur de omnibus perſonis, tùm quia tunc temporis in omnibus Dohanis omnes perſonæ ſoluebant carolenos tres, & qui prætendit ſoluere carolenos tres iure libertatis,
14 vel iure immunitatis, debet probare, ſicuti dicimus de eo, qui iter agit, qui debet probare iure ſeruitutis, quia ſunt corollaria, glo. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priua. in ver. vſus, per l. fin. eod. tit. l. 1. de aqua quotid. & æſtiu.

Capitulum de anno 81. nihil eſt, quia ſe remittit ad Capitulum anni 64.

Capitulum de anno 97. nihil, quia quatenus eſt in poſſeſſione debebant probare, quod fuerant iure immunitatis, vt ſupra.

15 *Die 7. Iunij 82. fuit in Collaterali Conſilio concluſum, benè reclamatum, & licere exigere ad rationem carolenorum quinque, & quoad præteritum exigere ab anno 66. pro rata debita Arrendatoribus, qui debent Regia Curia pro cõcurrenti quãtitate debita Reg. Curia, quoad alios reſeruata melior deliberatio, & hoc fuit ratione deſertionis, reſpectu quãtitatis quãdo Regia Camera decernit, eſſe procedendum, non fuit intentionis iudicare. Dominus Villanus Commiſſarius, Dominus Marthos, Dominus Dauid, Dominus Locumtenens Ribera, Dominus Reg. Darocca, Dominus Regens Salazar, & Ego.*

ADDITIO.

Regulariter immunitas conceſſa à datijs, ſi ſemel & pluries quis ſoluit in illo actu tantùm ſibi præiudicare videtur, & non in futurum, ex Cyn. & Salyc. probat Camill. de Medic. conſil. 63. nu. 5. & an amictatur quando quis ſoluerit ſine proteſtatione iuriũ, vide Boſſ. in tit. de Principe, nu. 167. & in ſumma pro ornatu præſentium Allegationum erit inſpiciendum conſil. 76. Reg. Lanar. vbi de eodem agitur negotio, ſi ius exituræ comprahẽdatur in generali conceſſione immunitatis, & demùm Fiſci partes tuendo contra Ciuitatem Barenſem circa immunitatem extractionis olei, pro Fiſco concludit. Thoro.

*SVM-*

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Negatiua qualiter probetur.*
2 *Dominium remanet penès venditorem, non conſtito de ſolutione pretij.*
3 *Errans non conſentit.*
4 *Subſtantialia contractus, quæ nam dicantur.*
5 *Contractum an annullet ſuppoſitio perſonæ.*
6 *Simulans ſtare cogitur contractui, quando non ſimulans ſtare velit, etiam in doloſo.*
7 *Iura plura circa idem concurrentia in vnius perſonam, ipſe ſolus facere poſſet, quæ plures potuiſſent, ſicuti plures voces dari in parlamento.*
8 *Vnus quando cenſetur vt plures, licet vnus ſit natura, finguntur plures iuris cenſura.*
9 *Actio quæritur Domino pecunia, ex ſolutione facta per alium.*
10 *Indefinita, quæ non poſſunt, niſi ad vnum referri, orationi ſingulari æquiparatur.*
11 *Procurator contrahens ſuper re Domini, procuratorio nomine contrahere videtur.*
12 *Contrahens, ſi nomen officij non exprimit, ſi tamen contractus reſpiceret rem pupilli, videtur in dubio, tutorio nomine factum.*
13 *Procurator videtur facere procuratorio nomine actum, qui ad Dominum pertinere videtur.*
14 *Actus geſtus videtur procuratorio nomine, quando actio quæritur ipſo iure Domino.*
15 *Actio, an & quando Domino quæritur ſine ceſſione.*
16 *Contrahere videtur tacitè procuratorio nomine, quando contrahit cum ſciente ſe eſſe procuratorem ſuper re ad Dominum pertinente.*
17 *Actio quæſita ipſo iure tolli non poteſt, ſine facto noſtro.*
18 *Obligatio extinguitur per actum retroſimilem.*
19 *Procurator duorum poteſt transferre debitum de perſona ad perſonam.*
20 *Procurator generalis, ſi vigore eius mandati aliquid ſuo nomine facit, licet in animo gerit facere gratia dicti mandati generalis, an nomine Domini facere videatur.*
21 *Dolus tertij non nocet emptori.*
22 *Deciſio altercationis affertur.*

## PRO ILL. D. VESPESIANO GONSAGA Cum Ill. Principe Sulmonis.

### ALLEGATIO X.

EGit Illuſtriſs. Princeps Sulmonis reiuendicatione contra Magnific. Ferdinandum Montaquilam, ab eo petendo reſtitutionem cuiuſdã annui redditus, non obſtante venditione eiuſdem introitus per prius dicto Ferdinando facta in anno 1573. ratione pretij non ſoluti per Montaquilam, nam fatetur Princeps recepiſſe pretium per Banchum Magnificorum Rauaſcheriorum; & verum eſt dictum Montaquilam in dicto Bancho pretium ducatorum decem millium non habuiſſe, vt ex fide eiuſdem Banci; & ſic
1 probata eſt negatiua, ex regula Bart. in l. Titiæ tex. ff. de leg. 1. Deficiente ergò pretio, quod eſt vnum ex ſubſtantialibus ad perficiendam emptionem, & venditionem, venditio nulla remanet, & ſic dominium dicti annui introitus remanſit
2 penès Principem, poſſeſſio cuius cùm reperiatur penès Montaquilam, iuxta tex. l. in rem, ff. de reiuendicat. prætendit intentum habere ex actione intentata.

Eò magis cùm aliud etiam ſubſtantiale deficiat, quod eſt conſenſus, credebat enim Princeps vendere Ferdinando, & tamen Ferdinandus nihil emebat, nec emere intendebat. Item vendebat Princeps præſupponendo verè pretium recepiſſe, & tamen pretium, vel non fuit ſolutum, vt ſupra; vel ſi fuit ſolutum, fuit reſtitutum antequam fieret venditio, &
3 errore ductus Princeps dictam vẽditionem fecit, & qui errat non conſentit, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iud. l. nihil, §. non videtur, ff. de reg. iur. cùm ergò in dicto contractu deficiat conſenſus, & pretium, contractus remanet nullus, & inutilis, & per conſequens dominium nunquam à Principe diſceſſit.

Prædicta ſunt, quæ percipere potui, ex quibus Illuſtriſſimus Princeps ſuam fundare intendit intentionem; tamen rectè negotium conſiderando, & pretiũ ſolutum, & conſenſum adfuiſſe facillimè oſtenditur. Verum eſt tria emptionis, &
4 venditionis contractum perficere, quæ dicti contractus ſubſtantialia dicuntur, res,

res, conſenſus, & pretium, l. 1. cum §. fin. & l. 2. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de rerum permut. l. conſenſu, ff. de action. & oblig. §. pretium, inſtit. de empt. & vendit. quod adſit res eſt clarum, cùm de ea diſceptetur, quòd adſit conſenſus etiam facillimè demonſtratur, vendit Princeps realiter Ferdinando Montaquila dictum annuum redditum, & in hoc adfuit ſuus conſenſus vendendi, vt ex inſtrumento habetur, quæ venditio fuit poſtea per Ferdinandum acceptata cum declaratione, quod Illuſtriſſimo Domino Veſpeſiano Gonſaga ſpectabat, quapropter dictus Dominus Veſpeſianus in poſſeſſionem dictorum introituũ impoſitus fuit, & proindè iudicium in ſe ſuſcepit, & cauſam defendit, ex quibus liquet de conſenſu vendentis, & ementis; nec obſtat, quod venditio fiebat Ferdinando, tamen vtilitas Domino Veſpeſiano ſpectabat, nàm hoc Principi notum erat, & hæc perſonæ ſimulatio, ſeu ſuppoſitio
5 de iure licet, & quotidiè fit, & contractũ non annullat, l. multum intereſt, & l. quãuis, C. ſi quis alt. vel ſibi, l. 4. §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ. Dec. in conſ. 543. n. 13. cum ſeq. aliàs eſt 544. in caſu propoſito col. 3. Soccin. conſ. 129. col. 3. nu. 12. verſ. ex qua concluſione infero. De quo dubitandum non eſſe, cùm ſit veriſſimum, firmiter mihi perſuadeo, & ſic in hoc vlterius non inſiſtam; tantò magis cùm idem Princeps, qui hodie allegaret nullitatem ex ſimulatione ſcienter perſonam pro perſona ſimulauit, vt ex teſtibus habetur, & ſuccedit regula, quòd quando non ſimulans ſtare vellet con-
6 tractui ſimulato, ſimulans ſtare cogitur, & idem in contractu doloſo, Tiraq. de legib. connub. in 17. lege, in verſ. de ſon. Mary. glo. 8. num. 94. & 93. fol. mihi 478. vndè cùm Ill. Veſpeſianus vult cõtractui ſtare, Princeps non poteſt illum impugnare, cùm fuerit ſciens in ſimulatione, & negari non poteſt.

Quo verò ad pretium, in quo nimirũ Pars ſe fundat, quòd non fuerit ſolutum, eſt aduertendum quem vicem plurium perſonarum ſubſtinere poſſe, ac plures perſonas repreſẽtare, applicãtur omnia ea, quę ſcribũtur in titulis de procurató. & proindè videmus in Parlamẽtis generalibus, quæ fiunt in Regno quem vocem dare nomine plurium Baronum, ac plures Barones repreſentare, dixit etiam Freccia in quæſt. in princ. ſui operis, n. ..

7 Et quando plura iura circa idẽ in vnius perſonam concurrunt, poteſt ſolus ille facere, quæ plures potuiſſent, l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat. 1. l. recuſare, §. Titius, ff. ad Trebellian. l. tutorem, ff. de his quibus, vt indig. l. quæſitum, l. filius non impeditur, ff. de in ius vocand. cum infinitis adductis per gl. & not. per And. in cap. 1. col. 11. qui feceſſ. tenea. Signorol. in cõſil. 95. col. 11. Et ideò dixit Bald. in l. 1.
8 circa princ. C. de milit. teſtam. quòd quãdo vnus cenſetur vt plures, tunc licet ſit vnus natura, tamen finguntur plures Iuris cenſura, Io. Vincẽtius Pilella, de quo ſæpiùs verbum facturi ſumus, & fecimus in re, de qua agitur, tres repreſentat perſonas propriam, Illuſtriſs. Dom. Veſpeſiani, ac Ill. Principis, quos repreſentat cũ ampliſſima poteſtate ipſos obligandi, & ipſorum bona vendendi, vt latiſſimè in mandatis, de quibus non dubitatur dictus Pilella agnoſcens neceſſitatem Principis, cùm ipſi Pilellæ vti Procuratori Ill. Veſpeſiani fuerint ſoluti ducat. 10. mil. illis vſus fuit in beneficium Principis ſoluendo creditoribus ipſius Principis, obligando Principem pro dicta ſolutione, & numeratione dicto Domino Veſpeſiano tàm pro capitali, quã pro intereſſe ipſum debitorẽ Ill. Veſpeſiani in libro ſcribẽdo, quod autem pecunia ſoluta fuerit Ill. Veſpeſiani non dubitatur, quod fuerit ſoluta creditoribus Principis; eſt veriſſimum, quo tempore Pilella nullam habebat pecuniam in manibus, quæ fuiſſet Principis; imò ipſe creditor erat tunc temporis Principis in maxima quantitate, ex qua ſolutione, & numeratione pecuniæ Ill. Veſpeſiani facta à Pilella procuratore Prin-
9 cipi, ſeù ſuis creditoribus, actio & ius Ill. Veſpeſiano domino pecuniæ quæſita, ſeu quæſitum fuit etiam abſenti, & ignoranti, l. quamuis, C. ſi cert. pet. l. certi cõditio, §. ſi nummos, ff. eodem, l. 2. C. per quas perſ. nob. acquir. l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. obl. Bar. qui videatur rogo in d. §. ſi nummos, in 3. combinat. ſub n. 13 & in dictis iuribus communiter Doct. Eſt verum, quòd ad hoc vt præfata actio, & ius quæratur Domino abſenti, & ignoranti, operepretium eſt, quod à procuratore nomine ipſius Domini ſoluatur, & non proprio, vt præfata iura loquuntur, & Doct. communiter not. Eſt ergò videndum cuius nomine præfata numeratio fuerit facta, ſi nomi-

Digitized by Google

mine proprio ipſius Pilellæ,vt ſibi actionem quæreret, vel nomine alieno, & ſic nomine Ill. Veſpeſiani, cuius erat pecunia, & Pilella erat procurator, & illi actionem, & ius quæreret,hoc æquidem licet expreſsè haberi non poſſit in anno 1569. tempore quó fuit facta numeratio, tamen aliundè ex multis facilè habebitur, quod nomine Ill. Veſpeſiani ſoluerit; tempore enim quo fuit facta præfata ſolutio, & numeratio Princeps ſciebat pecuniam eſſe Veſpeſiani Pilella cum Perſio ſecretario,& nuncio Principis egit vt Veſpeſiano ratione dictæ pecuniæ intereſſe ſolueret ad rationem nonem per centum,quaſi ex tunc annuũ redditum emendum, vt latiſſimè ex teſtibus, & literis habetur ſi intereſſe Veſpeſiano pecuniæ Domino ſolui debebat,ergò nomine Veſpeſiani facta numeratio, hoc apertiùs expreſſit poſtmodũ Pilella in anno 1571. dùm ſcribendo in libro computorum Principis præfatam partitam duc. 10.mil. dixit, pecuniam fuiſſe Veſpeſiani, & quod pro dicta pecunia ſolui debent tertiæ, ſed intereſſe, ſcribendo Principem debitorem,ac Veſpeſianum creditorem in dicta ſumma, nec alio nomine, quàm Veſpeſiani dicta numeratio fieri poterat; dicti enim ducati 10. mil. liberati fuerunt Pilellæ vti Procuratori Veſpeſiani, qui ex Bancho pecuniam accipere non poterat niſi vti procurator eiuſdem, vndè cùm ex eodẽ Bancho fuerit facta ſolutio per Pilellã creditoribus Principis, cenſendum eſt factam fuiſſe per Pilellam procuratorẽ Veſpeſiano,cùm alio iure, & nomine dictam pecuniam expendere non potuiſſet; crederem, quod ſi Pilella in ſui poſſe pecunia numerata dictos duc. 10. mil. redegiſſet, quod benè poſtea potuiſſet, vel nomine proprio, vel nomine alieno etiam in mare proijcere, ſed à Bãco pecuniam extrahere non potuit niſi nomine Illuſtriſſimi Veſpeſiani, cùm ergò ex eodem Banco ſolutio facta fuerit, non poteſt cenſeri facta niſi à Pilella procuratorio nomine Ill. Veſpeſiani alioquin adhuc hodie Bancum dictæ pecuniæ debitor Illuſtriſſimo Veſpeſiano remaneret.

Vltimò euidentiùs hoc demonſtratur ex declaratione eiuſdem Principis in anno 1573. dùm contractum venditionis facit Ferdinando Montaquilæ, quæ ſuppoſita perſona fuit pro Ill. Veſpeſiano, in quo contractu venditionem annui introitus duc.900. facit pro ducat.10.mil. quos perueniſſe dixit in poſſe Pilellæ eiuſdem Principis Procuratori,& cùm alij ducat. 10.mil. in Pilellam non perueniſſent, niſi præfati de illis intelligi debet,eſt tex.in l. fundus qui locatus,ff.de fund.inſtru.& in l.2.ff.de lib. & poſthum.
10 vbi indefinita, quæ non poſſunt, niſi ad vnum referri,orationi ſingulari æquiparantur,declarat latè Iaſ.in l.qui Romæ, §.duo fratres,ff.de verb.oblig.ſub nu.62. & ideò dixit Soccin.in conſ.129.n.4.lib.4. quòd cùm in libris ſit relatio ad inſtrumentum mutui, & in inſtrumento ſit relatio ad libros,& non conſtat de alio inſtrumento mutui, neq; de alijs partitis ad illud inſtrumentum, & partitas, cenſetur facta relatio per dicta iura,quæ & ſi clarè oſtendat dictam numerationem nomine Ill. Veſpeſiani factam fuiſſe, tamen ſi adhuc in dubio eſſemus,& nomine Domini Veſpeſiani intelligeretur nu-
11 merationem factam fuiſſe; cùm enim procurator ſuper re Domini contrahit, procuratorio nomine Domini contrahere videtur,Socc.in conſ.154.col.2.verſic. ſextus eſt lib.2. Et proindè dixit Bar.in l.3.§.ſed & quod,ff.Iud.ſolu.quod quan-
12 do aliquis non exprimit nomen officij, ſi tamen celebratur contractus ſuper re pertinente ad pupillum, videtur in dubio facere tutorio nomine, ſi vterque contrahentium ſciret ipſum eſſe tutorẽ, l.poſt mortem,§.1.& quod ibi not.ff.quãdo ex fact. tut. Ita in re de qua agitur Princeps ſciebat Pilellam procuratorẽ Ill.Veſpeſiani, & Pilella ſe eiuſdem procuratorem ſoluẽdo pecuniam Veſpeſiani,in dubio cenſetur, quod vti procurator ſoluiſſet ex prædictis, & idem Bart. in l.1.§.nunciatio,nu. 15. ff.de nou.oper. nunc. qui propriè loquitur in procuratore,& dicit iſta verba, Fateor tamen, quod ſi actus poteſt tantum ad *Dominũ* pertinere, & ille cum quo actus *geritur* hoc ſcit,& ſcit illum *procuratorem*, vi-
13 deatur, quod procuratorio nomine faceret,ſi procuratorio nomine, nomine Domini,& non proprio, ad quod videatur etiam not.deciſio Bart.in l.ſi pœnæ, §.quamuis,ff.de condit.indeb. & ibi Ang. Alber.& Fulgoſ. quod poſtquam Pilella pecuniam Ill.Veſpeſiani ex Banco extrahere non poterat,niſi vti procurator,in dubio illo nomine cenſendum eſt, quod pecuniam expendiſſet,quod tantò magis di-

Digitized by Google

dicendum eſt, cùm iſto caſu ipſo iure
actio quæritur Domino abſque alia ceſ-
ſione, vt ſupra dixi, quod quando nu-
meratio fit nomine alieno, illi tertio
quæritur ius etiam abſenti, & ignoráti,
vt in caſu noſtro, nam ſolutio facta eſt
procuratorio,& ſic nomine alieno,& ſti-
pulatio ſubſequens etiam in beneficium
eiuſdem eſt ſubſequuta.Hinc dixit Ruin.
in d.l.1.§.nunciatio,ſub n.89.in nouis,ff.
de no.oper.nunc.quod quãdo actio quę-
34 ritur ipſo iure, cenſetur in dubio actus
geſtus procuratorio nomine,l.poſt dotẽ
ff.ſol.mat.nec iſto caſu aliqua ceſſio pro-
curatoris requiritur, vt Domino actio
quæratur, quia ipſo iure actio Domino
35 quæritur abſq; alia ceſſione,Bar.in l.poſ-
ſeſſio,§.etſi poſſeſſio,1.oppo.ff.de acquir.
poſſ.Alber.in l.excepta,nu.2.vſq;ad nu.3.
C.per quas perſ.nob.acquir.vbi ſubdit,
actionem magis ex re, quàm per liberã
perſonam acquiri,idẽ Albe.in l.quod ex
re in principio, & per totam primã col.
ff.de proc.& ſubdit,talem actionem vti-
lem acquiri Domino, etiã inuito procu-
ratore,Ang.in l quod procurater, nu. 1.
ff.de procur.Abb.in c.ſi clericus,n.13.de
for.comp.Capp.Thol.dec.152.Aym.con-
ſil.261 paulò poſt n.3.& ideò dixit Hier.
de Gabr.in conſ.71.col.1.ante n.2. quod
quis dicitur tacitè procuratorio nomi-
ne contrahere, quando contrahit cum
36 ſciente ſe eſſe procuratorem,& ſuper re
ad Dominum pertinente,l.ſi pupilli,§.1.
vbi Bar.Bal.& alij,ff.de neg.geſt. Pariſ.in
conſ.74.n.44 lib.1.

Cùm ergò Ill.Veſpeſiano ex dicta nu-
meratione fuerit actio quęſita ipſo iure,
ab eo tolli non poterat abſque ſuo fa-
cto,l.ius noſtrum,ff.de reg.iu. cum ſimil.
37 niſi ſolutione eius,quod ſibi debebatur,
Inſtit.quib.mo.tolli.obli. in princ. & in
ſpecie dixit Bar.in d.§.ſi nummos,quod
ius quæſitum ex numeratione, non po-
teſt ab illo auferri, ſi non potuit dictum
ius quæſitũ Ill.Veſpeſiano ab eo auferri,
abſque ſua voluntate oſtendatur debiti
ſolutio facta Ill.Veſpeſiano, & non erit
lis,vel facta Pilellæ procuratori,vti pro-
curatori Ill.Veſpeſiani,vel quod Pilella
per actũ retroſimilẽ primò dictã obliga-
tionẽ extinxiſſet,l.nihil tã naturale, ff.de
reg.iu. obligauit Pilella numerando pe-
cuniã Ill.Veſpeſiani in beneficiũ Princi-
pis dictũ Principem dicto Dño pecuniæ
18 ipsũ ẽt in libro cõputorũ debitorẽ ſcri-
bẽdo,tã pro capitali,quã pro intereſſe,
& tertijs,ad hoc vt cenſeatur facta ex-
tinctio dicti debiti requirebatur actus
retroſimilis,ſ3,quod Pilella,vel numera-
ret ſimilem quantitatem pecuniæ Prin-
cipis in beneficium Veſpeſiano,vel quod
ſcripſiſſet in libro computorum ſolutio-
nem factam dictæ pecuniæ Ill. Veſpeſia-
no taliter diſobligando Principem, quod
cùm eſſet Pilella procurator amborum
19 facere potuiſſet transferendo in libris
debitum de perſona in perſonam ſecun-
dum ſtilum mercatorum, vt optimè de-
clarat Socc.in conſ.267.lib.2.col.ſi.circa
fin. nã eo caſu occultatur vnus actus,ad
reg.l.ſingularia,ff.ſi cer.pet. in quo etiã
conſ.dixit Socc.quòd ſcripturæ recipiũt
interpetrationem à conſuetudine agen-
tium,& ſcribentium, quam cõſuetudinẽ
ſi ex libris Pilellæ habere volumus, clarè
habetur omnia geſta ſcripſiſſe,& omnes
ſolutiones factas,& tamẽ debitum,quod
debebatur Ill.Veſpeſiano nunquã ſolutũ
ſcripſit,niſi in anno 1573. quo tempore
facta fuit venditio.

Quid ergò erit dubitandum de pretio
an fuerit ſolutum? cùm conſtet ſolutum
per quatuor annos antea,ex quo tempo-
re fuerat ius quæſitum Domino Veſpe-
ſiano,& nunquam ſublatum, imò ſolum
non ſublatum, ſed in dicto anno 1573.
confirmatũ per venditionẽ, & ex prædi-
ctis remanet contractus venditionis va-
lidus,concurrentibus ſubſtãtialibus rei,
conſenſus,& pretij;nec curo,quod in in-
ſtrumento fiat mentio pretiũ ſolutũ per
bãchum Rauaſcherij,cùm re vera appa-
reat ſolutum per bãchum de Mari,quia
hoc Princeps aſſeruit parte abſente, cui
non poterat præiudicium inferre,& cùm
habemus effectũ,nõ curremus de modo
c.cùm cauſam,de elect.cum ibi not.

Prædictis nõ obſtabit, ꝙ eſt in noſtris
articulis ſcriptũ,quod Pilella intẽdebat
recuperare dictã pecuniam à Principe,
quia in omni articulo additur, quod in-
tendebat recuperare in beneficiũ Veſpe-
ſiani,& hoc tanto magis arguit numera-
tionem factã nomine Ill.Veſpeſiani,poſt-
quam recuperatio debebat fieri in bene-
ficiũ Ill.Veſpeſiani,quæ recuperatio nũ-
quam fuit facta,nam in libris ſcripſiſſet,
ſicut cętera ſcripſit, niſi eo modo per
actum venditionis in anno 1573. & facit
20 optimè dec.Bal. in l.ei qui,1.col.verſ.tu
die tertio,C.quod cũ eo,&c. quæ videa-
tur,quia ſatis ad propoſitum,ibi enim
habetur,quod quando aliquis vniuerſa-



Digitized by Google

ſiter ex mandato generali,negotia alterius gerit,ſi gratia dicti mandati aliquid in ſpecie ſuo proprio nomine facit in animo gerens ſe facere gratia dicti generalis mandati,ſed quod finaliter volebat in rem Domini conuertere,ſʒ principaliter hoc,quod geritur in ſpecie,nō videtur nomine Domini geſtum, tamen non poteſt negari Domini gratia factũ, quæ pro nomine habetur, & ſic illo Domino actio acquiritur, ſtante maximè ratihabitione per actum facti, ita in re de qua agitur Pilella ex mandato generali, de pecunia Domini diſpoſuit, quã pecuniam aliter expendere non potuiſſet,niſi procurator generalis fuiſſet,licet tempore quo expendit pecuniam, non apparuit cuius nomine, cùm animum habuerit dictam pecuniam recuperare, ac in rem Domini conuertere, videtur nomine Domini feciſſe,cui actio ex ipſo geſtu,& numeratione fuit quæſita, & ſic non obſtat obiectum,& firmior remanet ſupra firmata concluſio.

Quod autem Pilella in anno 1573. vel antea in anno 1571.fuit debitor,vel creditor Ill Principis,nihil ad iſtam cauſã, licet ſint multa diſcuſſa ex abundanti, veritas eſt, quod in anno 1569.tempore quo expeditur per Pilellam procuratorem Ill. Veſpeſiani pecunia dicti Veſpeſiani in beneficium Principis, Princeps ſciendo dictam pecuniam Ill. Veſpeſiani contentus remanſit eidem Ill. Veſpeſiano dictam pecuniam reſtituere cum intereſſe,ſʒ abſenti,& ignoranti, & Pilellæ pro eo, quam nunquàm reſtituit, niſi in anno 1573.eidem vendendo annuum redditum in extinctionem dictæ pecuniæ, & illo tempore anni 69. Pilella non debebat Principi,imò ipſius creditor erat, & hoc notatur ad euitandum confuſionem,ex qua pecunia fuit facta numeratio,quando Pilella fuiſſet debitor Principis, quod autem poſt dictum tempus debitor,vel creditor fuerit,nihil ad cauſam,cùm nunquam poſtea Pilella nomine Ill.Veſpeſiani dictã pecuniam à Principe accepto tulit, niſi tempore venditionis,& dicto modo ceſſat etiam error, & præſumptus Principis,& dolus,cùm non poſſit allegare ignorantiam pecuniam ſolutam fuiſſe Veſpeſiani, ac nunquàm eidem reſtitutam,vel Pilellæ dicto nomine,& ideò in anno 73. vendidit, & cùm alias coram Ill.D.Salazar potuiſſet idem per Principem prætendi, conſultò omiſit difficultare totam pecuniam reſpectu capitalis,ſed tantùm intereſſe ab anno 1569.vſque ad diem contractus vẽditionis,hodie totum difficultatur,quod vndè procedat ignoro, certum eſt Principem eſſe ſagacem,& non pupillum; Ex quibus omnibus concludendum eſt, Illuſtriſſimum Principem ſemper obligatum,& proindè Illuſtriſſimum Veſpeſianum abſoluendum eſſe; & prædicta ſint ſcripta ex abundanti pro veritate defenſionis Illuſtriſſimi Domini Veſpeſiani abſentis,qui eſt etiam creditor Pilellæ in duc.30.mil. ex introitu ſuperante exitum.

Ex prædictis etiam conſtat, nõ obſtare,quod dicitur de prætẽſo dolo procuratoris tacentis tempore venditionis prædictæ, quod habebat pecuniam Domini Principis in eius poſſe, cùm ex deductis vt ſupra per Dominum Veſpeſianum,appareat, nihil obſtare,quòd Pilella eſſet tunc debitor Principis, ſi dicta pecunia non eſt conuerſa in vtilitatem Domini Veſpeſiani, vltra quod cùm appareat, Pilellam infra paucos dies expendiſſe totam dictam pecuniam pro debitis Principis, non video quis dolus allegari poſſit, vltra quod de iure dolus tertij, etiam ſi dictus tertius eſſet me-
31 diator,& procurator non nocet emptori, vel venditori glo. communiter approbata in cap. cùm dilecti, in glo. fin. verſ.& no. quod in contractibus, de emptio.& venditio, & ibi Imol.nu.14. verſic.& no.etiam extra glo. quod licet dolus, qui loquitur dùm tertius mediator erat etiam procurator.

32 *Die 20. Februarij 1581.*

*In Collat.Conſ.fuit votatum pro Principe, & multi multa adduxerunt,Ego dixi,Pilella vnũ computum,cum Veſpeſiano,vnum computum cũ Principe,at cum Bancho non computa diſtincta ab illo, ſed vnum tanquàm Pilella; Inde eſt, quod recepit vt procurator Veſpeſiani, ipſe effectus eſt debitor Veſpeſiani, ſoluit vt procurator Principis,effectus eſt creditor Principis,hoc creditum Pilellæ extinguibile ſolutione, ſolutum quia tempore contractus Pilella exegerat maiorem ſummam, & debitor Principis in maiori ſumma, fit venditio,pretium non receptum, ſi dicitur erat receptũ,quia in anno 69. erat per Pilellã defenſum pro Principe, replicatur, quod tunc Pilella fuit effectus creditor Principis, & poſtea ante contractũ venditionis deſtinatum, quia Pilella ſatisfactum,ergo venditio ſine pretio,ergo nulla.*

ADDI-

Digitized by Google

## ADDITIO.

DE conſimili caſu Principis Hoſtiliani conſilium celebre edidit Camill. de Medicis 89. vbi refertur deciſio S.C. vt ibi erit videre, & de hoc facto memini (licet in diuerſo articulo) in 2. par. noſtri Compendij verbo, Reus, in iudicijs venditio ſine pretio nulla eſt, & datur retentio, nec pretio ſoluto transfertur dominium, Reg. de Ponte conſ. 17. num. 49. volum. 2. & punctualiter in conſ. 70. tom. 2. de eodem negotio inter Principem Biſiniani pro in iure allegauit cum Veſpeſiano Gonſaga, ſi ſcribens mandando Banco per medium apocæ, vt aliquam pecuniæ quantitates ſoluat Titio tanquam procuratori alterius, & poſtea reperitur deſcripta apoca in faciem Titij, pro quo ipſius nomine an conſequatur liberationẽ, & ſubdit pro Principe iudicatum, prout in meo Compendio p. i. Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicium inueſtituræ eſt ſummariſſimum, & ſine libello explicari debet.*

2 *Inueſtitura confirmatoria poſſeſſori concedi debet.*

3 *Ius nullum transfertur ex inueſtitura confirmatoria.*

4 *Vaßallus perdit feudum, ſi intra annum, & diem non petierit inueſtituram.*

5 *Dominus, & vaſſallus ad imparia non debent iudicari.*

6 *Iudicium nec poſſeſſorium, nec petitorium eſſe poteſt reſpectu Domini, quando vaſſallus ſuccedit, & hæreditatem adijt.*

7 *Aßecuratio vaſſallorum, quæ nam ſit.*

8 *Inueſtitura antiqua non tribuit ius nouum in re, nec præſtat poßeſſionem.*

9 *Inueſtitura veteris feudi, cur fiat.*

10 *Iudicium an petitorium, vel poſſeſſorium, dicatur inueſtitura feudi.*

11 *Inueſtitura an prius erit expedienda, & mox de inualiditate titulorum tractanda.*

12 *Capitula, quæ ſint inquirenda in iudicio inueſtituræ recenſentur.*

13 *Succeſſor defuncti prius erit inquirendus, ſi ad eum ſucceſſio ſpectare noſcatur.*

14 *Filius probare debet ſe eſſe filium, & ſolum hæredem petens inueſtituram confirmatoriam.*

15 *Succeſſor debet probare qualitatem appoſitam in prima inueſtitura.*

16 *Succeſſor in feudo debet probare ſe eſſe hæredem.*

17 *Agnatus ſuccedens in feudo, probare debet ſe eße agnatum.*

18 *Soror primogenita an ſit immittenda in poſſeſſionem feudi, non obſtante inſtitutione ſecundogenito, refertur deciſio.*

19 *Inueſtituram petens, probare debet ſe eſſe ſucceſſorem.*

20 *Lex cenſetur mãdare omnia ea, per quæ peruenitur ad principale.*

21 *Hæres debet eſſe perſona immediata, vocata à lege inueſtituræ.*

22 *Inſtantia præiudicet in petitorio, quando iudicium haberet mixturam Iuris, & Facti.*

23 *Sententia lata ſuper principali, an & quando pariat exceptionem rei iudicatæ in incidenti, etiam quod incidens poſtea proponatur.*

24 *Conſtare debet de ſucceſſione feudi, ad ſciendũ ipſius qualitatem.*

25 *Iudicium quando dicatur habere admixtam cauſam proprietatis.*

26 *Cognoſci debet omni iure de petitorio ad iuſtificationem iudicij intentati.*

27 *Iudicium inueſtituræ fundatur mediante cauſa proprietatis.*

28 *Sententia lata in iudicio ſummario, parit exceptionem in iudicio petitorij.*

29 *Exceptio dominij an admittatur, quando cum Fiſco ageretur, ſecus quando Dominus vellet in promptu de ſuo iure docere, nu. 30.*

31 *Regula, dolo facis, an in iudicio poſſeſſorio procedat.*

32 *Principaliter quod eſt oppoſitum, principaliter eſt diſcuſſum.*

33 *Deciſio Collateralis Conſilij refertur, an propoſito poſſeſſorio adipiſcendæ, & inſtatum, quod non procedatur in petitorio, ſit admittendum.*

34 *Deciſum, quando dicatur, quod principaliter erit deductum, & nu. 36.*

35 *Sententia in dubio cenſetur lata ex cauſa, de qua conſtat ex actis.*

37 *Exceptio rei iudicatæ, quænam requiſita contineat.*

38 *Verbum, pinguius, qualiter accipiatur.*

39 *Exceptio rei iudicatæ, an & quando militet, vel non, ſuper eadem re, vt obſtet.*

40 *Exceptio rei iudicatæ, an ſtante petitione rei diverſa inter eaſdem perſonas obſtet.*

41 *Exceptio rei iudicatæ obſtabit, quando res licet diverſa dependerent ab alijs cauſis, & rebus in primo iudicio deductis.*

42 *Tex. in l. Iulianus, ff. de except. rei indic. ponderatur.*

43 *Exceptio rei iudicatæ an obſtet, ſi de fundo fuerit actum, & de via inde ageretur, ſic etiam de petente fundum, deindè Inſulam ex parte fundi factam, petitam eſſe oſtenderetur, nu. 44.*

45 *Exceptio rei iudicatæ obſtabit, eo ipſo, quod fuerit pronunciatum, quod inueſtitura in perſonam alicuius fieret, & condemnetur ad dotem actricis.*

46 *Exceptio rei iudicatæ ſemper obſtabit, ſi in primo iudicio diſputatum fuerit de eodem iure, & in ſecundo veniret diſcutiendum.*

47 *Regula l. ad ſolutionem, C. de re iud. qualiter procedat.*

48 *Qui vnum acceptat, contrariorum reliquum perdit.*

49 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*

50 *Reſolutio altercationis præſentis affertur.*

51 *Tex. in l. de eadem, ff de except. rei iudi. & l. ſi quis cum totum, ff. eo. tit. ponderantur.*

52 *Exceptio rei iudicatæ, quando obſtat, vel non.*

52 *Deciſio dubij in Collaterali Conſilio peracta adducitur.*

## PRO ILLVSTRISSIMO COMITE Triuenti.

## ALLEGATIO XI.

FAteor in hac cauſa pluſquam in alijs ignorantiam meam, poſtquam in hac exceptione rei iudicatæ non video, nec cognoſcere poſſum probabilem dubitationem, & ſi non fuiſſet tàm exacta clientis efflagitatio, verè nè tædio Dominos Iudicantes afficerem, verba ſuper tali incidenti non effudiſſem; patienter igitur infraſcripta (quæſo) perlegant, ex quibus (ni fallor) indubitata reddetur, ac notoria exceptio oppoſita, vltra in facto notata, ex quo ſolo facto cauſa hæc, ſeù exceptio ſuam recipit determinationem abſque iuris altercatione.

Iudicium inueſtituræ de per ſe eſt ſum-
1 mariſſimum, imò ſine libello ſolet, &
debet explicari, dicit Bald. in cap. Imperialem, §. inſuper ſi filius, de prohibi. feu. alien. per Frider. Nàm ex eo dominium non conſequitur, nec poſſeſſio, cùm illud recta via per mortem defuncti tranſmiſſum fuerit in ſuum hæredem in feudo legitimum, per cuius mortem conſequutus, & adeptus fuit poſſeſſionem hæres, dùm poſtea petitur inueſtitura, illa non eſt de nouo feudo acquirendo, ſed de veteri iure confirmando, quam vaſſallus nouus ſucceſſor in recognitionem directi dominij petit, offerens facere debitam fidelitatem; hinc Doctores dixerunt ad propoſitum tex. in l. cùm hæredes, ff. de acquiren. poſſeſſ.
2 procedere in feudis, vt per Andr. in cap. ſancimus, quo tempo. mil. & poſſeſſori concedi talem inueſtituram confirmatoriam ſecundum eum ibi, idem Andr. in cap. 2. de feud. cognit. in d. cap. Imperialem, §. inſuper ſi filius, in fine, de prohib. feud. aliena. per Frider. Hinc quia
3 nullum ex inueſtitura confirmatoria transfertur ius, poteſt illam etiam minor, & qui aliàs alienare non poteſt, facere, ad tex. in cap. 1. vbi Andr. & communiter Scribent. per quos fiat inueſti. Hinc tex. in cap. 1. § fin. in fin. de feud. cognitio. dixit, feudum acquiri poſſe aut inueſtitura, aut ſucceſſione; Ergò quando quis vti ſucceſſor petit inueſtituram, non eſt ad finem acquirendi feudum iàm ex ſucceſſione acquiſitum, ſed ad finem confirmandi ius, quod per prius habebat, & acquiſierat ex ſucceſſione, recognoſcendo vt nouus *Dominus*, & ſucceſſor directum *Dominum*, & pollicendo eidem debitam fidelitatem; hinc ſi non petierat infra annum, & menſem de iure veteri, de quo in cap. 1. quo tempo. mil. & infra annum, & diem de
4 iure nouo perdebat de iure communi feudorum vaſſallus feudum in dict. cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, & ſicùt vaſſallus perdebat ex non petitione infra tempus ſtatutum, ſic Dominus denegando priuabatur dire-
5 cto dominio, cùm non debent vaſſallus, & Dominus ad imparia iudicari, glo. Andr. & communiter *S*crib. in §. nulla, per quos fiat inueſti.
6 Habet igitur vaſſallus ſuccedens, & hæreditatem adiens dominium, & poſſeſſionem, nec in ea turbatur, vndè non poteſt eſſe nec iudicium petitorium, nec poſſeſſorium reſpectu *Domini*, hinc

Bal.

Bal.dixit in d.§.inſuper,quod eſt iudiciū quodam confirmandæ poſſeſſionis,& verè nec eſt iudicium,poſtquam (ſecundū eum) nec requiritur libellus, ſed eſt petitio quædam ad euitandam caducitatē de iure communi,& ad faciēdam debitā fidelitatis recognitionē, & in Regno ad euitādam ſolutionem duplicati releuij, iām quod ſimplum ſoluitur ex more in illam recognitionem directi dominij ob petitionem nouæ inueſtituræ per mortem; hinc in Regia Camera paſſim,& in-
7 diſtinctè denunciata morte, datur liſta introituum feudi, offertur releuium, & expeditur inueſtitura abſq; alio litigio, & propterea impropriè eſt inueſtitura;ſed quædam aſſecuratio vaſſallorum, ſecundum Andr.in d.cap.ſancimus,2.col. Hinc Præpoſ.in d.cap.1.per quos fiat inueſt.1.col.tradit, quòd inueſtitura anti-
8 qua nō tribuit ius nouum in re, nec præſtat poſſeſſionem, neque dominium, ob quod dicit eſſe impropriam inueſtiturā, idem ibi Aluaro.Affl.& omnes,& meliùs Aluaro.in d.cap.1.quid ſit inueſt.& propterea Bal. qui omnia ſciuit eleganter dixit in l.1.de rer.diuiſ. quod inueſtitura veteris feudi fit non ad finem acquirendi nec dominium,nec poſſeſſionē,nec aliud
9 ius nouum, ſed in ſignum cuiuſdam cenſus deuotionis, & recognitionis, quod debet præſtari Domino.

Ex his non oportet partem tempus conterere in actione,quæ datur ad inueſtituram petendam, de qua per Andr. in procem. 6. quæſtio. qui loquitur, & ſic
10 omnes in inueſtitura noui feudi,nec vagare in diſputando,ſi hoc eſt iudicium petitorium,vel poſſeſſorium; nām dico, quòd nec habet formam iudicij, loquēdo tamen de inueſtitura confirmatoria per mortem, vt in caſu de quo agimus, nec eſt petitorium,nec poſſeſſorium, cū omnia habeat feudatarius penès ſe, nec habet de quo inquirere Rex,quando notorium eſt; nec diſputatur,quòd petens inueſtituram eſt legitimus in feudo ſucceſſor, nec contradictor apparet, qui aliud prætendat, & tali caſu & ſi Dominus prætendat inualiditatem titulorū,
11 vel aliud dominium concernens,hoc nō impedit expeditionem inueſtituræ, ſed prius illa eſt expedienda,demùm de hoc tractandum ita Andr.Bal. & cęteri Feudiſtæ in d.§.inſuper ſi filius,non quia in iudicio poſſeſſorio non admittitur exceptio dominij,cùm feudatarius poſſeſſionem habeat,ſed quia eſt petitio ſummariſſima,ex qua non tribuitur ius,ſed quod habet ſiuè in poſſeſſorio,ſiuè in petitorio,prout iuſtum fuerit cōfirmatur, & hæ ſunt, quæ abſque figura iudicij, abſque termino, & alia ſolemnitate in Regia Camera quotidiè explicantur.

Dùm verò petente aliquo inueſtituram,ſe opponit tertius, præſupponendo talem inueſtituram petentem non habere requiſita ad feudi ſucceſſionem; imò ipſum tertium contradictorem eſſe legitimum ſucceſſorem,& in eius perſonā fieri debere talis inueſtituræ expeditionem, tunc pernecesſè ſit iudicium non inter Fiſcum, & vaſſallum pro Fiſci formato intereſſe,ſed inter Fiſcum, & omnes comparentes,vt liquidato vero ſucceſſore in feudo,in illius perſonam inueſtitura expediatur,& hoc propriè cadit in iudicio inueſtituræ,& eo caſu non erit iudicium ſummarium, ſed ordinarium, non ex propria natura iudicij inueſtiturę confirmatoriæ,ſed ex accidenti tertij comparentis, qui ex ſua comparitione perimit ſubſtantiam, in qua inueſtitura radicatur, dùm denegat eſſe ſucceſſorē in feudo, illum, qui primo loco inueſtituram petijt,quæ cùm fieri debeat ſucceſſori,& hoc cōtrouertitur, pernecesſè præambulum erit cognoſcere, an ſit talis,& hoc eſt,quod Andr.& communiter
12 omnes dixerunt, quòd in hoc iudicio inueſtituræ certa capitula veniunt inquirenda,& cognoſcenda,& illud eſt pręcipuum;an petens eam ſit legitimus, & ſolus ſucceſſor in feudo,& ſic nō eſt hoc per viam petitorij,non per regulas poſſeſſorij, ſed ad explicandum concernentia actum ſine quo ille fieri,& in eſſe deduci non poteſt, declarat pulchrè Andr. in d.cap.ſancimus,nu.10. quo temp.mil.
13 ibiq; Affl. 3.col.dicens, inquiri principaliter an ſucceſſor defuncti ſit talis, ad quem debeat ſpectare ſucceſſio, & onus eſt petentis inueſtituram demonſtrare ſe eſſe legitimum ſucceſſorem,& idem ibi tradit Loffr.idemq; Andr.in d.c.ſciēdum,§.fin.de feu.cognit.ibi,quòd inquiritur ſi eſt filius, vel alius hæres,& melius per eundem Andr.in d. §. nulla, per
14 quos fiat inueſtitu. dùm dixit, quòd in inueſtitura confirmatoria habet probare qui eam petit ſe filium, & ſolum hæredem, hinc Frecc. in 3.lib.in 10. differ. feu.ex pact.& proui.& hæred.f.mihi 262.
15 dixit eleganter,quòd qui vult ſuccede-



Digitized by Google

re, debet probare qualitatem appoſitam in prima inueſtitura, ſcilicet, vt hæres ſit illius, cui ſuccedere vult, quando à Domino petit inueſtituram, quæ veteris eſt confirmatio, & idem ex authoritate Andr. tradidit Capyc. in repet. cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, ver. limita decimoquarto, de prohib. feu. alien. per Frider. Affl. in cap. 1. an agnat. n. 41. Loffred. in §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. 3. col. ideoque Frecc. in 2. lib.
16 3. author. nu. 10. dixit, quòd qui petit renouationem inueſtituræ in feudo hæreditario, inter cætera opus habet probare ſe eſſe hæredem, quia aliàs antequam adeat (dicit ipſe) non dicitur verè feudatarius, nec Dominus feudi, ex quo nõ eſt purificata qualitas adiecta in conceſſione pro ſe, & hæredibus, & ſubdit, quòd ſicut repelleretur à feudo, ſic ab his quę à feudo dependent, & ex feudo obueniunt, ſunt enim appendices, & acceſſoria feudorum Inueſtiturę, per quę ſatis ad propoſitum Affli. in cap. 1. ſi de feud. fuer. controu. poſt nu. 10. tradidit, quòd agnatus, qui vult ſuccedere in
17 feudo, debet petere inueſtituram, in qua habet probare ſe talem, quod debeat admitti ad ſucceſſionem, & niſi probet ſe proximiorem, & habilem, denegabitur inueſtitura, etiam quod eſſet hæres inſtitutus, quia edictum Diui Adriani, ſecundum eum, non habet locum, niſi quãdo eſt inſtituta perſona, quæ aliàs ab inteſtato eſſet legitima ſucceditrix in feudo, prout aliàs refert per totum Sacrũ Conſilium deciſum, ad intellectum tex. in c. 1 de ſucceſſ. feu. in dec. 119. & latius per Frecc. in 20. differ. feu. ex pacto lib. 3. & fuit nouiſſimè deciſum in cauſa ſororum de Como, referente Domino Cadena, facta relatione in collaterali Conſilio,
18 dùm non obſtante inſtitutione, ſecundæ genitæ in capillo fuit prælata in iudicio poſſeſſorio, ſecundum terminos d. l. fin. de edict. diui. ſoror primogenita in feudo paterno, tanquam prima vocata ex lege inueſtituræ.

Si ergò inueſtitura eſt facienda ſucceſſori legitimo, ergò natura huius iudicij dùm comparet contradictor, illa erit, vt liquidetur prius ſucceſſor per neceſſarium antecedens, ſecundum præfatos Doctores, & eſt communis omniũ Schola fundata in notorijs iuris regulis, nam
19 ei, qui dicit, incumbit onus probandi, & propterea Doctores voluerũt, quòd qui petit inueſtituram, habeat probare ſe ſucceſſorem, cùm illa non detur extraneo per mortem feudatarij, ſed illi, qui ſucceſſit in feudo ad confirmandum ius ſuum, ergò oportet dari præexiſtentiam ſucceſſionis, & ſic illius verificationem; & cùm lex mandet, quòd ſucceſſori fiat inueſtitura, cenſetur demandaſſe omnia
20 ea, per quæ peruenitur ad hoc, ad tex. in l. 11. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. oratio, ff. de ſponſ. cum vulg.

Dùm igitur natura iudicij, contradictore legitimo exiſtente importat hanc diſceptationem, & liquidationem legitimi ſucceſſoris, non video in quo poſſit remanere dubitatio exceptionis oppoſitæ; nàm non eſt petitorium, nec poſſeſſorium reſpectu Regis, à quo petitur inueſtitura, nec à Rege fuit aliquid oppoſitum petitorium concernens, quo caſu procedunt tradita per Andr. Bald. & cæteros Scribentes in d. §. inſuper ſi filius, ſed in petitione inueſtituræ incidit ex contradictione dubitatio ſucceſſoris, quæ dubitatio ex natura iudicij venit neceſſariò indaganda, & definienda, vt certus ſit Rex, cui inueſtituram concedere habeat, & ſic non per viam petitorij, aut poſſeſſorij, ſed ad definiendum inueſtituræ iudicium, quod iudicium ſe habet in plus, quàm iudicium, ſecundum terminos d. l. fin. C. de edict. diui. Nàm ibi ſufficit teſtamentum non abolitum, nec
21 cancellatum; hic verò vltra teſtamentum requiritur, quod ſit hæres perſona immediatè vocata ex lege inueſtituræ (vt ſupra dixi) aliàs remedium l. fin. non haberet locum, & inueſtitura non concederetur: ergò petens inueſtituram Comes Ferdinandus non immediatus ſucceſſor ex lege inueſtituræ, cùm erat patruus Io. Vincentij vltimi decedentis, cui ſuperſtes remanſit Thomaſina ſoror, & legitima hæres ex lege feudi, oportuit propterea ſe verificare legitimum ſucceſſorem ad inueſtituram obtinendã, & hoc modo de dominio fuit diſcuſſum pertinenter, principaliter, & neceſſariò ſecundum naturam iudicij, non inter Fiſcum, & Feudatarium, ſed inter ſucceſſores ad ſucceſſionem cõcurrentes, quo caſu ex diſcuſſione dominij propter mixturam, quam habet iudicium iuris, &
22 facti; ſententia indè lata præiudicabit etiam in petitorio, deciſio eſt ſynodalis Bal. in l. poſt ſententiam n. 4. in fi. ibi, fallit, C. de ſent. & interloquuto, omni. iudi.



Digitized by Google

loquens in terminis tex.d.l.fin.& euomit
elegantia verba, reddendo rationem,di-
cens,quia talis ſententia concernit ius
hereditarium,ſic hic talis ſententia con-
cernit ius hæreditarium, omneque ius
ipſorum ſucceſſorum, quod neceſſariò
propter inueſtituram explicandam, &
concedendam venit decidendum, & idē
Bal.in d.§.inſuper,arguit à terminis d.l.
fin. ad iudicium inueſtituræ,& ſi quando
de incidēti eſt plenè cognitum,ita quod
23 ſententia non poteſt eſſe vera abſq;quod
in incidenti non eſſet pronunciatum; in
eum enim caſum ſententia lata ſuper
principali, parit exceptionem rei iudi-
catæ ſuper incidenti,etiam quod incidēs
poſtea proponatur ab eo, qui ſuccubuit
per viam principalis petitionis,ſecundū
communem doctrinam Bart.in l.1. C.de
ord.Iudic. Quantò magis hoc erit indu-
bitatum in hac cauſa,vbi hoc venit pro-
ponendum,tractandum,& diſcutiendum
per viam principalis petitionis,& actio-
nis, eo ipſo, quod fuit propoſitum iudi-
cium inueſtituræ;cùm inſtantia,quod in-
timaretur Thomaſina pro ſuo intereſſe,
ob quod habuit terminum ordinarium,
omnes probationes hincindè fuerunt
ſuper validitate,vel inualiditate titulo-
rum; & ſic omnes ſcripturæ productæ,
adeo quod deuenit Thomaſina etiam ad
præſentationem inſtrumenti falſi, ad in-
ualidandum titulum Ferdinandi, & ad
demonſtrandum ipſam eſſe legitimam
ſucceditricem,& hæredem in feudo,fuit
data repulſa,fuit data concomitantia,
& fuit proceſſum tanquam in ordinariſſi-
mo iudicio, igitur fuit perneceſsè iu-
dicatum,Thomaſinæ nullum competere
ius.

Ex quibus elicio motiuum indubita-
tum,nàm ſi ad obtinendam inueſtituram
Ferdinandus oportebat docere de titu-
lo particulari,poſtquàm primæua inue-
ſtitura, ex qua feudum ſuam naturam
aſſumpſit,erat pro maſculis,& fœminis,
& tàm ex lege inueſtituræ,quàm ex iure
noſtrarum Cōſtitutionum, fœmina erat
prælata tanquam ſoror vtrinq; coniun-
cta, & ad inueſtituram obtinendā opor-
tet docere ſe legitimum, & ſolum ſuc-
ceſſorem; imò dicit Frecc.in locis præ-
allegatis nu.13. quòd debet conſtare de
24 conceſſione feudi ad ſciendam ipſius
qualitatem,& naturam; ergò ſi ad obti-
nendam inueſtituram neceſsè habuit
Ferdinandus ſtatim docere de titulo, igi-
tur iudicium hoc habuit admixtam
cauſam proprietatis ſecundum naturā
25 ſuam; nàm tunc iudicium dicitur ha-
bere admixtam cauſam proprietatis,
quando ad ipſius iuſtificationem opor-
tet docere de titulo, ex regul.tex.in l.1.
§.quædam,ff.de interd. in l.3.§.hoc autē,
ff. de itine. actu. priua. Bal. in rubr. de
cauſ.poſſ.& propriet.num.6. & num.15.
& cùm neceſſariò omnis quæſtio ex tali
iudicio finiatur, cùm ad iuſtificationem
26 iudicij intentati principaliter de peti-
torio,& omni iure cognoſcatur, cùm
aliàs non poſſet iudicari, ſecundum tex.
notab.in l.1.§.fin.ff.de aqu.quoti. & æſti.
27 & dicetur iudicium inueſtituræ, quod
fundatur mediante cauſa proprietatis,
ſecundum Bal.in l.incerti,num.14.C.de
interd. propterea ſecundum Scribentes
omnes communiter, nemine excepto
ſententia lata in tali iudicio parit ex-
26 ceptionem rei iudicatæ in petitorio,
tàm in d.l.incerti,quàm in l.naturaliter,
§.nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.
& hoc eſt, quod elegantiſſimè dixit Bal.
in d. l. poſt ſententiam; & ſic aliud eſt
tractare quid importet ſimpliciter iudi-
cium inueſtituræ inter vaſſallū, & quid
opponere poteſt Dominus,& in hoc pro
cedunt omnia, quæ pars adducere po-
teſt,quòd non admittitur quæſtio domi-
nij, quod eſt iudicium ſummarium, &
reliqua; & aliud eſt tractare inter ipſos
ſucceſſores,non de titulo feudi, non de
iure dominij,ſed penès quem feudi ſuc-
ceſſio reſideat ad finem expediendi in-
ueſtituram, quæ in perſonam legiti-
mam ſucceſſoris, & non alterius eſt fa-
cienda.

29 Præterea & fortiùs,&ſi in hoc iudicio,
quando cum Fiſco ageretur, non admi-
tteretur exceptio dominij, ijdem Andr.
Bal. & cœteri Scribentes in d. §.inſuper
dixerunt,non procedere, quando Domi-
30 nus vellet in continenti docere, & in
promptu de iure ſuo conſtaret, & idem
tradiderunt communiter Scribentes in
terminis tex.d.l.fin.C.de edict. diui. glo.
Bal.Ang.& cœteri in l.ij. C.eodē, & con-
gerit Deci.in ea.l.fina.num.20.& in iudi-
31 cio poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis,
quod obſtet regula, dolo facis petere,
quod incontinenti reſtituturus es, com-
muniter Scribentes in d.§.nihil commu-
ne, in 1. combinat. Bart. igitur cùm ex
parte Ferdinādi notorius defectus pro-
prietatis fuerit oppoſitus,ac regula præ-
dicta,

Digitized by Google

dicta, dolo facis, &c. & docuit in promptu per authent. priuilegia, de propriet.
ad tex. in l. cùm precibus, C. de probatio.
adeo quod nec actio, nec exceptio Ferdinandi requirebant altiorem indaginem,
ſed replicatio Thomaſinæ, quæ volebat
fundare ex facto titulos fraudulentos,
ergò optima fuit, & de iure admictibilis
exceptio defectus dominij, de qua in
promptu docebatur, & conſequenter cùm
ſit illa oppoſita principaliter tàm in comparitionibus, quàm in articulis, vt in facto eſt demonſtratum, & horum titulorum
validitatem, vel inualiditatem principaliter tractant articuli vtriuſque partis,
32 propterea hoc infertur principaliter
diſcuſſum, ex vulg. doctr. Bal. in l. recepticia, C. de conſtitu. pecun. & conſequenter ſententialiter determinatum ſecundum eum.

Vlteriùs & fortiùs, priuilegium excluſiuum fœminarum, vigore cuius petijt
ſibi concedi inueſtituram Ferdinandus,
erat (inquam) cum qualitate dotationis de paragio fœminas, quæ excludendæ veniebant, in hoc igitur iudicio nec
ex parte Ferdinandi fuerunt dotes oblatæ, nec ex parte Thomaſinæ petitæ, dùm
verò profertur ſententia, dicitur, expediendam eſſe inueſtituram in perſonam
Ferdinandi, ſeruata forma prædicti priuilegij, & hoc ſufficiebat, ſi de ſimplici
inueſtitura fuiſſet tractatum, ſed ſubdit
duo, vnum eſt, non obſtantibus petitis,
oppoſitis, & deductis in proceſſu ex parte Thomaſinæ; & alterum eſt, dùm dicit,
& nihilominus dictus Ferdinandus condemnetur ad dandum ſoluendum dictæ
Magnif. Thomaſinæ dotem de paragio,
iuxta tenorem dicti priuilegij aſſenſus.
Igitur quomodo poteſt tergiuerſari,
quod non ſit deciſa excluſio totalis, omnis prætenſionis ipſius Thomaſinæ, cui
in tantum dotes debebantur, in quantum
remanebat, & iudicabatur excluſa à ſucceſſione vigore priuilegij; igitur pernecesſè dùm dantur dotes, fuit iudicatum,
ipſam à ſucceſſione excluſam, & fuit iudicata validitas priuilegij, & tituli excluſiui fœminarum, aduerſus quem titulum, & quod priuilegium Thomaſina in
articulis deduxit plura tàm concernentia fraudem, & dolum, quàm metum ſubreptitium, & obreptitium; & è contrario
Ferdinandus in ſuis articulis quæſiuit
fundare validitatem illorum; vndè dùm
ſententia dicit (non obſtantibus oppoſitis, & deductis in proceſſu pro parte
Thomaſinæ) reiecit fraudem, dolum, &
alia deducta, & conſequenter iudicando
valida priuilegia ex reiectione obiectorum, iudicauit ſecundum ea inueſtituram
expediendam; & dùm poſtea condemnauit Ferdinandum ad dotes, iudicauit id,
quod non concernebat iudicium inueſtituræ, nec quid commune cum ea, ſed benè ius ipſius Thomaſinæ excluſum à ſucceſſione, ſed reſidens in paragio, quod
conueniebat decidi, dùm fuit ex parte
Ferdinandi inſtatum declarari, nullum
ius competere, & hæc (ni fallor) non habent reſponſum.

Vltimò, ſi in facto eſt demonſtratum,
hoc deductum principaliter, & altercatum, & deciſum, debere procedi ſuper
petitionibus ambarum partium, & datus terminus iuris ſuper petitionibus
prædictis, & Thomaſina pluries in ſuis
comparitionibus dixit, iudicium inueſtituræ eſſe idem, quod petitorium, & propterea inſtabat, ſuper eo non eſſe procedendum; & tandem in articulis, Ferdinandus
in ſpecie iterum oppoſuit defectum proprietatis, & exceptionem dolo facis, &c.
& in ipſis articulis omnes partes deduxerunt defenſiones ad petitorium principaliter, produxerunt poſtea ſcripturas,
Thomaſina voluit repulſare, prout repulſauit noſtros teſtes de validitate titulorum tractantes, & præſentauit ſcripturas etiam falſas ad annullationem
tituli Ferdinandi, & poſtremò inſtauit
pro reiectione noſtrorum articulorum,
præſupponendo, & allegando, quòd in
poſſeſſorio tantùm erat terminus datus,
& fuit reiecta mediante decreto ſua petitio, & vltimò his omnibus latiſſimè diſcuſſis profertur ſententia modo quo ſupra,
quæ ſententia non ſe reſtringit ad primam petitionem tantùm ex parte *Ferdinandi* præſentatam; ſed etiam dicit,
viſis alijs petitionibus, *ſcripturis*, &
priuilegijs per vtramque partem *productis*, & aderant petitiones *explicitæ* petitorij, igitur remanet caſus extra omnem dubitationem; nàm prima petitio
inueſtituræ non eſt ſimplex, ſed petitur
illam concedi tanquàm legitimo ſucceſſori, & poſſeſſori vigore priuilegiorum,
ergò fuit deductum omne ius, quia non
ſolùm vti poſſeſſori, ſed vti legitimo ſucceſſori vigore priuilegiorum petijt inueſtituram concedi, propoſuit poſtea
hoc magis explicitè ex aduerſo Thoma-

ma.

Digitized by Google

33 maſinæ propoſuit poſſeſſorium adipiſcendæ,& inſtetit prouideri, quòd non procedatur in petitorio, & tàdem facto verbo in Collaterali, iudicatur, quòd procedatur ſuper petitionibus vtriuſq; partis,& detur terminus iuris,igitur habemus punctum deciſum, quæ cùm latiùs ſint in facto explicata, propterea amplius in ipſis non immoror.

Si ex præallegatis declarabitur obſtare reſpectu Comitatus exceptionem rei iudicatæ, prouti ( ni fallor ) arbitror non poſſe in dubium refricari; remanet videndum, an eadem exceptio obſtabit ex iuris interpetratione in extimatione, ſeù intereſſe petito in caſum, in quem ſuper Comitatu non obtineret,quod reſolutionem habebit ex dilucidatione facti diſcuſſi,& deciſi per ſententiam, alias ſuper hoc latam.

Quod autẽ in prædicta cauſa fuit deductum,diſcuſſum, & deciſum,fuit ( inquàm ) validitas titulorum Comitis Ferdinandi ex omni capite, & præcipuè ex capite obſeruantiæ, vel inobſeruantiæ capitulorum matrimonialium, ex capite doli, & fraudis, ex capite vis, & metus; quod in tantum fuit deductum, diſcuſſum,& deciſum,quò pars ad tollẽdum obiectum noſtri priuilegij expediti per Regem Catholicũ,per quod videbatur derogari omnibus conuentionibus, & capitulis,procurauit expeditionem reſcripti à Cæſarea Maieſtate, quod reducto prædicto ad ius,& iuſtitiã, & ſeruatis de iure ſeruandis miniſtraretur in prædicta cauſa iuſtitiæ complementum, taliter quod nulli partium ſit locus iuſtæ quærelæ,adeò quod ſublato obſtaculo priuilegij, & illo reducto ad ſimplicẽ aſſenſum, prout iuris,non remanſit in cauſa de alio tractare, nec de alio fuit facta diſcuſſio, quàm ſi conuentio inita inter Comitem Michaelẽ, & filium fuit valida, ſi fuit in fraudem capitulorum matrimonialium, ſi fuit illis contrauentum,ſi fuit inita per vim,& metum, quæ omnia deduxerunt ambæ partes in articulis, & in his conſiſtunt omnes probationes,& propterea dicebat Thomaſina, quòd cùm feuda erant donata pro maſculis, & fœminis contemplatione matrimonij, ipſa erat legitima ſucceditrix,dicebat inſuper, quòd &ſi donatio non valuiſſet,pariter obtinere debebat, quia cùm eſſet ſoror vtrinque coniuncta, erat prælata patruo, nec tituli ex aduerſo adducti iuuabunt. Primò, quia inualidi ex fraude ex metu, & ex contrauentione capitulorum matrimonialium. Secundò, quia carebant aſſenſu, & ad hoc adduxit pars inſtrumentum falſum reuocationis, quæ præſupponebatur facta antè impetrationem aſſenſus, quod dùm pars præſentauit, fecit comparitionem,inſtando pluries inſtantiſſimè pro cauſæ expeditione; & dùm fuit facta quærela de falſo,fuit ex ipſius parte petitum ſuperſederi, donec iudicium falſitatis fuerit ſopitum, dicendo, quia in eo cõſiſtit tota ſubſtantia,& deciſio cauſæ, & adhùc pars audet dicere, quòd illud fuit ſimplex iudicium inueſtituræ.

Ex aduerſo replicabat Comes Ferdinandus, & adduxit probationes, quòd donatio partis fuerat in fraudem veræ conuentionis initæ in concluſione matrimonij,& illius perfectione, cùm concluſum fuerat illud cum donatione pro maſculis tantùm,vt bona tàm principaliter per Comitem Michaelem acquiſita, in familia conſeruarentur, & ſic in articulis non ſolum fuit hoc demonſtratum, ſed adducta fuit realitas negotij,& quòd omnis fraus, & contrauentio fuit ex altera parte; & quòd cautelæ initæ inter Comitem Michaelem, & filium fuerunt iuſtiſſimæ ad fraudis præparatæ reparationem, quod non adfuit aliquis dolus, aut metus,& quod omnia ritè, & rectè proceſſerunt,& propterea debebat præualere eius titulus.

Fuit inſuper dictum,quòd eadem pars veritatem agnoſcens expediuit ipſa aſſenſum pro maſculis, & taliter aſſeruit cõuentum,& donationem factam,ex qua veritas facti demonſtrabatur,& omnia penitùs tollebantur, nec de aſſerto inſtrumento reuocationis ratio aliqua habenda erat, poſtquàm fuit iàm falſum declaratum.

Adeo quod ſi ex proceſſu hæc apparent tractata,& diſcuſſa,& non ſuper alio ſe fundauit ſententia, quod eadem ſententia per aperta verba clareſcit,dùm pro exequutione, & obſeruantia titulorum Comitis Ferdinandi,illum condemnat ad dandam dotem de paragio Thomaſinæ; quę eatenus competebat, quatenus à ſucceſſione erat legitima excluſa,& in tantum poterat excludi,in quantum conuentio ipſam excludens fuiſſet abſque fraude,dolo, & metu, ergo per ſen-

ſen-

Digitized by Google

ſententiam fuerunt declarati implicitè, & pernecesſè tituli validi, fuit declaratum, Comitem Michaelem in nihilo cōtrauenisse promiſſis; fuitq; tandem declaratum abeſſe ab iſtis titulis dolum, fraudem, ac metum; & ſic etsi ſententia ſit de inueſtitura ſtatus, tamen cùm illa non potuerit proferri, niſi ex præambula deciſione prædictorum, non tantum incidentium in cauſa, ſed in quibus cauſa ipſa tota eſt fundata, vt ex proceſſu
34 apparet, ſequitur propterea, quòd dicetur hoc principaliter deciſum, ex prę allegata doctrina Bart. communiter ſequuta in d.l.1.C.de ord.iudic. glo.in l.1. C.ſi ex falſ.inſtrum. in verb.quæſitum, in l.fin.in glo.fina.C.de fid.inſtrument.Abb. latiùs in cap.fin.6.col.de iur.cal. Nam
35 ſententia in dubio cenſetur lata ex cauſa, de qua conſtat in actis, ſecundum glo. in l.ſi quis ad exhibendum, ff.de except. rei iud. quam in propoſito allegat Bart. in l.inter ſtipulantem, §.1.de verb.oblig. Imò fortiùs dùm inueſtitura conceditur per ſententiam, dicitur ſeruata forma priuilegij Catholicæ Maieſtatis, & ſubdit, non obſtantibus petitis, oppoſitis, & deductis in proceſſu ex parte Thomaſinæ; & ſic non iudicatur ſimpliciter in fauorem Comitis Ferdinandi, in quo procedunt allegata, quando pernecesſè oportuit cognoſci de validitate titulorum, ſed adeſt expreſſa reprobatio oppoſitorum, & deductorū in proceſſu per Thomaſinam, de quibus non incidenter, ſed principaliter fuit cognitum; hinc fuit reductum noſtrum priuilegium ad ius, & iuſtitiam; ergò eſt expresſè iudicatum ſuper facto cōtrauentionis, frau-
36 dis, doli, & metus; & hoc eſt, quod tradidit, & docuit Paul.de Caſtr.in d.l.quod in diem, §.1.ff.de compen.in quo non immoror, nàm hæc omnia ex facto ſunt demonſtrata indubitata.

Si ergò eſt iudicatum ex prædictis, nō adeſſe contrauentionem promiſſis, non adeſſe dolum, metum, aut fraudē, & tandem eſt iudicatum titulum Comitis Ferdinandi validiſſimum; ſequitur, quòd dùm hodie petitur ex eadem cauſa extimatio, ſeù intereſſe, obſtabit exceptio rei iudicatæ, licet ſententia de intereſſe, aut extimatione non loquatur.

Difficultas oritur ex reg.tex.in l.cùm quæritur, ff.de except. rei iud. cum l.ſeq. videtur alia res, diuerſus modus agendi, & aliæ perſonæ, & conſequenter deficiunt omnia requiſita, ſed (quæſo) aduertatur, nàm (ni fallor) ex afferta ſerie facti ſupra notata arbitror, quòd per veros iuris tramites, non poterit hæc exceptio cauillari, & excludi.

Eſt verum, quod illa tria requiruntur
37 in exceptione præfata, ſed dicit glo. in l.& an eadem, in verb.concurrant, quod ſufficit illa concurrere verè, vel interpetratiuè; hinc eadem glo.in ver.perſonarum, dicit, quòd operabitur exceptio pro & contra perſonas ſucceſſorum, nàm largè verba illa accipiuntur; hinc idem tex.in §.1.dùm tractat de eodem corpore, dicit, quòd non requiritur, quod ſit prorſus idem, ſed pinguius pro communi vtilitate accipietur, & reddit rationē glo.ibi, in ver.vtilitate, vt litium ſit finis;
38 & exponendo verbum (pinguius) dicit, largiùs quam verba patiantur, & propterea hac fundamentali ratione attenta lex, quæ non eſt impoſita verbis, voluit, quòd ſemper quod in ſecundo iudicio venit controuertendum id, quod fuit
39 deciſum in primo, etiam quod ſit diuerſa res, quia interpetratiuè erit idem, obſtabit exceptio, cùm non poſſit competere, quod ſecundo loco petitur, niſi controuertendo, quod primo petitum fuit, & deciſum; ſic ſumunt Docto. reg. ex tex.in l.egi, vbi eſt caſus, ff.de except. & re iud. maximè ibi.in ver.ſed ſi rurſus ita agam, & hoc ad tollendas dubitationes, & dirimendas diſputationes, tex.in l.ſi quis cùm totum, §.ſi ancillam, in ver. æquidem, declarauit, quid voluit dicere Iureconſultus, dùm voluit, quòd ſit eadē res illa, quæ in ſecundo iudicio petitur, & dixit per hæc verba (æquidem ita definiri poteſt totiens eandem rem agi, quotiens apud iudicem poſteriorem id quæritur, quòd apud priorem quæſitum eſt) vbi glo.in verb.id quæritur, exponit, ſcilicet ex eadem cauſa; & ſic eadem cauſa facit interpetratiuè eſſe rem eandem, quia dependet ex eodem fonte idem diſcuſſo, & deciſo; & hoc melius declarat tex. in §. fina. eiuſdem leg. & ex hoc ſit, quod tex.in ead.l.in princip. decidat proprium caſum, vt ſi primò petieri rem, & ſuccubuerim, deindè petam partem illius, vel è contra, quod obſtabit exceptio, ſubdit tex. (nec intereſt vtrum in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel in iure) & ſic nō refert, quòd in primo iudicio ſit tractatum de Comitatu; & quòd in hoc ſecundo tractetur de va-

Valore ipſius, ſi ex eadem cauſa, qua Comitatus petebatur, & ab eo fuit Thomaſina excluſa, ex eadem (inquam) petat valorem, quia non intereſt (dicit Iureconſultus) quòd in corpore, vel in quãtitate quæratur, cùm interpetratiuè ſit idem, & hoc ſufficit, & ob id tex ibidem poſtea ponit multa exempla circa idẽ, per quem tex. maximè per §. planè, & ver. & generaliter, Paul. de Caſtr. notab. ibidem reaſſumit concluſionem ad intellectum tex. in d. l. cùm quæritur, & di-
40 cit, quòd etſi res ſit diuerſa, ſi tamen venit diſceptãdum id, quod prius per ſententiam inter eaſdem perſonas erat deciſum, ſemper obſtabit exceptio, & illa eſt ratio, quia lex conſiderauit effectum, non verba, vt litium ſit finis, & propterea ſufficit, quod interpetratiuè eadem ſit res; hinc Soccin. in l. fundum, ff. de
41 except. declarando eandem regulam d. l. cùm quæritur, in 2. col. in princ. ver. ex hoc infero, tradit notab. quòd quando cauſæ, & res licet diuerſæ, quæ deducuntur in ſecundo iudicio habent dependẽtiam ab alijs cauſis, & rebus in primo iudicio deductis, diſcuſſis, & deciſis, tunc obſtabit exceptio, quia omnia dependẽt ex eodem fonte iam deciſo, ita quod nõ conſideratur diuerſitas rerum, ſed an eadem quæſtio inter eaſdem partes re-
42 uocetur, licet res ſint diuerſæ, vt eleganter dixit Iureconſultus in l. Iulianus, ff. de except. rei iu. quem tex. not. ibi Socci. ad intellectum prædictæ l. cùm quęritur, & melior tex in alleg. l. fundum, iuncta glo. fin. ff. de except. vbi ſi primò egi ad fundum, deindè cõfeſſaria ad viam, quod ſi ſuccubui in fundo obſtabit exceptio
43 reſpectu viæ, quia non datur illa actio, niſi Domino, & quia idem dominium iã deciſum veniret controuertendum, propterea obſtabit exceptio, & hoc eſt, quod tradit Paul. de Caſtr. in l. ſi autem, §. fin. col. 2. ff. de neg geſt. declarando tex. in l. vendicantem, cum l. ſeq. ff de euictio. & in d. l. quod in diẽ, per illum tex. quia eandem cauſam, eandem rem, idemque ius facit origo petitionis, dicit tex. in l. ſi mater, §. eadem cauſam, ff. de except. rei iud. & hic origo petitionis ſunt capitula matrimonialia, eſt prætenſa contrauentio, eſt prætenſa fraus, ergo eadem eſt cauſa, idem eſt ius, eademque eſt res interpetratiuè, ob quod ex præallegatis conſuluit Corne. etiam in re diuerſa, ſecundo loco petita obſtare exceptionem rei iudicatæ in conſ. 126. 4. vol. penul. col. in fin. ver. inſuper dato, Ruin. in conſ. 71. pen. col. nu. 4. verſ. ſed ad iſtud reſpondetur. 5. vol. quando res diuerſa, quæ petitur, dependet, & fundatur ex eodem iure iam per prius deciſo, ita quod venit idem effectualiter controuertendum, nãm eadem res ſemper eſt interpetratiuè reſpectu eiuſdem iuris, & propterea petita re particulari à me tanquam hærede, & ſuccubui, quia nõ eram hæres,
44 ſi demum petam hæreditatem, obſtabit exceptio, & ſic è contra, petito fundo in quo ſuccubui, & demum petam inſulam ex parte fundi factam, ex eodẽ iure primò deducto obſtabit exceptio, & ſic de ſimilibus, ex rationibus præfatis, ad tex. in l. egi, §. fina. in d. l. ſi quis cum totum, §. planè, cum ſeq. eo. tit. de except. rei iudi. & poſtquam (vt dixi) ſententia dicit, non obſtantibus oppoſitis, & deductis; & vlterius dat dotem de paragio, quæ in caſum excluſionis à ſucceſſione præſtari debebat vigore conuentionis, ergò iudicauit perneceſsè, Thomaſinam validè à ſucceſſione excluſam; eo enim ipſo, quod pronunciatur faciendam inueſtituram in perſonam Comitis, & condemnatur ad dotem, perneceſsè eſt pronun-
45 ciatum in excluſione Thomaſinæ; & cõſequenter obſtabit exceptio, tex. eſt (licet vulgatus) in l. ſi inter me, & te, eod. tit. de except. rei iudic. & ſemper, quòd principaliter demonſtratur fuiſſe in primo iudicio diſputatum de eodem iure, quod ſecundo loco venit diſcutiendum,
46 etiam ad rem diuerſam ſemper obſtabit exceptio, & cum hac diſtinctione reſoluuntur omnia, quæ hincindè dici poſſunt, ſecus verò ſi incidenter, ita quod potuit ſententia ſubſiſtere abſque plenaria cognitione, & deciſione eius, quod ſecundo loco principaliter venit controuertendum, & ſic declarantur dicta Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, per eundem Bar. communiter ſequutum in d. l. 1. C. de ordin. iudic. ſic Paul. de Caſtr. in d. l. quod in diem, ſic glo. in allega. l. 1. C. ſi ex fall. inſtrum. in l. fin. C. de fid. inſtr. & poſt alios Ripa, qui ſic declarat in d. §. duo fratres, nu. 24. & cumulat multa Panorm. in d. c. fin. de iur. cal. penult. col. ver. ad ſecundum.

Vltimò, obſtat exceptio ex alio, quod non videtur poſſe in dubium refricari; nãm indubitatum eſt, quòd ei cui competit paragium, non competit ſucceſſio

Co-

Digitized by Google

Comitatus,poſtquam in locum illius,& propter illius excluſionem, paragium datur ex forma conuentionis, & aſſenſus,& vtrumque habere non poteſt;dùm igitur ſententia dedit Comitatum Comiti Ferdinando, ipſumque condemnauit ad dandum paragium Thomaſinæ, quod paragium fuit liquidatum,& Thomaſina recepit,ac Comitem quietauit; non eſt dubium, quod ſententiam ratificauit ſponte per actum exequutiuum ipſius abſque neceſſitate Iudicis; ſiquidē Comes pro exequutione ſententiæ in ſui fauorem opus ſolutione paragij non habebat, cùm ſufficiebat eſſe ſolutioni paratum,hoc erat in beneficium Thomaſinæ, quæ dùm à ſententia non reclamauit,imò eam exequendo ſolutionem recepit,quæ ſolutio ex cauſa paragij non poteſt ſtare cum prætenſione ſucceſſionis, poſtquam in eius excluſionem præſtatur; igitur perneceſſè ſententiam approbauit,à ſucceſſione ſe excluſit, & ex emologatione fecit ſententia tranſitum in rem iudicatam,cùm ſit actus in agendo,non in patiendo ſpontaneus, & exequutiuus,& non coactus,nec poteſt ſtare cum ſucceſſione, & in hoc procedit regula ſumpta ex tex. in l.ad ſolutionem, C.de re iudi. & nulla ex limitationibus
47 Doct. poteſt applicari; imò omnia per eos dicta attento facto prænarrato confirmant hanc concluſionem, de quo latiùs per Fely.in cap.gratum,de offic.deleg. in cap.quoad conſultationem, de re iudi.cum vulga.Hinc Bal.ibi in d.l.ad ſo-
48 lutionem,in fine,notat, quòd qui acceptat vnum contrariorum,reliquum perdit,ex regu. tex.in l.mater decedens, ff. de inoff.teſtam. in l.Clodius, ff. de acqu. hæred.idem ibi,not.Salyc.& reliqui Scribent. & propterea etſi pars mille feciſſet proteſtationes,non deſeruirent, cùm eſſent contrariæ facto, non eſt actus cōtrarius à me tantùm voluntate depen-
49 dens, ſed ab ipſa recipiente paragium, & à Comite ſoluente,qui ſoluere non tenebatur, quatenus reclamare reſeruaſſet,iuxta notata per Bart.& Doct.communiter in l.non ſolùm,§.morte,de ope. noui.nunc.per Canoniſtas in cap.cùm M. Ferrarienſis,de conſtit. Si denique Thomaſina nunquàm à ſententia reclamauit,& ab anno 1534. vſque hodie de tali prætenſione non fuit loquutum, tanquā ſopita per ſententiam per partem emologatam; debent propterea Domini Iudicantes ſe conformes reddere cū principali, & aures non præbere huic Dominæ hæredi,quæ à Viro tàm ditiſſimo impulſa, quærit poſt annos ferè 50. lititibus, & expenſis ſuperuacaneis, & vanis vexare hunc Dominum Comitem meritiſſimum, petendo ab eodem quicquid poſſidet, & vltra, qđ Domina Actrix,nec filios maſculos habet, & quam peperit fœminam nuptui iàm tradidit, & erit tā diuitiarum copioſiſſima, vt ijdem parētes ſint ancipites, an omnia eidem filiæ relinquant, vel in alios coniunctos diuidant; Deus Optimus Maximus, à quo recta prodeunt iudicia, ipſos illuminet.

50 Pro reſolutione.

Vt obſtet exceptio rei iudicatæ, iſta conſideranda veniunt.

Quid petitum, quæ erant media, ſeù extrema concludendi; quid obiectum ex aduerſo, quæ ſunt extrema obiectionis; quid replicatum, quid iudicatum, quid nunc petitur, quæ ſunt extrema agentis, quid excepturus eſſet conuentus.

Et certè Ferdinandus petijt inueſtituram tanquàm legitimus ſucceſſor Ioan. Vincentij nepotis, vigore conuentionis inter Comitem Michaelem, & Io. Thomam filium Regio priuilegio munitæ, excluſa pœnitùs Thomaſina.

Media,ſeù extrema concludendi illa erant, quod Ferdinandus erat filius Michaelis,& patruus Io. Vincentij; & inſuper,quòd feudum erat maſculinum, vigore conuentionis, & priuilegij iàm dicti.

Ex aduerſo petitur inueſtitura, quia ſoror vtrinque coniuncta Io.Vincentij.

Extrema, quia Ferdinandus erat patruus. Conuentio in fraudem capitulorum meticuloſa. Priuilegium ſubreptitium,& reductum ad ius,& iuſtitiam.

Replicatum,quòd conuentio fuit cōformis prædictæ capitulationi, non in fraudem, ſed ad reparandum fraudi paratæ ex aduerſo, & in reſcripto mandatum, quod neutri grauamen inferretur. Exceptio notorij,&c. dolo,&c.

Iudicatum eſt, quòd concedatur Ferdinando tanquàm legitimo ſucceſſori, nō obſtantibus deductis, oppoſitis, & allegatis per Thomaſinam.

Petit actrix condemnari conuentum ad relaxationem Status, & ſucceſſiuè ad intereſſe propter conuentionem in fraudem.

Me-

Digitized by Google

Media, vel extrema illa ſunt, eſt filia Io. Thomæ, ſoror Io. Vincentij, ergò ad eam ſpectat; conuentio non valet vt ſupra; vel quia in fraudem capitulorum tenetur ad intereſſe.

Conuentus excepturus eſt, quod ipſe eſt legitimus ſucceſſor. Conuentio non in fraudem, ſed ad tollendum fraudem validam ex valido priuilegio.

Ecce ergò quomodo obſtet exceptio rei iudicatæ in hoc iudicio, actrix in primo capite petit Statum, quia filia Michaelis, & ſoror Io. Vincentij. Conuentus excipit, quod ipſe eſt legitimus ſucceſſor, ſententia declarauit, ipſum eſſe legitimum ſucceſſorem, ergò obſtat exceptio.

Non quærendum de iudicio. Conuentus deduxit ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, non petijt inueſtituram, quia defũctus poſſedit, & ipſe tanquàm ſucceſſor de claro, & aperto iure vocabatur, ita quod aliud quærendum non eſt, ſed quia legitimus ſucceſſor vigore priuilegij, & ſic obtinuit in ſubſtantia negotij.

Item clarum eſt de iure, quod quando in poſteriori iudicio id venit diſcutiendum, quod inter eaſdẽ partes eſt diſcuſſum, obſtat exceptio, etiam ſi alio genere iudicij agatur.

51 Tex. in l. de eadem, vltimo reſponſo, de excep. rei iud. cùm quis actione mutata experitur, dummodò de eadem re experiatur, & ſi diuerſo genere actionis de eadem re agere videtur.

Tex. in l. ſi quis cùm totum, eod. tit. æquidem definiri poteſt, totiens eandem rem agi, quotiens id apud poſteriorem Iudicem quæritur, quod apud priorem quæſitum eſt.

52 Et ibi, & generaliter exceptio rei iudicatæ obſtat, quoties inter eaſdẽ perſonas quæſtio reuocatur, vel alio genere iudicij, glo. ibi exponit, vel, ideſt etiam.

Paul. de Caſt. in d. l. ſi quis cum totum, ponit hęc verba, ſi petatur res diuerſa, ſi venit diſceptandum id, quod per ſententiam fuerat terminatum, obſtat exceptio.

Item in illo iudicio Thomaſina contra Ferdinandum excipit de nullitate conuentionis ob fraudem, & alia, & ſuccubuit, ergò volens agere, obſtat exceptio, ex theorica Bar. in l. 1. C. de ord. iud. congerit latè Dec. conſ. 96.

Quoad ſecundum caput de intereſſe idem; nam illud fundatur in contrauentione, & fraude, circa hoc fuit deductũ, n õfraudulentũ fuiſſe, ſed ſubmouentem fraudem, & ſic iudicatum, quòd condemnetur ad paragium, ergò obſtat vt ſupra.

Conſidero, quòd hoc non poſſet petere, niſi vt hæredem Io. Vincentij hæredis Io. Thomæ, ergò tenetur habere ratum.

*Die 17. Septembris 82.*

*In Collaterali Conſilio fuit votatum, in vtroque capite obſtare exceptionem rei iudicatæ. Dominus Cadena Commiſſarius in vtroq; Dominus Hieronymus Olcignanus idem. Dominus Ferdinandus Fornarius idem. Dominus Franciſcus Alderiſius idem. Dominus Petrus Paulus Theodorus idem. Dominus Gaſpar Pinarius idem. Dominus Cæſar Vitellius idem. Dominus Regens Darocca idem. Dominus Regens Salazar in primo, & Ego cum maiori parte.*

## ADDITIO.

Credo has Allegationes fuiſſe Regentis de Ponte, olim Aduocati Primarij, qui de hac deciſione meminit in Lection. Feud. 19. num. 6. & melius in conſ. 30. ſub nu. 2. vol. 2. vbi etiam meminit de Commiſſario huius cauſæ .ſ. Dom. Cadenæ peracta in Collaterali Conſilio, de qua memor fui in 1. par. noſtri Compendij, verbo Exceptio rei iudicatæ, de alia conſimili habetur apud Ann. alleg. 8. & de alia per eius Filium Fabium de Anna conſ. 99. de quibus, & alijs in d. Compendio, & in alia par. 2. verbo, Exceptio rei iudicatæ habetur; multa autem conferentia tradit Camill. de Medic. conſ. 150. n. 59. conſ. 16. conſ. 99. & conſ. 129. Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. Lucius, la prima, ff. depoſ. ponderatur, & tex. in l. publia, §. Lucius, eodem titulo.*

2 *Vſura in contractu depoſiti irregularis, an veniant ex mora, vel ex pacto.*

3 *Vſura in contractibus bonæ fidei ſolo pacto in continenti inito debentur in contractibus*

E ſtri-

*ſtricti iuris per ſtipulationem.*
4 *Conuentio Vſurarum ex poſt facto, non mutat contractum depoſiti.*
5 *Nouatio hodie non fit, niſi expreſsè.*
6 *Conuentio de Vſuris, ſiue à principio, ſiuè ex poſt facto non eſt incompatibilis cum contractu depoſiti.*
7 *Contractus primus, quando eſſet incompatibilis cum ſecundo, primus tollitur, cæterum ſi eſſent compatibiles ſubſtinerentur.*
8 *Stipulatio an exigatur in contrauentione Vſurarum ex poſt facto.*
*Deciſiones Rotæ prima, de depoſ. in antiquis, & altera 860. notantur, & explicantur.*
10 *Tex. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. & l. pecunia quam, ff. de ſolutio. qualiter procedant.*
11 *Contractus primus in ſecundum transfuſus, quando extinguatur.*
12 *Actio depoſiti pro Vſuris tanquàm informata ex pacto incontinenti adiecto, an detur.*
13 *Depoſiti qualitas mutatur ex pacto incontinenti adiecto.*
14 *Deciſio caſus præſentis deducitur.*

## SVPER CONVENTIONE Vſurarum,

## ALLEGATIO XII.

Vera eſt illa Concluſio,
quòd conuentio vſurarum ſiuè ab initio
inita inter deponentẽ,
& depoſitarium, ſiuè
ex poſt facto, non alterat contractum depoſiti, & actiones depoſiti vtrinque productas, vel producendas non mutat de
jure ciuili, vt infra; Primum caſum huius concluſionis fundarunt Iurecõſulti,
1 ſiquidem Papinianus loquẽs in l. Lucius,
la prima, de depoſito irregulari, adiecit
in fine illius tex. hæc verba (Sed contra
bonam fidem, & depoſiti naturam, eſt
vſuras ab eo deſiderare temporis antè
moram, qui beneficium in ſuſcipienda
pecunia dedit, ſi tamen ab initio de vſuris præſtandis conuenit lex, contractus
ſeruabitur.) Vndè liquet admitti, & ſeruari conuentionem vſurarum ab initio,
proùt & id tradidit Paul. Iureconſ. in l.
publia, §. Lucius, vbi loquens ſimiliter
de depoſito irregulari, quod notiſſimos
depoſiti fines excedit, adiecit hæc verba
(& ideò ſecundum conuentionem, vſuræ
quoq; actione depoſiti debentur;) hanc
determinationem ſequuta eſt glo. ſub
verb. vt in cæteris, ad l. ſi ſacculum, eod.
2 tit. ff. depoſiti, dùm tradidit, vſuras in
contractu depoſiti irregularis venire
vel ex mora, vel ex pacto. Hoc idem dixit eadem glo. in præd. §. Lucius. ſub ver.
excedere, & id vt veriſſimum ſequuti
ſunt Bart. in l. Quintus Cæcilius, ff. eo. tit.
Franc. Areti. in præd. l. Lucius, Salyc. in
d. l. ſi ſacculum, dùm reſpondet ad tex. in
l. quamuis, C. de vſur. Pau. de Caſt. in prędic. l. Quintus Cæcilius, & eandem Franc.
Connan. in ſuis comment. ad ius ciuile,
cap. 4. lib. 7. nu. 4. vbi adeò eleganter declarat hanc diſpoſitionem, vt verè nil
addi poſſit; imò ratio, ex qua conuentio
de vſuris ab initio valet, eſt quia cõtra-
3 ctus depoſiti eſt; ſiquidem illud eſt verũ,
quòd vſuræ in contractibus bonæ fidei
ſolo pacto incontinenti inito debentur,
quæ in contractu ſtricti iuris citra ſtipulationem non deberentur, proùt de contractibus bonæ fidei loquitur tex. in l. cũ
quidam, §. ex locato, ff. de vſur. & l. initio,
C. de pact. inter empto. & vendit, de contractibus ſtricti iuris, & propriè de mutuo, vel de fenebri pecunia loquitur lex
quamuis, la prima, C. de vſur. l. ſi pro patre, §. ſi in rem, ff. de in rẽ, verſ. & l. Titius
ff. de præſcript. verb. vndè cùm ex contractibus depoſiti ſit bonæ fidei; mutui
verò, vel fenebris pecuniæ, ſit ſtricti iuris, ex diſtinctione §. actionum, Inſtit. de
actio. ſequitur, quòd nedùm conuentio
vſurarum ab initio non extitit compatibilis, quia contractum depoſiti, & non
mutat actionem depoſiti, ſed eſt adeò
compatibilis cum depoſito, vt conuentio vſurarum ex nudo pacto valeat, ex
eo, quod contractus, ad quem ipſa conuentio adijcitur, eſt contractus depoſiti,
& ipſæ vſuræ conuentæ petantur actione depoſiti, vt in prædictis iuribus dicitur; imò illud aduertatur, quòd ſi contractus depoſiti per conuentionem vſurarum mutaretur in contractum mutui,
vel fenebris pecuniæ, ipſa conuentio
vſurarum tanquàm inita ſine ſtipulatione reſpectiuè ad contractum ſtricti iuris, non valeret; itaut validitas conuentionis demonſtret contractum, ad quem
eſt adiecta remanere contractum depo-
4 ſiti. At ſecunda pars huius concluſionis; quòd conuentio vſurarum ex poſt
facto

Digitized by Google

facto non mutet contractum depoſiti, firmatur ex tex. in l. Quintus Cęcilius, cum gl. ſub verb. vſus eſt, ff. depoſiti. qui cùm loquatur de conuentione vſurarum ex poſt facto, contractum depoſiti remanere affirmat; id facillimè fundatur ratione, quia eatenùs hæc conuentio vſurarum facta ex poſt facto, poſſet mutare contractum depoſiti; quatenùs indè nouaretur contractus præcedens: at
5 hodie neceſsè eſt, aut expreſſa nouatio intercedat, ex reg. l. fin. C. de nouat. reprobata glo. in l. Valerianus, ff. de præt. ſtipulat. communiter per Docto. & latiſſimè per Bar. Socc. in l qui vſumfructum ff. de verb. oblig. & talis in præſenti caſu
6 non adeſt, aut ſi contineat incompatibilitatē cum præcedenti contractu depoſiti, ex eo, quod elegantiſſimè Imola in præd. l. Valerianus, nu. 3. Socc. in l. qui vſumfructum, nu. 7. & ibidem Alex. nu. 6. ff. de verb. obli. cum concord. qualis nulla adeſt in præſenti caſu, cùm conuentio de vſuris, ſiuè à principio, ſiuè ex poſt facto non ſit incompatibilis cum contractu depoſiti irregularis, de quo nos agimus, & ideò elegātiſſimè Dec. in l. ſingularia, ſi cert. pet. n. 26. de quęſtione, quā facit ibi Bar. an primus transfundatur in ſecundum contractū, dicit, id vnico verbo finiri, ſiquidem primus contractus eſt incompatibilis cum ſecundo, & pri-
7 mus tollitur, ſi adſit, vel ſtipulatio, iuxta terminos eiuſdem l. ſingularia, & eorum, quæ Docto. in l. qui negotia, ff. mand. aut ſunt cōpatibiles, & tunc remanet vterq; prout id eſſet in caſu noſtro, quod reſpectu ſortis remaneat contractus depoſiti, & actio depoſiti proindè detur; re-
8 ſpectu verò vſurarum, eò quod in conuentionem venerunt ex poſt facto, ſtipulatio requirebatur, ex l. in bonæ fidei, C. de pact. int. empt. & vendi. & proindè certi cōdictio datur, ex reg. l. ſi quis certum, ff. de rei vēd. & hanc ſecundam partem concluſionis in proprijs terminis
9 caſus noſtri; itaut nomina deficiunt, tenuit Rota in dec. 1. de depoſito, in antiq. alia eſt dec. 860. de depoſito, cā allegauit, & ſequutus eſt Dec. conſ. 400. nu. 2. retulit huius deciſionis verba, & ſequutus eſt Maria. Socci. conſ. 21. in 1. volum. conſil. Bartholom. Socc. num. 10. ſimiliter Hyppol. de Marſ. in rubr. ff. de fideiuſſo. paulò ante num. 101. in lib. meo, Benuenutus Stracca in opuſc. de decoct. in 1. par. nu. 1. Anto. de Gabr. in concl. 3. in princ. lib. 3. ſub rub. de fideiuſſ. & tandem hanc deciſionem allegauit Tiraqu. & ſequutus eſt, de retract. conuent. §. 1. glo. 7. num. 32. quæ deciſ. nedùm loquitur de motiuo nouationis, ſed & de motiuo transfuſionis, in quo lex, & voluntatem, & poteſtatem transfundendi vnum contractum in alium requiſiuit, & Doctor. in dicta l. ſingularia, in l. aduerſus, C. de non numer. pecun. in l. ſi ex pretio, C. ſi cert. pet. & in l. qui negotia, ff. mand. ſequuti Bal. ibi, & Bar. in d. l. ſingularia diſtinxerunt, quod aut quis vult transfundere primum contractum in ſecundum, qui ipſa re perficitur, & tunc opus eſt, quod ipſa pecunia, vel ſit præſens, & procedit tex. in l. certi conditio, §. fina.
10 ff. ſi cert. peta. eò quod Iuriſconſultus in l. pecuniam quam, ff. de ſolutio. dixit, manu longa dici pecuniam captam per creditorem, & denuò ex noua cauſa datam debitori, vel ſaltem, quod ſi lex habeat pecuniam pro paratu ſolutioni, & tunc procedit tex. in l. ſingularia, in fin. ff. ſi cer. peta. argu. eorum quæ lex fingit, ex tex. in l. licet, §. quoties, ff. de iur. dot. quod ſtatu libet, ff. de don. cauſa mor. & tertia, §. ſed ſi debitorem, ff. de donat. int. vir. & vxor. Aut tandem non eſt nec pręſens, nec ſolutioni parata, & non transfunditur contractus ex d. l. qui nego-
11 tia, eò quod per defectum rei non perficitur ſecundus contractus, qui non poteſt, niſi ipſo rei interuentu perfici, & proindè non deſinit primus contractus, ſi non adſit ſecundus, in quem transfundetur, l. ſi ex pretio, C. ſi cer. pet. aut tandem agitur de ſecundo contractu, qui nec re, nec conſenſu tantùm perficitur, & vt valeat ſecundus, poſtquàm pactum nudum non producit actionem, requiritur ſtipulatio, & ita procedit l. ſi ex pretio, & l. aduerſus: at hæc diſtinctio reſpicit poteſtatem contrahentium faciendi nouum contractum, non autem voluntatem, & proindè opus eſt, quod contrahētes voluerint extinguere primum contractum, & ſecundum inire, quæ volūtas cùm aut ex verbis ſit probanda, qualia non adſunt in caſu noſtro, aut ex ipſa incompatibilitate, qualis cùm in caſu noſtro non adſit ex ſupra recitatis, ſequitur, vt motiuum transfuſionis nullatenus allegari poſſit, quia lex in dubio vel præſumit, partes noluiſſe nouum contractum facere, ſed continuare primum, prout in caſu noſtro conſiderauit



Digitized by Google

deciſio prædictorum Dominorum de Rota, aut haberi, quod vterque contractus remaneat, & ex vtroq; detur actio, potiuſquam extinguerit primum, ex eleganti diſpoſitione tex. in l. 2. ff. de nouat. & prædicta deciſio Dominorum de Rota, eò magis determinabit hunc caſum, cùm in caſu noſtro non fuerit Bancherijs data certa dilatio, prout in caſu deciſionis, in quo ex dilatione arguebatur extinctio primæ obligationis. Inſuper in eo caſu creditor conſequebatur intereſſe lucri; at in caſu præſenti eſt intereſſe damni recompenſatiuum; tandem tertiò, verba contractus initi ſub 12. Auguſti 1570. quod intereſſe promittitur, vt pecunia à Banco non amoueatur, & pro tempore, quo in Banco ſteterit, demonſtrat, quòd nedùm partes hanc conuentionem vſurarum non fecerunt, vt nouum contractum inirent, ſed vt primum contractum depoſiti continuarent, & perpetuarent, quæ verba in caſu deciſionis non aderant, ita vt liqueat, conuentionem vſurarum, ſiuè ab initio intereſſe ſit, ſiuè ex poſt facto, non exindè mutari contractum depoſiti; imò quò magis aduerſarij dicent, conuentionem initam ab initio, eò minùs poterint fieri difficultates; ſiquidem tùc nedùm non poſſet allegari motiuum
12 transfuſionis, vel nouationis, ſed & pro ipſis vſuris daretur actio depoſiti tanquam informata ex pacto incontinenti adiecto, ex Bal. in rub. C. depoſiti, num. 7. & Doctores in l. certi conditio, §. depoſiti, loquentes de pacto vtendi re depoſitata, quod alterat qualitatem depoſiti regularis, dicunt, quòd ſi illud intercedat ex poſt facto ſimpliciter contractus depoſiti, tranſibit in contractum mutui, quod ſi à principio, dùm dicetur contractus depoſiti irregularis, cùm non poſſit præſumi, vt quis cùm velit ini-
13 re contractum depoſiti, velit adducere incontinenti pactum, ex quo qualitas depoſiti mutetur, quales fuerunt Rimin. Franc. Areti. Alex. Pau. de Caſtr. & Iaſ. in l. 1. ff. depoſiti: itaut quo magis pars prętendit conuentionem intereſſe initam ab initio, eò magis ſemetipſam offendit; Reſtat proindè firma concluſio, quòd conuentio vſurarum non alterat contractum depoſiti.

14 *Iudicatum, quòd non extinguatur prima actio.*

ADDITIO.

AN vſuræ veniant in actione depoſiti, latius agit Carroc. in tract. de depoſito par. 1. rub. acceſſio quarta vſuræ, ibique etiam notat, quòd vſuræ etiam non promiſſæ in depoſito, officio Iudicis debentur, & an actio depoſiti remaneat, num. 3. ſubſequitur, & an & quando licitum ſit paciſci, vel non paciſci vſuras ab initio contractus, copioſè Maſtrill. deciſio. Sicil. 245. licet autem actio primæua remaneat extincta primo actu, Muta latius deciſ. 11. nu. 9. ita quod ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit, idem dec. 84. num. 28. adhuc tamen in aliquibus caſibus prima actione agi nō vetatur, vt ex deciſionibus per me relatis in prima parte noſtri Compendij, verbo, Actio. Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum imponens aliquam ſolutionem, dicitur exorbitans.*
2 *Statuta ſtrictiſſimè ſunt intelligenda contra exigentem.*
3 *Materia appellatione non venit materiatum, & quando.*
4 *Res tranſiens in aliam ſpeciem, non dicitur eadem res.*
5 *Statuta ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi.*
6 *Statutum loquens in caſu ſimplici, non comprehendit caſum mixtum.*
7 *Statutū diſponens, quod mulier non contrahat ſine conſenſu propinquorum, non extenditur ad Hermaphroditum, & ratio affertur.*
8 *Statutum diſponens, quod in vltima voluntate requiratur certa ſolemnitas, non extenditur ad donationem cauſa mortis, & ratio affertur.*
9 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad reſcripta, & priuilegia validum eſt.*
10 *Species non venit ex materia appellatione.*
11 *Veſtis, ſeù tela non venit appellatione lanæ, vel lini.*

12 Na-

12 *Nauis, vel armarium ex materia facta, non vendicatur.*
13 *Pecunia ſignata, non venit appellatione argenti, vel auri.*
14 *Vſus communis loquendi in legatorum interpetratione, ſeruandus erit.*
15 *Interpetratio latiſſimè fit in beneficium legatarij.*
16 *Interpetratio priuilegij fit contra concedentem.*
17 *Tex. in l. adeo, §. cùm quis, ff. de acqu. rer. dom. & §. cùm ex aliena, Inſtit. de rer. diuiſ. declarantur.*
18 *Tex. in l. quintus, §. 1. ff. de auro, & arg. lega. penderatur.*
19 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
20 *Deciſio R.C. pro ſerico torto à mangana, qualiter procedat.*
21 *Lana appellatione quid veniat.*
22 *Arrendator olei, an exigat ius à ſaponarijs pro oleo ſaponis.*
23 *Gabella poſita ſuper frumento, non comprehendit panem.*
24 *Appellatione frumenti non venit panis.*
25 *Statutum prohibens extractionem frumenti, includit extractionem farinæ.*
26 *Ratio quare farina extrahi non debet, ſtante prohibitione extractionis frumenti.*
27 *Ratio nulla reddi poteſt, quæ ſunt poſitiui iuris.*
28 *Statuta vectigalium, non trahuntur de ſimilibus ad ſimilia.*
29 *Argumentum à ſufficienti partium numeratione, validum eſt.*
30 *Gabella ſerici quoties ſolui debet.*
31 *Ritus R.C. circa ſolutionem iuris Dohanæ, notatur.*
32 *Deciſio R.C. circa contrectationem biſcoctorū, vt debeatur ius Dohanæ.*
33 *Poſſeſſio immunitatis priuilegio contigua, interpetratur illud.*
34 *Interpetratio priuilegij ſpectat ad Principem, & non ad Iudicem inferiorem.*
35 *Vectigal nouum dicitur nedum nouiter impoſitum, ſed ſi augetur illud.*
36 *Vectigal eſt vnum de regalibus.*
37 *Deciſio quæſtionis deducitur.*

PRO MERCATORIBVS particularibus Artis Serici, cum Magnifico Michaele Conil.

## ALLEGATIO XIII.

CONtra hanc prætenſionem Magnif. Michaelis Conil circa exactionem nouæ impoſitionis pro qualibet libra ſuper paſſamanis, trenectis, & vernilibus, quia temporis anguſtia id expoſcit, breuiter per concluſiones tranſibo, demonſtrabo, quòd nullo modo talis prætenſio de iure ſubſtineri poterit; ſiquidem dùm ſe fundat in impoſitione prędicti caroleni pro qualibet libra ſerici facta in anno 1555. per alterum de infraſcriptis quorum medijs, talis impoſitio non poteſt ad prædictas res extendi.

Primum argumentum ex maiore, minoreq; propoſitionibus, & ex concluſione conſtat, Maior erit, quòd cùm qualibet res dicatur de iure naturali libera, omne priuilegium, ſiuè ſtatutum imponens aliquam ſolutionem, dicitur exorbitans, argu. tex. in l. vectigalia, C. no. vectigal. & l. vectigalia, ff. de publican. Et proindè intelligenda ſunt ſtrictiſſimè contra exigentem, prout ex reg. l. quod verò, ff. de legib. & cap. ea quæ à iure, extra de regul. iur. in 6. tradiderunt Corne. conſ. 199. col. 4. vol. 1. Soccin. conſ. 302. nu. 2. & 3. & denique Boſſ. in tract. de vectiga. nu. 10. & ſecundum propriam verborum ſignificationem, ita vt non extendatur de caſu ſimili ad ſimilem, Aretin. conſ. 91. col. 2.

Minor propoſitio erit, quòd de iure appellatione materiæ non venit materiatum, maximè quando materiatum nō poteſt redire in priorem formam, vulgaris eſt regula ſumpta ex l. quæſitum, §. illud, ff. de legat. 3. l. ſi cui lana, ff. eod. cum ſimil. ibi per Docto. citatis, quos non refero, nè ſuperfluus videar, dùm regulā tàm claram vellem per Scribentium authoritates corroborare, & ratio ipſius regulæ eſt, quòd per ſpecificationem efficitur diuerſa res; Nauis enim de cypreſſo facta, non dicetur cypreſſus, nec veſtis de lana dicitur lana, nec panis frumentum, & proindè iure optimo, dùm quis nominat cypreſſum, non veniet nauis de cypreſſo, & his ſimilia, prout op-

timè conſiderat glo.in d.§.illud,in verb.
victa. quod adeò verum eſt, vt Domi-
nus materiæ, per ſpecificationem ami-
ttat dominium ſuæ materiæ, ex qua fa-
ctum eſt materiatum, cùm tranſeundo
in aliam ſpeciem,nõ dicatur eadem res,
4 vulgata l.adeò,§.cùm quis ex aliena,ff.de
acquir.rer.domi.& §.cùm ex aliena ma-
teria, Inſt.de rer.diuiſ.

Ex his duabus propoſitionibus ſic de
iure veris, veriſſima colligitur cõcluſio,
quòd poſtquàm impoſitio noua carole-
ni vnius eſt impoſita à Rege,vt ſoluatur
ab his, qui extrahunt à Regno ſericum,
quod non poſſit talis impoſitio extendi
ad extrahentes prædictas ſpecies ex ſe-
rico factas,dùm tales ſunt,quæ non poſ-
ſunt redire ad priorem formam:& dùm
impoſitio iſta gabellarum nedùm ſecun-
dum propriam verborum ſignificatio-
nem, ſed etiam ſtrictiſſimè intelligenda
eſt (vt ſupra demonſtraui) vndè non po-
teſt ſub appellatione prædictas res ſeri-
cas comprehendi,eoq; magis,quo ſtatu-
ta, ſiuè reſcripta debent intelligi ſecun-
5 dum communem vſum loquendi, prout
ex reg.l.auunculus,ff.de verb.ſign.l.libe-
rorum,§.quod tamen Caſſius ff.de leg.3.
tradidit Alex.in conſ.85.num.3.in 4.vol.
& in conſ.211.nu.1.in 6.vol.Qui commu-
nis vſus loquendi, ſi in deciſione iſtius
cauſæ ſeruabitur, prout attendendum
ius ſtatuit,res vtiq; ſatis expedita erit;
ſiquidem eccur dubium erit, quòd quis
appellando ſetam, non intelligat, nec
poſſit intelligi de paſſamanis,aut de tre-
nectis ſerici.

Huic argumento arbitror non modi-
6 cum coadiuuare, quod ſtatutum loquẽs
in caſu ſimplici,non comprehendet caſũ
mixtum, id tradidit Bal. in l. omnes po-
puli,in 10.col.ff.de iuſtit.& iure, vbi di-
xit,quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd mu-
lier non contrahat ſine conſenſu pro-
7 pinquorum, non extenditur ad Herma-
phroditum,quia nõ eſt propriè mulier,
ſed homo mixtus, ſequitur Petr.de An-
char.in cap.Canonum ſtatuta,in verſ.ſed
venio ad quartum membrum,extra de
conſtit.idem Bal.in l.hac conſultiſſima,
8 nu.7.C.qui teſtam.fac.poſſ. voluit, quòd
ſtatutum diſponens, quòd in vltima vo-
luntate requiratur certa ſollemnitas,
non extendatur ad donationem cauſa
mortis, quæ non eſt merè vltimæ volun-
tatis,ſed habet mixturam cum vltima
voluntate,& contractu, vt not. Scriben-
tes in l.fin.C.de donat.cauſ.mor.quem
refert,& ſequitur Alex.in conſ.116.nu.2.
in 2. vol. Vndè cùm prædicta impoſitio
ſit facta ſuper ſerico ſimplici abſq; mi-
xtura, non poteſt extendi ad prædictum
ſericum mixtum,ſaltim ex miniſterio,&
opera magiſtrorum, quæ mutat nomen,
ſubſtantiam, & formam prædicti ſeri-
ci.

9 Secundi argumenti principalis prima
propoſitio erit, quòd validum eſt argu-
mentum ab vltimis voluntatibus ad re-
ſcripta,ſiuè priuilegia Principum,prout
colligitur ex tex. in cap.1. & in cap. au-
thoritate Martini,de conceſſ.preben. in
ſextò,vbi glo.in verb.in vltimis, allegãs
tex.in cap.conſulti,extra de dona.quam
refert,& ſequitur,ceteros cumulãs Eue-
rard.in tract. intitulato, centum modi,
argum.in loco à diſpoſitione *vltimarum*
voluntatum ad reſcriptum,*fol.mihi* 357.
maximè quando adeſt *idemptitas*, ſiuè
maioritas rationis, prout optimè idem
Euerard. conſiderat in loco à contracti-
bus ad ultimas uoluntates,fol.215.qua-
rum utramq; adeſſe in caſu noſtro modò
demonſtrabimus.

10 Secunda,& minor propoſitio eſt,quòd
in materia vltimarum voluntatum, ap-
pellando quis materiam, non venit ſpe-
cies ex ea materia facta, idque probat
11 primò tex.in l.ſi cui lana, ff. de legat. 3.
dùm dicit ſub legato lanæ,vel lini, non
comprehendi veſtem,ſiuè telam: Secun-
dò tex.in l.lana,ff.eod.tit. ibi, ſed & ma-
12 teria legata, nauis, armariumuè ex ea
factum non vendicetur. Tertiò,tex.in l.
13 cùm argentum, ff. de aur. & arg. legat.
vbi diſponitur ſub legato argenti, vel
auri,non comprehendi pecuniam ſigna-
tam; idemque Quartò,probat tex.in l.
Quintus,§.1.ff.eod.tit. vbi dicitur, idem
procedere,etiam ſi legatum fuiſſet om-
ne argentum per dictionem illam, *vni-
uerſalem*, cum ſimil. quos nè *longior*
ſiam,conſultò prætermittere *volui*.

Concluſio ex his duobus aſſumptis
vera elicitur, vt idem dicendum ſit in
caſu noſtro,in quo tractatur,nùm verba
illius impoſitionis ſuper ſerico, poſſint
extendi ad ſpecies iſtas ex ſerico factas,
quales ſunt *trenette,paßamani,vernili,e cal-
zette di ſeta*. In quo caſu dixi ſupra ean-
dem rationem militare,& proindè pro-
cedere argumentum ab vltima volun-
tate ad priuilegia; ſiquidem ratio,quare
prædicta iura volunt, ſub legato mate-
riæ

ris non comprehendi ſpecies ex ea fa-
ctas,ea ſola eſt, quod ex communi vſu
14 loquendi,qui in legatorum interpetra-
tione ſeruandus eſt,ex reg.l.liberorum,
§.quod autem Caſſius,ff.de leg.3. colli-
gitur veriſimilis mens teſtatoris, quod
non voluerit ſub legato argenti legare
pecuniam argenteam, prout ipſemmet
Iureconſult.in d.l.Quintus,§.1.rectè cõ-
ſiderat; talis ratio vtique in hoc caſu
rectè procedet; nàm cùm priuilegia
Principum ſecundum communem vſum
loquendi intelligenda eſſe ſupra demõ-
ſtrauerim, vtique neceſſariò nedùm ve-
riſimiliter credendum eſt noluiſſe Prin-
cipem ſuper iſtis ſpeciebus ex ſerico
factis,impoſitionem exigere; poſtquàm
ſatis facilè ei fuiſſet addere verbum
vnum,dicendo, *diſtatta la quantità di ſeta*,
id non fecit, & proindè noluiſſe dicen-
dum eſt.

Dixi ſecundò, tale argumentum ex
maioritate rationis procedere, poſtquã
15 id diſponitur in legatis, in quibus latiſ-
ſima eſt interpetratio facienda in bene-
ficium legatarij,cap.1.circa fin.extra de
conceſſ.præbend.in 6.& cap.cùm dilecti,
extra de donatio. At in hoc caſu agitur
de impoſitione gabellæ, quæ ſtrictiſſimè
eſt intelligenda (vt ſupra demonſtraui,)
tanquàm exorbitans à iure naturali, vti
imponens ſeruitutem. Et licet prædi-
cta dua capitula dicant, in priuilegijs
eandem latiſſimam interpetrationem
faciendã; id equidem procedet in priui-
legijs gratioſis, vt fiat lata interpetra-
16 tio contra concedentem; at in huiuſ-
modi caſu ſtrictè intelligenda eſt contra
concedentem, per communem Doctorũ
opinionem in l.beneficium, ff.de conſtit.
Princip.& in alijs locis vulgatis; Adeſt
& in alio maioritas rationis,quia tex.in
17 §.cùm ex aliena materia, Inſtit. de rer.
diuiſ.& in l.adeò,§.cùm quis, ff.de acq.
rer. domin. maximam conſtituit diffe-
rentiam, quando res poteſt redire ad
priorem formam, & quando non; & ta-
men dùm tex.allegati volunt, quòd ſub
legato argenti non comprehendatur pe-
cunia argentea, certum eſt,quòd pecu-
nia iterum confuſa redibat ad priorem
formam maſſæ argenteæ: vndè ſatis dif-
ficilior eſt quæſtio prædicta, quàm no-
ſtra,in qua prædictæ ſpecies non poſſunt
redire ad formã ſerici vtilis, prout erat
prius. Illud denique pro ſigillo iſtius
ſecundi motiui, aduertant (quæſo) Do-
18 mini Iudices,quod in d.l.Quintus,§.pri-
mo, factum erat legatum per dictionem
illam (omne) & tamen voluit,non com-
prehendi pecuniã, vndè ceſſat motiuum
partis, in quo (vt audio) maximum ie-
cerat fundamentum, vltra quod, non vi-
deo, quomodo tale motiuum fundari
poterat: nàm licet vera ſit regula Lo-
gicorum approbata, deindè per noſtros
Legiſlatores in l.à procuratore,C.man-
19 dati,cum ſimilib. quod qui omne dicit,
nihil excludit: Veriſſimum tamen,quòd
iſtum nomen vniuerſale, recipit reſtri-
ctionem ab eo,cui adijcitur,tàm ex ſub-
ſequentibus,quàm ex præcedentibus,ac
ex communi vſu loquendi, prout opti-
mè fundat per eadem iura,ex quibus ta-
lis regula colligitur,Alberic.in eius di-
ctionar.in verb.omne,quod vtique patet
ad ſenſum (dicunt enim Logici) quorũ
proprium eſt hæc materia; ſiquidem di-
cendo quis omne animal,comprehendi-
tur vtique animal tàm rationale, quàm
irrationale,tàm mugibile,quàm latribi-
le, non tamen comprehendetur omne
ens,ſiuè res (vt ſecundũ noſtros loquar)
ſic dicendo omnem lanam, comprehen-
ditur vtique lana,tàm tincta, quàm non
tincta, tàm neta, quàm non,tàm ſcarda-
ta (vt ita loquar) quàm non, ſed non
comprehendetur pannum, quia vti di-
uerſa res non cadit ſub ea ſpecie, cui
adiectum eſt illud nomen vniuerſale, ſic
dicendo (vt ad caſum noſtrum deueniã)
omne ſericum,potuit talis impoſitio in-
telligi tàm de ſerico floſcio,quàm torto,
tàm tincto,quàm non tincto, ſed non de
ſpeciebus ex ſerico factis.

Nec contra iſta duo argumẽta quic-
quam obſtat deciſio Regiæ Cameræ,
20 *delle ſete torte, e mangane*; ſiquidem huic
obiecto remanet ſatis reſponſum ex ijs,
quæ ſupra dixi,& propriè ex tex.l.ſi cui
lana,ff.de legat.3.dùm dicit,quòd appel-
21 latione lanæ venit lana, ſiuè neta, ſiuè
nòn, quia adhùc lana eſt; licet adiecta
ſit illa qualitas; ſic in caſu noſtro,ſericũ
tortum,ſericum adhùc eſt,licet ſit adie-
cta illa qualitas, quæ cùm non mutet
ſpeciem, non poterat eximere prædictũ
ſericum à prædicta impoſitione. At dùm
poſtea fiunt paſſamani,& his ſimilia, per
ſpecificationem deſijt eſſe ſericum, &
fiunt diuerſæ res.

Minus oberit exemplum de Arrenda-
tore nouæ impoſitionis olei, qui exigit
22 etiam à ſaponibus pro rata olei, quod
po-

Digitized by Google

ponitur in ſapone; ſiquidem Magnificus Cunil, ad inſtantiam cuius hodie hæc quæſtio controuertitur, eſt Arrendator ſerici tantùm: at Arrendator nouæ impoſitionis olei expreſsè arrendauit nouũ impoſitum olei, & ſaponis, & proindè nimirum, ſi à ſaponibus exigit ratã olei. Et ſi Reg. Camera in anno 1566. ſub die 4. Septembris reſcribit Officialibus Dohanarum Terræ Hydrunti, & Bari, quod exigat à ſaponibus pro rata olei, id tamen non proceſſit, ex quo ſub arrendamento olei comprehenderentur diritus ſaponis: ſed quia Robertus Pandolphinus arrendauerat vtrumque, prout ſolitum erat exigi, & proindè præuia fide prædictarum Dohanarum de ſolita exactione prædicti diritus ſaponis, vt liquet fol. 16. Reg. Camera expediuit prouiſiones, quòd ſeruata forma fidei exigerent prædictos diritus à ſaponibus, vt liquet fol. 16. à ter. Et ex his ſublatis prædictis obiectis remanet firma concluſio ſupra fundata per prædicta duo motiua, quòd talis impoſitio non poſſit intelligi de prędictis ſpeciebus ex ſerico factis.

Sed & tertio accedendo ad proprios terminos noſtræ quæſtionis, quòd gabella impoſita ſuper materia, non debeatur
23 à materiato, vtputà poſita ſuper frumento, quod non includat panem, firmat Ioan. Bertach. in tract. de gabell. in 8 par. principali, in 12. membr. nu. 17. in 3. volu. tracta. fol. 20. allegat Bar. qui in caſu ſtatuti prohibentis extractionem frumenti, dicit non includi prohibitionem extractionis panis, in d. l. quæſitum, §. illud, licet farinæ ſit; quàm opinionem Bar. refert, & ſequitur Aretin. in d. §. cùm ex aliena, Inſtitu. de rer. diuiſ. qui eſt caſus ſatis arduus (vt modò dicam) aſſignans
24 rationem, quia appellatione frumenti non venit panis, l. 1. & quæ ibi not. Doct. C. de fru. vrb. Alex. ita & in caſu noſtro, cùm appellatione ſerici, & ſecũdum propriam verbi ſignificationem, & ſecundũ communem vſum loquẽdi, non comprehendantur *le trenette, paſſamani*, & his ſimilibus, dicendum erit, nouam hanc impoſitionem erectam ſuper ſerico, non militare ſuper iſtis ſpeciebus.

Nec contra hanc opinionem ſic firmatam adducantur Doctor. qui tenent,
25 quòd ſtatutum prohibens extractionem frumenti, includeret hanc extractionem farinæ, quales fuerunt Bar. in d. l. quæſitum, §. illud, Aretin. in d. §. cùm ex aliena, Bertach. in d. tract. ſuo nu. 15. & 16. Bal. in l. non dubium, C. de legib. num. 10. Petr. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta, verſic. iuxtà prædicta congruè, extra de conſti. idem Bal. in l. quod non ratione, ff. de legib. ibi, niſi fieret in fraudem, Iaſo. in d. l. non dubium, nu. 45. ac denique Ripa in tracta. de peſte in tit. de remed. ad conſeruan. vberta. nu. 43. cum ſeq. vbi nu. 51. extendit idem eſſe in pane: ſiquidem quod attinet ad prædictas opin. Ripæ, quoad panem, nihil eſt, quod dicam; reperitur enim reprobatus à Bar. Aretin. & Ioan. Bertach. in locis allegatis; quo verò ad reliquorum opinionem ea ex duobus non officit.

Primò, quia dùm de farina loquuntur Docto. eam æquiperans lanæ tinctæ, ſiuè netæ, & panem æquiperant panno, vt per Docto. in locis allegatis; nãmverè farina nihil aliud eſt, quàm granum macinatum, ita & in caſu noſtro æquiperabitur farina ſerico torto, & mangano; panis autem iſtis trenectis, & ſimilibus, quia iàm ſunt per ſpecificationem effectæ diuerſæ res.

Dixi ſecundò, non mereri tales doctrinas allegari; ſiquidem non ſunt fun-
26 datæ ſuper eo, quod appellatione frumenti comprehẽderetur farina; ſed quia cùm ratio prædicti ſtatuti, ea, & quidem vnica ſit, nempè vt Ciuitas manuteneatur in graſſia, licet non ſit expreſſa, reputatur pro expreſſa, per tex. in l. quamuis, iuncta glo. 1. C. de fideicomm. & quæ ibi Bal. quem refert, & ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. non dubium, nu. 5. idem in l. maximum vitium, in 4. col. C. de liber. præter. Imol. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. Alex. in conſ. 48. nu. 3. verſ. & cùm nulla, in 1. vol. & in conſ. 194. col. 4. verſ. ita debet eſſe, in 2. vol. Paul. de Caſt. in conſ. 84. in 1. vol. in nouiſſima impreſſione, & proindè vt ſeruetur mens ſtatuentis, & nè fiat fraus ſtatuto, ſequendo verba contra tamen mentem ipſius, extendunt prædictum ſtatutum etiam in extractione farinæ, poſtquàm non minus damnum fieret in graſſia Ciuitatis per extractionem farinæ, quàm per extractionem frumenti; imò plus per farinam, cùm maior quantitas extrahi poſſit, quæ ratio cùm in caſu noſtro militare non poſſit, nec tales doctrinæ applicari poterunt; nàm cùm huiuſmodi impoſitiones gabellarum dependeant ex mera voluntate Principis.

non

Digitized by Google

non video quomodo poſſit ex ratione trahi iſtam impoſitionem ad aliud non comprehenſum; in verbis eorũ etenim,
27 quæ ſunt poſitiui iuris, nulla ratio reddi poteſt, prout per not. per glo. & Doct. in rub. ff. ſolu. matrim. talis eſt caſus noſter, in quo ob illam neceſſitatem fecit talem impoſitionem, potuiſſet abſque dubio eam ponere ſuper quibuſcunque rebus, voluit ponere, & iam poſuit ſuper ſerico; & proindè in ea tantùm intelligenda eſt, & non in alijs, in quibus ſi voluiſſet, vnico verbo potuiſſet facere, ad quod facit pulcherrima doctr. Aretin. in conſ. 91. in 2. col. dicentis, quòd ſtatuta
28 vectigalium cùm careant ratione, non trahuntur de ſimilibus ad ſimilia, quem refert Aegid. Boſſ. in tit. de vectig. nu. 11. poſt Bal. in l. 1. n. 9. C. quæ ſit long. conſ. & in l. 2. C. eod. tit.

Quartum erit argumentũ à ſufficien-
29 ti partium enumeratione ſumptum ex l. patre furioſo, & quæ ibi Doct. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. alterum enim de duobus, aut iſtas res ſericas, quales ſunt *trenette, paſſamani, vernili*, & his ſimilia, Ampliſſimi Senatores baptizabunt ſetam; & in eo caſu ſoluto ſemel iure
30 Dohanæ, ac fundaci pro fundicatione, & contractatione ſetæ floſciæ, licet poſtea iterum fundicentur, vel contractentur prædictæ res, tanquàm eędem res, non ſoluent iterum ius fundici vigore ritus,
31 nec ius Dohanæ vigore obſeruantiæ introductæ in Regia Camera contra ritũ. qui volebat ius Dohanæ toties ſolui, quoties fieret contractatio, & tamen vſque modo ex prædictis rebus ſemper fuerunt ſoluta prædicta iura, vt liquet ex fide Dohanæ Neap. fol. 41. Vndè verè liquet, quod in hoc negotio nullum adeſt intereſſe Fiſci, cùm ſi reputentur prædictæ res pro ſeta, licet ſoluatur prædicta impoſitio vnius caroleni, tamen alij dirictus non ſoluentur, qui fortaſsè nihilominùs important: Aut verò in prædictis rebus ſeruandum erit illud nomen elegantiùs, quod & communis vſus loquendi, & Regiæ Cameræ Tribunal tradidit, dùm reputauit eas diuerſas res, quæ mutauerint faciem, & ſubſtantiam, decernendo, quòd ſoluantur pro ipſarũ contractatione, ſiuè fundicatione, iterum prædicti Regij dirictus, & in hoc caſu impoſitio poſita ſuper ſerico, non poterit ſuper re diuerſa penitùs exigi, & ex hoc ſolo motiuo, cui æquidem reſponſionem congruam adaptari poſſe non video, poſſet hæc controuerſia decidi in fauorem meorum clientum: quod arbitror indubitatum reddi ex deciſione facta menſibus præteritis, me patrocinante, in cauſa Magnif. Scipionis Pontecorbi cum Regio Fiſco, in qua Regia Cam.
32 Summariæ decreuit, quòd pro contractatione biſcoctorum ſoluendum eſſet ius Dohanæ, licet ſint confecta ex frumento, quod apparebat, ſoluiſſe prædictum ius Dohanæ pro ipſius contractatione, ad quod etiam facit fides Dohanæ maioris Neap. fol. 41. *Che delle barrette, cappelli, e borze di velluto s'eſigeno li Regij diritti, ancorche li velluti ſiano franchi, perche dicono, quelle hauerno mutato faccie*; & tamen non poteſt negari, quin minor mutatio ſit in prædictis rebus à velluto, quàm à ſerico ad prædictas res, *paſſamani*, & ſimilia.

Hæc volui dixiſſe, vt oſtẽderem, quòd dùm tractatur de interpetratione iſtius priuilegij ſuper quo fundat ſe pars aduerſa, res careat difficultate; nàm verba clara ſunt, ratio ex qua extendi poſſet ex coniecturata mente diſponentis, non eadem, & proindè quod abſoluendi ſint prædicti mercatores; quibus vltra prædicta non modicum prodeſt poſſeſſio immunitatis, in qua ipſi ſemper fuerunt,
33 quę tanquàm priuilegio contigua illud interpetratur, ex reg. l. quædam mulier, ff. de reiuendic. & quæ ibi not. glo. fin. & Docto. omnes, & in l. 2. C. de acquir. poſſ. quàm ſatis eleganter tractat Alciat. in reg. 2. præſumpt. 23. & optimè Alex. omninò videndus in conſ. 211. in 6. volum. num. 7.

Nec obeſt apparatus teſtium, quos nixus eſt producere Magnif. Aduerſarius, quod priùs prædictę res ſericę non extrahebantur à Regno, quia teſtes non concludunt, quòd non extrahebantur, ſed tantùm quod non extrahebantur in tàm immodica extractione; vndè ſic poterat acquiri, ſiuè continuari poſſeſſio in modicis extractionibus, quàm in immodicis, quę cùm non adfuerit, demonſtrat vtique, quod eo tempore, quo negotium erat recens, verè Princeps noluerat prędictas res ſericas comprehendere.

At modò non omictam dicere, quòd dùm tractatur de interpetrando mentẽ iſtius priuilegij; aut mens Principis clara reputanda eſt, quod noluerit (vt ſupra demonſtraui.) aut ad minus fatendùm erit, vel inuitis dentibus partis aduerſę, quod dubiiſſima ſit interpetratio

in

Digitized by Google

in beneficium ipſius, cùm verba repugnent,& proindè ad Principem ei recurrendum erit,ad quem ſolum ſpectat interpetratio priuilegij,& non ad Iudicem inferiorem,ex reg.tex.in cap.cùm veniſſent,& ibi Canoniſtę omnes,extra de Iudic. eoq; magis quo extendere impoſitionem ad iſtas res, non eſſet aliud, quã nouum vectigal imponere, cùm nouum vectigal dicatur, ſiuè id, quod de nouo imponitur,ſiuè id,quod ſolitum eſt,augeretur,prout ex l.vectigalia,in prin. de publica. tradidit Azo in ſum. C.nou.vectig.& Salyc. in l. vectigalia, C.eod.tit. quos refert, & ſequitur Gram.conſ.ciu. 69.nu.4.quod ſoli Principi licet,l.deprecatio, ff ad leg.rhod. de iactu. l.benè à Zenone,C.de quad.prę ſcrip.& eſt vnum de regalibus,vt per Io.Bertach.in tract. de gabel.in 1.p.n.1.qui eſt mihi in 3.vol. tracta.fol.5. & proindè pro obtinenda hac noua impoſitione ad Principem recurrendum erit Magnifico Aduerſario.

(margin: 34, 35, 36)

Nec poteſt,& ex alio motiuo (quod rogo attendatur prout ſit) obtinere Magnificus Aduerſarius in huiuſmodi pręrenſione; ſiquidem exactio gabellarum ſuper altero de duobus fundanda eſt,vel ſuper priuilegio, vel ſuper poſſeſſione antiquata,l.fin.C.vectig.nou.Dùm Magnif.Aduerſarius vult,hanc prætensã exactionem fundare ſuper priuilegio, priuilegium non adeſt,cùm illud tanquã temporale,finito illo tempore, ipſo iure dicatur extinctum: ſi ſuper poſſeſſione (quę poſſeſſio facit, quòd continuata ſit,& quod in futurum continuetur, donec Regi placuerit exactio prædictę impoſitionis ſuper ſerico) de hoc non tracto, remittendo me Superiorũ mandatis,& certum eſt, quod non poteſt talis poſſeſſio ei prodeſſe quoad prędictas res,in quibus nulla adfuit poſſeſſio; & proindè cùm priuilegium ſit extinctum,poſſeſſio non adſit,neutro ipſorum adiuuari poterit,& ſucceſſiuè abſoluendi erunt Magnif.conuenti: Pro quorum manifeſta iuſtitia plura dicturum fuiſſẽ (prout qualitas cauſę,ac ipſius maximũ pondus expoſcebat,) verùm per temporis anguſtiam id mihi non licuit: Suppleant (rogo) Doctiſſimi Senatores moniti ex rubrica illa,vt quę deſunt Aduo. part.Iud.ſuppl.

Horatius Theodorus.

37 *Die 10. Martij 79.*

*Fuit votatum,impoſitionem ſuper extractione ſeta, non includere extrahentem vernilea, paſſamanos, trinectas, caligas, & cætera opera manibus laborata, & intexta de ſerico.*

## ADDITIO.

De conſimili deciſione peracta in Reg. Camera circa ſericum tortum, ſeù manganum, habetur apud Regentem Salernitanum in dec. 36. vbi nonnulla ſatis conferentia deduxi, quæ etiam conueniunt huic deciſioni. Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum, ſi non teneat quoad feudum, tenet quoad aſtimationem,etiam ſi ex certa ſcientia feudum legatum eſſet, nu. 2. & feudum eſſet hareditarium, vel ex pacto,nu.3.*

4 *Legatum militia ſi non teneat,tenet eius aſtimatio.*

5 *Legatum rei dotalis licet non teneat, an eius æſtimatio tenet.*

6 *Legatum rei Eccleſia ſi non tenet, eius eſtimatio tenebit.*

7 *Legati rei immobilis forenſis exiſtente ſtatuto,quod non poſſint acquiri mobilia, debetur aſtimatio.*

8 *Legati rei immobilis Fratribus Ordinis Minorum, debetur aſtimatio.*

9 *Legatum rei minoris, ſimiliter aſtimationem poſcit.*

10 *Legatum rei ſubiecta reſtitutioni, aſtimationem illius continet.*

11 *Quarta conſtituta vxori ſuper re feudali, aſtimationem continet.*

12 *Legatum vſusfructus rei, in qua alius habet proprietatem, vel rei emphyteotica aſtimationem eius loco comprehendit.*

13 *Feudum non eſt in commercio noſtro.*

14 *Secundaria intentio operabitur, ſi primaua non operatur, quando dua intentiones habentur,ſcilicet primaria, & ſecundaria.*

15 *Aeſtimatio in feudo, & alijs ſecundum aliquos non debetur, quod procedit in feudo ex pacto,non hareditario.*

16 *Filius habet feudum à patre.*

17 *Aeſtimatio debetur legatario,etiam ſi in feudo ſit aliquis hares inſtitutus.*

18 *Vaſſallus an de feudo teſtari poſſit.*

19 *Vaſſallus poteſt habere duos haredes, vnum in feudalibus,alium in allodialibus.*

20 Ba-

20 *Baronia quid ſit.*

21 *Miles poteſt habere duos hæredes, vnum in Caſtrenſibus, alium in paganicis.*

22 *Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

23 *Feuda Caſtrenſi peculio comparantur.*

24 *Feuda ſunt de publico, ſicut militia.*

25 *Miles feudatarius dicitur.*

26 *Feuda, & allodialia æquiparantur Caſtrenſibus, & paganicis.*

27 *Teſtamentum feudatarij, an pro parte valere debet, vel non.*

28 *Hæreditates duæ dicuntur feudatarij, feudalis, & burgenſatica.*

29 *Hæres tantum ſuccedit in feudo hæreditario.*

30 *Feudum hæreditarium cui defertur, dicitur hæres in eo.*

31 *Filius hæres debet eſſe, vt ſuccedat in feudo hæreditario.*

32 *Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.*

33 *Feudum hæreditarium imputatur filiæ in legitimam.*

34 *Inuentarium in feudo hæreditario, an proſit.*

35 *Qualitas hæreditaria non ineſt accidentaliter in feudo, ſed ineſt ſubſtantialiter.*

36 *Feudum transfertur cum qualitate hæreditaria.*

37 *Succedens in feudo, debet declarare, ſi venit ex teſtamento, vel ab inteſtato.*

38 *Feudatarius poteſt grauare hæredem, vſque ad valorem feudi.*

39 *Legatum poteſt deberi ab vno ex hæredibus, ſi hoc teſtator expreſſerit.*

40 *Subrogatum capit naturam eius, in cuius locum eſt facta ſubrogatio.*

41 *Legatum eſt inutile, quando hæredi à ſemetipſo legatur.*

42 *Diſtinctio perſonarum eſſe debet inter obligantes, & obligatum.*

43 *Legatum cenſeri debet factum à cohærede, nè illud inutile reddatur.*

44 *Voluntas teſtatoris in dubio interpetranda erit, vt valeat, potiuſquàm pereat.*

45 *Teſtator videtur grauare filium, quando illum exhæredat, vel præterijt.*

46 *Primogenitus an teneatur ſtare diſpoſitioni paternæ inſtituendo eum, & alios filios in feudo, in quo viuitur Iure francorum, abſque aſſenſu, vel dare illis æſtimationem.*

47 *Succedens in feudo ab inteſtato, an cenſeatur grauatus de præſtando legatum feudi, ex primaria intentione, & æſtimatione in ſecundaria.*

48 *Feudatarius videtur vocaſſe in feudo venientes ab inteſtato.*

49 *Hæreditas non venit ad filios præteritos, vel exhæredatos, præter ſpem teſtatoris.*

50 *Filius an poſſit eſſe hæres præſens, ſi alius fuerit hæres inſtitutus, ita quod habendo feudum, non teneatur ad debita paterna.*

51 *Doctrina Iacobi de Belu. in c. 1. an agnat. col. 1 qualiter procedat.*

52 *Tex. in c. 1. an agnat. an procedat in feudo hæreditario, vel ex pacto.*

53 *Hæres legitimus habebit feudum, ex diſpoſitione iuris ſucceſſoris.*

54 *Feudum transfertur à moriente in hæredem, & ſimul ſanguis æqualitas hæreditaria.*

55 *Feudatarius non poteſt mutare naturam feudi, ſine conſenſu Regis, & è contra.*

56 *Succedens in feudo ex diſpoſitione iuris, an loco legatarij habeatur, vel vti hæres in re certa, nè teneatur ad onera.*

57 *Legatarius poteſt grauari de re aliena ſoluenda.*

58 *Voluntas teſtatoris erit attendenda, quando ea conſtaret.*

59 *Aeſtimatio feudi an debeatur ab hærede allodij.*

60 *Feudatarius, an conueniri debeat ob feudi æſtimationem, donec bona allodialia ſuperſint.*

61 *Deciſio Capycij 199. qualiter procedat, & nu. 62. & 67.*

63 *Debitore condemnato, non fit executio ſuper feudo, niſi in ſubſidium.*

64 *Ordo, qui in vita teſtatoris tenet, etiam in morte debet teneri.*

65 *Executio an poſſit fieri contra alium, ſi onus ſoluendi debitum pertineat ad vnum ex hæredibus.*

66 *Creditor agit contra hæredes pro portionibus hæreditarijs, & inter eos datur actio ad repetendum.*

68 *Onera diuidenda ſunt inter hæredem feudi, & allodij pro rata bonorum, & nu. 80.*

69 *Bona inquiſiti in diuerſis territorijs exiſtentia, diuiduntur inter duos fiſcos.*

70 *Collatio in corpore feudi fieri non poteſt.*

71 *Omnia quæ conferuntur, dicuntur remanere in hæreditate.*

72 *Retentio feudi datur, quando poſſeſſio eſſet ſine vitio.*

73 *Retentio feudi an detur pro æſtimatione legati.*

74 *Impediens teſtatorem inſtituere, tenetur actione doli, vel in factum ad intereſſe.*

75 *Prohibitio facta teſtatori, nè aliquem inſtituat, non nocet legatarijs.*

76 *Tutor, qui per dolum fecit ſibi relinquere,*

quod

Digitized by Google

*quod teſtator volebat relinquere pupillo, tenetur ad duplum, idem in Prælato, num. 77.*

78 *Blandiri an liceat, vt teſtator eum inſtituat, & quando.*

79 *Papa, ſi vellet gratiam facere alicui, & alius impedinit, tenetur ad intereſſe.*

80 *Dolus non debet prodeſſe.*

81 *Deciſio enunciatur.*

## PRO ILL. IO. ANTONIO DE TVFO Contra Ill. Marchionem Lauelli.

### ALLEGATIO XIV.

DIſceptandum erit de pluribus in hoc iudicio reconuentionis, vertente inter Dominum Io. Antonium de Tufo actorem, & Illuſtr. Marchionem Lauelli conuentum, & Primò

An actori debeatur æſtimatio feudi, de quo agitur, ſtante legato dicti feudi, per Marchioniſſam facto, poſtquàm non tenet legatum reſpectu feudi, propter defectum aſſenſus.

Secundò, an verum ſit, quod Marchio, vel ad æſtimationem non teneatur, vel in ſubſidium tantùm, vt aduerſarij, neſcio quo iure prætendant.

Tertiò, an ſaltem feudi pretium dicatur remanſiſſe in hæreditate Marchioniſſæ, quæ feudum emit, & ſucceſſiuè integrum debeatur Domino Io. Antonio hæredi vniuerſali.

Quartò, an circumſcripto legato poſſit hoc feudum, vt emptum à Marchioniſſa, ex propria actoris pecunia ab ipſo retineri, donec ſibi pretium ſoluatur.

Quintò, quæ actio competat Domino Io. Antonio cõtra Marchionem, qui matrem retraxit, emere volentem feudum in faciem eius, vt ipſe tanquàm primogenitus in feudo, poſt mortem ſuccederet.

Et in iſtis omnibus, vtcumque iura actori concederentur, ſiuè iuris rigorem attendamus, ſiuè rem iſtam ſecundum veritatem conſideramus, apparebit euidens ipſius iuſtitia.

Circa primum in illo articulo, an legato feudo hæreditario in teſtamento ſine aſſenſu, ſi non tenet legatum reſpectu feudi, teneat ſaltem quoad æſtimationem, verior, atque communior opinio iàm approbata, & recepta in hoc Regno per Sacrum Conſilium eſt, vt ſi non tenet

1 legatũ quoad feudũ, teneat quoad æſtimationem legatario præſtandam, ita in indiuiduo in legato feudi tenuit Io. Fab. in §. non ſolum, nu. 8. in fine, Inſtit. de lega.

2 Bal. idem tenuit, quando feudum eſt ex certa ſcientia legatum, in c. 1. de ſucceſ. feudi, 1. col. poſt princip. hoc idem Bar. fundat, Cur. Iun. in conſ. 30. per totum, & latiſſimè iſtam opinionem ab impugnationibus defendit Camer. qui per plures col. examinat articulum in repe. cap. Imperialem, de prohi. feu. alien. per Frideric. fol. 26. à lit. C. vſque ad fol. 28.

3 lit. O. & Marin. Frec. ſic concludit in legato feudi hæreditarij lib. 3. 12. differen. feudi hæreditarij, & ex pacto, & prouidentia, ac iterum eo. lib. 33 differ. num. 4. verſus finem operis, vbi dicit ſecundum iſtam communiorem ſententiam Scribentium iudicatum eſſe in Sacro Conſilio.

Nec mirum, quia idem eſt, quando legatur militia, vt ſi non valet quoad mili-

4 tiam, teneat quoad æſtimationem ipſius militiæ, ita in legato militiæ facto ſeruo, decidit tex. in l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo, ff. de leg. 3. glo. in l. filiusfamil. §. ſi quid alicui, in verb. vitium, ff. de lega. 1. quæ loquitur, quando eſt legata militia Cauſidici muto, vel militia curſoris, ei qui ire non poteſt, vel militia liberi hominis ſeruo, ad idem, quod legata militia debetur æſtimatio, eſt glo. in l. multũ intereſt, in verbo, placet, ff. de verb. obligat.

Idem in legato rei dotalis, quæ non poteſt alienari, vt debeatur æſtimatio,

5 tenet Bal. in l. 3. nu. 6. col. 2. C. de iure dot. contra glo. in l. dotalem, ff. de teſta. mili. dicens, Doctores ibi tenere contrarium, & ibi declarat, quòd tribus modis cognoſcitur, an res ſit in commercio, vel non, idem de re dotali tenet Paul. de Caſt. in l. apud Iulianum, in §. conſtat, n. 6. de leg. 1. dicens glo. in d. l. dotalem, communiter per omnes reprobari, ſequitur Alex. ibi. nu. 11.

6 Idem in re exceptuatè legata, in cuius alienatione certa ſollemnitas requiritur, vt teneat legatum quoad æſtimationem, tenuit Hoſtien. in cap. filius, de teſtam. col 11. verſ. ſed ſalua pace, & Io. Fab. in d. §. non ſolum, nu. 5.

Idem quando legatur res immobilis

7 alicui foren ſi, ſtante ſtatuto, quòd forenſis

7 ſi nõ poſſit acquirere immobilia, vt debeatur ei extimatio tenet Pau. de Caſ. in d. §. conſtat num. 3. Alex. ibi n. 14. & Cur. Seni. in conſ. 27. col. fin. nu. 40. & 41. verſ. accedo ad alium tenet idẽ, vt debeatur extimatio ſi datur in dotem forenſi res quę non poteſt dari vigore ſtatuti.

8 Idem quando legatur res immobilis fratribus ordinis minorum, vt debeatur extimatio, quia non ſunt capaces rerum immobilium, tenet Pau. de Caſt. in d. §. conſtat, num. 3. poſt Bar. ibi num. 4. & Alex. num. 10.

9 Idem quãdo legatur res minoris, licet in alienatione eius certa ſollemnitas re quiratur, Bar. in d. §. conſtat, num. 6. Alex. num. 11.

10 Idem quando legatur res ſubiecta reſtitutioni, vt debeatur extimatio decidit tex. in l. cum pater §. cum pater de legat. 2.

11 Idem quando eſt conſtituta quarta vxori ſuper re feudali, vt debeatur extimatio, tenuit Iſer. in cap. 1. §. e contrario de inueſt. de re ali. fact. quem ſequitur Par. in tracta. de reinteg. feu. fol. 150. in cap. inc. an tenẽs bona redditicia feudo.

12 Idem in legato vſusfructus rei, in qua alius habebat proprietatem. Si vſusfru. erat teſtatoris, vel in legato emphiteuſis, quę erat finitura per mortem teſtatoris, vt debeatur extimatio legatario tenuerunt Imol. Cuma. & Aret. in l. quod in rerum §. 1. ff. de leg. 1.

13 Ratio pręmiſſę concluſionis eſt, quia feudum nõ ęquiparatur campo martio, ita vt dici poſſit non eſſe in commertio vt dicit Iſer. in d. §. e contrario de inueſt. de re alie. fact. & debetur hæc extimatio ex ſecundaria intentione teſtatoris fuit enim primaria intentio teſtatoris ad feudum, ſecundaria ad extimationem, quę nullum habet in extimatione impedimentum, nec ratione rei, nec ratione perſonę, quod ſatis bene explicatur Camer. in repet. d. c. imperialem, fol. 27. litera A. col. 1. & col. 3. litera Q. quãdo n. habemus duas intentiones primariam, & ſecundariam, ſi non operatur primaria, operatur ſecundaria, verba ſunt magiſtralia, Bal. in l. ſi abſentis, num. 3. C. ſi cer. peta.

14 Nec pręmiſſę concluſioni refragantur dicta per Bal. & Affli. in cap. 1. §. donare qualiter olim poter. feudum alienari, per Salic. Pau. de Caſt. & alios in l. vxor Patrui. C. de legat. per Alex. & Iaſ. in l. quod in rerum §. 1. ff. de legat. 1. per Imol. & alios in c. paſtoralis de dona. qui omnes, vel in feudo, vel in iure, quod morte teſtatoris finitur, vt in emphiteuſi, & vſufructu videntur tenere, quod non debeatur extimatio, quia ſi bene aduerta-
15 tur ad dicta ipſorum, non poſſunt applicari in feudo hęreditario; ſed vel in feudo ex pacto, & prouidentia, vel in feudo in quo teſtator non habet ſucceſſorem; ſed eo defuncto deuoluitur ad Regem, & ſic ius eius, quod habet in feudo morte finitur, quod non poteſt conſiderari in feudo hęreditario, in quo defunctus rem ipſam feudalem ad hęredem tranſmittit vt probat Iſer. c. 1. §. quod ergo de inueſt. de re alie fact. & qualitatem hęreditariam, vt probat Iſer. in c. 1. col. 2. de alie. feu. pater. & in quo dicitur, quod filius habet à patre, vt probat Iſer. in cõſt.
16 Regni hac edictali in fin. verbis ibi niſi ſit hęreditarium, & propterea Cuma. in d. l. q in rerũ §. 1. ff. de leg. 1. dum format queſtionem ſi legatur decimę extraneo quę tenentur ab eccleſia tranſeunt ad filios, an teneantur ad extimationem, reſpondet videri, quod nõ, quia habẽt eas non vt hęredes; ſed iure proprio vt filij quaſi ſecus, ſi haberent eas vt hęredes, & ppterea forte Marin. Frecc. cõſtituit differentiam in propria materia inter feudum hęreditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia in d. lib. 3. 12. different.

17 Et nõ ſolum debetur extimatio legatario, quando feudum eſt legatũm ſed etiã ſi in feudo ſit aliquis hęres inſtitutus, debetur ei extimatio, ita Cur. in indiuiduo in d. conſ. 30. & ſic dicitur eſſe de mente Bal. in d. cap. 1. de feu. ſucceſs. 1. col. poſt principium, non enim dicitur facere differentiam inter legatum feudi, & inſtitutionem in feudo, quia ſupra querit, an poſſit vaſſallus aliter teſtari de feudo, quamuis diſponit, & poſtea loquitur de legato, non tanquam de
18 re diuerſa; ſed tanquam comprehenſo in quęſito facto per eũ, an vaſſallus poſſit de feudo teſtari, in eadem opinione videtur fuiſſe Specul. in titu. de localibus ſub rubrica de emphi. q. 117. num. 143. qui vnica quęſtione quærit, ſi legatur, vel donatur, vel inſtituitur hęres eccleſia in emphiteuſi, & tenet deberi extimationem.

19 Circa ſecundum ad demoſtrandum, quod Illuſtriſs. Marchio ipſe tantum

F eſſe

Digitized by Google

effectualiter tenetur, pręmitto, ꝙ feuda-
tarius poteſt habere duos hęredes, vnum
in feudalibus, & alium in allodialibus,
ita Bal. in auth. ceſſante, nu. 4. C. de legi.
20 hęre. quid dicit, quòd Baronia eſt quid
vniuerſale, ſicut peculium caſtrenſe, &
ideò quis poteſt habere vnum hęredem
in Baronia, & alium in paganica, ſicut
21 dicitur in milite, quod poteſt habere
duos hęredes, vnum in caſtrenſibus, &
alium in paganicis, vt probat tex. in l. ſi
certarum §. 1. ff. de mili. teſta. & tenet,
glo. in l. ſi miles vnum, ff. eo. tit. eſt tex. in
l. hęredes. §. 1. ff. famil. herciſ. & Bal. not. in
l. 1. C. de teſt. mili. quod miles habet duas
hęreditates, ſcilicet paganicam, & ca-
ſtrenſem, & ideò fungit vice diuerſorum
teſtatorum, vnde dicit ipſemet, quod in-
terdum vnus teſtator cenſetur vt plu-
22 res, & tunc licet ſit onus naturę, cenſen-
tur, vt plures Iuris cenſura, & ideò mi-
les poteſt decedere pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus, l. ſi duobus. ff. de
mili. teſta. Inteſtatus in caſtrenſibus, &
teſtatus in paganicis, vel è contra, & pro-
pterea etiam dicit tex. in l. 2. C. de teſta.
mili. quod ſi miles inſtituit hęredem in
caſtrenſibus, paganicā habebunt venien-
tes ab inteſtato, & glo. fin. in l. 1. C. de te-
ſta. mili. dicit, quod ſi miles inſtituit aliū
in paganicis, & alium in caſtrenſibus, in-
ter ipſos non eſt locus iuri accreſcen-
di, quia reputantur, vt duo hęreditates,
& dicit procedere etiam, ſi inſtitutus in
caſtrenſibus nō adiuit, imò plus ſubdit,
quod ſi inſtitutus in paganicis reperitur
in primo gradu cum defuncto repudia-
ta hęreditate caſtrenſi ab inſtituto, ha-
bebit bona caſtrenſia, non iure inſtitu-
tionis; ſed ab inteſtato, quę omnia in feu-
23 datario procedūt; feuda. n. caſtrenſi pe-
culio annumerantur, Bal. in l. cum multa
C. de bon. liber. & in l. ſi vxorem nu. 10.
in fin. C. de condi. inſert. hinc dixit And.
in c. 1. §. præterea ducatus, de prohi. feu.
alie. per *Feder.* num. 53. quod feuda ſunt
de publico, ſicut militię, & quod feuda
24 ſunt de publico tenet Iſer. In conſt. Re-
gni ſi dubitatio, & quod ſint in vſu pu-
blico propter ſeruitia, quæ præſtantur
pro Republica tenet Neapo. in conſu. in
bonis quon. marit. ſub. rub. in quibus re-
bus habe. locum quar. hinc And. in c. ſi
quis miles Imper. Loth. exponit miles, id
25 eſt feudatarius, & quod caſtrēſia, & mi-
litię æquiparētur tenet And. in d. ca. 1. §.
præterea ducatus in ſecunda addi. num.
39. verſ. in tex. non habetur; nimirum
ergo ex premiſſis ſi Bal. in conſ. 309. in
fin. 1. vol. incip. cum eſſent duo fratres
26 ęquiparet bona feudalia, & allodialia
eiuſdem, cum caſtrenſibus, & paganicis;
& ſi Affli. in cap. 1. de feu. ſucceſ. nu. 69.
de ſucc. feu. dixit, quod quando in teſta-
27 mento feudatarij eſt relictum feudum
iuris franchorum omnibus filijs, teſtamē-
tum pro parte valet, pro parte non,
& ſi Camer. in repet. cap. Imperialem. §.
28 præterea ducatus, fol. 204. col. 3. littera
O. dixit, quod duę quodamodo hęredi-
tates, & ſeparatę eſſe cēſentur bonorum
feudalium, & burgenſaticorū, argu. d. l. ſi
certarum, & ſucceſſiuè apparet, ꝙ poſt-
quam annullatur diſpoſitio feudi facta
per Marchioniſſam in teſtamento, pro-
pter defectum aſſenſus, remanet inſtitu-
tio hęredis valida in allodio, & ſic domi-
29 nus Io: Ant. erit hęres in burgenſaticis;
& Illuſt. Marchio erit hæres in feudo,
quia cum ſit feudum hęreditarium, non
poteſt ſuccedere in eo aliquis, quod non
ſit hęres, ſecundum And. in c. 1. an agna.
vel fil. defun. & in c. 1. de ſucceſ. feu. verſ.
& olim, nu. 7. vt in c. 1. de alie. feu. pater.
Capic. deciſ. 97. num. 3. hinc eſt, quod ille
cui defertur feudum hereditariū dicitur
hæres in ipſo feudo, ſecundum Andr. in c.
30 1. §. quod ergo de inueſt. de re alie. fact.
& quòd non poſſit filius habere, niſi ſit
hæres in ipſo feudo, declarat Areti. in l.
31 pro hærede, in §. quòd ſi tamen 3. col. ff. de
acqui. hæred. probat Iſer. in d. c. 1. de alie.
feu. pater. Loffre. in conſ. 1. n. 188. & in cap.
Imperialē, §. prætereà ducatus 4. col. de
prohi. feu. alie. per Feder. Camer. in repe.
d. c. Imperialē f. 96. col. 3. liter. L. col. 1. lit.
E. & f. 97. col. 3. lit. P. & quòd non poſſit in
feudo ſuccedere, quod nō ſit hæres, Curt.
Iun. in l. qui ſe patris n. 73. C. vnde liberi, &
32 latè in cōſ. 138. n. 13. vbi n. 24. quòd neceſ-
ſe eſt eſſe hæredē vltimi moriētis, hinc eſt,
ꝙ feudū hæreditarium venit in petitione
hæreditatis, glo. in l. itē vidēdū, §. fi. ff. de
peti. hære. Andr. in d. c. 1. an agna. & in c. 1.
qui ſucceſſ. tene. & in c. 1. de ſucceſſ. feu. &
in d. cap. 1. de aliena. feud. patern. hinc eſt,
33 quod feudum hæreditarium imputatur
filio in legitimā, Bald. & Salyc. in l. omni-
modo §. imputari C. de inoffi. teſta. Alex.
in l. ſi patroni 4. col. ff. ad trebell. Iacob. in
ſua inueſt. in verb. & cum pacto, quod de
ipſo feudo poſſint ipſi vaſſalli num. 17.
Loffred. in conſ. 1. num. 180. hac ratione,
& inuentarium nō prodeſt in feudo hęre-
34 dita-

Digitized by Google

34 ditario, quominùs non obſtante inuentario teneatur vſque ad valorem feudi, Iſer.in cap.1.verſ.vbi vero ibi,ex quo nõ eſt hæreditarium, in tit. an agnat. & in cap.1.in prin.de prohi.feu.alien. per Frider.& in d.cap.in 2.addi.poſt prim.Alex. in conſ.18.in prin. vol.5. Affl.in dec.112. nu.3.Capic.In repet. cap.Imperialem,de prohib.alien.per Frider,col.177. Guliel. Pern.in primis notab.feudo,nu.66. Loffre.in cap.1.§.preterea *Ducatus* in addi. 4.col.in prin.de prohib.feu.alie. per Frider,& in conſ.1. num.145. & in conſ. 14. num.43.Ant.de Alex.inter conſ.Loffr.52. nu.52. quia qualitas hereditaria, quæ ineſt in feudo hæreditario, non ineſt ac-
35 cidentaliter in feudo hereditario, ſed ineſt ſubſtantialiter, & ideò transfertur feudum hæreditarium à moriente in heredem,vt probat Iſer.in d.cap.1. §.quid ergò de inueſti. de re alie. fact. & trans-
36 fertur inſimùl cum qualitate hereditaria,vt optimè differit Camer.in d.§.preterea *Ducatus*, fol 95.à lit.B.per plures columnas,dùm tractat materiam feudi hereditarij, ideò ille, qui ſuccedit in feudo, dùm agitur debet declarare in
37 feudo hereditario,ſi venit ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, nec ſufficiat dicere, quòd venit iure ſucceſſorio feudorum, ita Marin.Frecc. lib.3.20. differen. feud. hæred. vt ex pacto dicit contra Capic. in dec.47.dicens,quòd Bal. in cap.1. de ſucceſſ.feud.qui dicit in feudo ex pacto, & prouidentia.

Secundò principaliter correlatè ad idem demonſtrandum præmicto, quòd feudatarius habens feudum hereditarium,
38 rium,cùm decedit poteſt grauare heredem in feudo in pecunia,& ſi grauamen aſcendat vſque ad valorem feudi, & nihil aliud ſuperſit in hæreditate, quàm feudum,iſtam concluſionem in terminis firmat Loffre. in conſ.46. 3.col. num. 7. verſ. quoad ſecundum,vſque in finem,& loquitur in fortioribus terminis, quando defunctus cogitauit per indirectum ſucceſſorem in feudo priuare,grauando illum in pecunia,vſque ad vires feudi.

Tertiò principaliter ad hoc idem, quod Marchio teneatur ad æſtimationem,præmicto,quòd quando ſunt plures hæredes,legatũ poteſt deberi ab vno ex
39 hæredibus, ſi hoc teſtator expreſſit, vel poteſt coniecturari, ꝙ hæc fuerit voluntas teſtatoris, primũ probatur per tex. in l.vn.§.ſed vt manifeſtetur,C.de caduc. tollen.de ſecũdo eſt tex.in l.quoties.§.1. cum l.ſeq.ff.ad Trebel.& in l.vtrum,§.fi. ff.de reb.dub. vbi glo.fin.

Succeſſiuè ex prædictis poſtquàm apparet,Marchionem eſſe hæredem in ipſo feudo, Marchioniſſam potuiſſe ipſũ vſq; ad feudi valorem in pecunia grauare, & poteſt de iure ſolus cenſeri grauatus ad legatum æſtimationis feudi;ſupereſt tantùm perquirere,an in caſu de quo agitur adſint probabiles coniecturæ,quòd Marchioniſſa voluerit ab ipſo tantùm præſtari,& quidem vrgentiſſimæ concurrũt coniecturæ, & primò, ſicut primaria intentio Marchioniſſæ fuit vt Dom.Io.Antonius haberet feudum à Marchione,ita etiam ſecundaria intentio fuit,vt haberet etiam ab illo æſtimationem,quæ authoritate iuris ſubrogatur hodie in locum feudi,ſubrogatus enim iuris authoritate ſapit naturam eius in cuius locũ ſubrogatur,l.ſi eum,§.qui in Curiarum
40 ff.ſi quis cautio.l.ſi donatæ,§.ſi ſponſus, ff.de dona.inter vir.& vxo.l filię,§.Titia, ff.de cõd.& dem.l.1.§.ſed et ſi,ff.de exerc.

Secundò, ſi Marchioniſſa ex ſecundaria intentione voluit præſtari Io. Antonio integram feudi æſtimationem,quonã pacto poteſt prætendi,vel quod in totũ, vel pro parte debeatur ab ipſomet,cùm ita non haberet integram feudi æſtimationem contra voluntatem teſtatricis, vndè ſicut Marchio ſi conſenſiſſet teſtamento,ſolus præſtauiſſet legatum, ita etiam eo non conſentiente,ſed reuocãte ſolus hæres in feudo, debet æſtimationẽ præſtare.

Tertiò aduerto, quòd quando hæredi à ſemetipſo legatur,legatum eſt inutile, l.planè,§.duobus,ff de leg.1. l.legatũ,§.1.
41 ff.eo.vbi Bal.ponendo hanc regulã, aſſignat rõnem,quia inter obligantẽ,& obli-
42 gatũ debet eſſe diſtinctio perſonalis, ab eo herede autem vtiliter legatur,l.miles §.pro parte,ff.de lega.2.l.fi.§.quatuor,ff. eo.tit.glo.in d.§.ſi duob. in verb.vtiliter, Bal. in d.l.legatum, modo ſic ſi legatum cenſetur factũ ab ipſomet D.Io.Antonio legatũ eſſet inutile in totũ,vel pro parte, nè ergò legatũ inutile fiat,eſt oĩnò interpetrandũ,vt cenſeatur factũ à coherede, tex.eſt hoc probans in indiuiduo in l.Titia,la prima,§.Lucius,ff.de lega.2.vbi in
43 propria materia hac rõne,nè legatũ inutile fiat,cẽſetur legatũ factũ à coherede, vt integra res heredi,& legatario debea-
44 tur,pro quo facit regula,quod voluntas



Digitized by Google

teſtatoris in dubio eſt interpetranda; vt potiùs valeat,quã pereat,l.quoties,ff.de reb.dub.d.l.fi.ff.de lega.1.

Quartò, ſicut teſtator qñ exhæredat, vel præterit filiũ,intellectu iuris,videtur cogitare illũ grauare,in quãtũ põt,poſt-
45 quàm eum priuabat tota hæreditate,vt differit eleganter Bar.in auth. ex cauſa, n.9.in fi.C.de lib. præter.ita ẽt cenſendũ eſt iuris interpetratione teſtatricẽ iſtam quę præterijt Ill.Marchionẽ in feudo cogitaſſe ipſum grauare,in quantum poterat,& ſic ad ęſtimationem præſtandã, & cũ non dubitatur de poteſtate,non eſt ẽt dubitandum de voluntate, ex præmiſſis.

Et propterea ex iſtis ſatis benè glo. in Conſt.Regni Conſtit. Diuæ memoriæ, in
46 verb.ſuper feudis,quę in indiuiduo litẽ iſtam decidit, voluit, quòd ſi defunctus inſtituit hęredes primogenitũ,& ſecũdogenitos, & de feudo in quo viuitur ſm ius francorum in teſtamento diſponit in beneficiũ ſecundogenitorũ ſine aſſenſu, quod ſi primogenitus non vult ſtare huic diſpoſitioni, & tanquàm non legitimè factę,tenebitur ad dandã æſtimationem ſecundogenitis pro ea rata,prout in eos fuit facta diſpoſitio iſtius feudi,& ſic nõ obſtãte quod ibi primogenitus habebat feudũ cõtra voluntatẽ teſtatoris, & non obſtante,quod adeſſet bona allodialia,in quibus erat inſtitutus tã primogenitus, quã alij fratres ſecundogeniti,nihilominus glo. dicit, quòd ęſtimatio feudi eſt præſtanda à primogenito,quod reuocat diſpoſitionẽ feudi à defuncto factã ſine aſſenſu, & hæc ſola deciſio meo iudicio ſufficere debet, maximè, quia comprobata ſupra per tot media, & per veros terminos iuris.

Confirmatur etiam vlteriùs iſta deciſio, quia aut defectus aſſenſus in teſtamento,facit teſtamentum,donec diſponit de feudo deficere ex defectu ſollemnitatis, & clauſula codicillaris efficit, quòd ſuccedens in feudo ab inteſtato, cenſeatur grauatus de præſtando legatũ
47 feudi ex primaria intentione,& æſtimatione,l.ex ſecundaria,l.ſi non iure, ff.de manu.teſta.l.cohæredi,§.cùm filiæ, ff.de vulg.ſubſti.glo.in l.ex teſtamento, C.de fideic.per iſta iura,Bar.in l.1.n.3.ff.de iur. codi. qui dicit, quòd quicunq; ſuccedit, qui non videtur rogatus, etiam ſine dubio põt relinqui à venientibus ab inteſtato,l.ſi quis cùm nullũ, ff. de iure codi.
48 & defunctus feudatarius,videtur in feudo vocaſſe venientes ab inteſtato, Loffr. in c.præd.§.pręterea Ducatus, 5.col.de prohi.l.feu.alien.per Frider.per tex.in l. conficiuntur, ff.de iure codic. aut teſtamentum in feudo, non dicitur deficere propter defectum ſollemnitatis,cũ deficit aſſenſus, ſed deficit obſtãte iuris diſpoſitione,quę vult in feudo iuris frãcorum inſtitui primogenitum legitimum hæredem,& tunc in eo ſolo,ſcilicet, in quo eſt facta iniuria filio, ſcilicet quo ad inſtitutionẽ debet teſtamentũ annullari, & per conſequens omnia legata,& alia diſpoſita in teſtamento ſubſtinẽtur,quia & ſi filius fuiſſet inſtitutus,talia legata, alia diſpoſita fieri potuiſſent, ſicut dicitur,quando teſtamentum irritatur ex cã pteritionis,vel exhęredationis,remanet tanquàm validum quoad legata, auth. ex cauſa,C.de liber.præte.vbi Bar.nu.9. conſiderat,quòd hęreditas non venit ad filios pręteritos,vel exhęredatos,pręter
49 ſpem teſtatoris, & Iaſo. ibi 1. col. poſt princi.dicit,viuã rõnẽ illius tex.fuiſſe,ꝙ filio ſolũ fiebat iniuria in inſtitutione, & quia pater potuiſſet talia legata facere.

Nec pręmiſſę cõcluſioni obſtat deciſio Iac.de Belu.in c.1.an agn.1.col.verſ.quod
50 dixi,dicentis,quòd quando filius nõ põt eſſe hęres patris, puta quia alius eſt inſtitutus hęres,poterit habere feudũ,nec tenebitur ſoluere debita,quam deciſionem refert Bal. & ſequitur ibi 3. col. & alij, ac demum Affli. ibi col. 2. num. 4.
51 qui loquitur in feudo hæreditario,quia reſpondet,quòd verè deciſio Iacob. de Beluiſ.& ſequacium procedit in feudo ex pacto,& prouidẽtia,quod patet,quia tex.in d.cap.1.an agna. loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia,non hæreditario,ſecundum And.ibi,& in cap.1. qui ſucceſſ.tenea.& in cap.ſi quis miles, Imperat.Loth.Loffre.in conſ.46.n.12. col.5. & illud,quod dicit Iacob.de Belu. eſt ad limitationem eius,quod dicitur in d.c.1. vbi grauatus filius,vt ſit hæres patris, ſi vult habere feudum ex pacto, & prouidentia,& ſic loquitur Bal.vbi ſupra,limitando illum tex. ſic declarat Aluar. in d. cap.1.col.5. verſ.ſubſequenter, dùm ponit regulam d.cap.1.quod filius compellitur,aut retinere feudum, & hæreditatem,aut vtrumque repudiare, quam regulam limitat modo præmiſſo, ſecundũ Iacob.de Belui. & pro limitatione ad d. tex.refert Præpoſ.in d.cap.1.col. 5.in fin. n.6.ſic etiam declarat Zaſ. in tracta.feud.

8.par.

Digitized by Google

8.par.nu.15.vt ſic non ſit dubitandum,
qui Iacob. de Belu. loquitur in feudo ex
pacto, & prouidentia,non hæreditario,
imò idem Iacob. de Belu.in cap.1.de eo,
qui ſibi, & hære.ſuis, verſ. ſed ſciendum
quęrit,an tex.in d.c.1.an agn.procedat in
52 feudo conceſſo alicui,& hæredibus ſuis,
& concludit, quòd non,& ipſum ſequitur
Aluar.ibi col.4. circa med.verſ.verum
tamen,& Præpoſi.ibi nu. 4. liquet ergò,
an benè dixerit Affli.quod ex mente Ia-
cob.de Beluiſ loquitur in feudo hæredi-
tario, in quo, ſi teneremus procedere
dictum Iacobum de Beluiſio, meo iudi-
cio eſſet mera hęreſis in materia feudali,
ex his, quæ ſupra dixi in primo præmiſ-
ſo ſecundi capitis; & nimirum,ſi eſt dif-
ferentia in hoc inter feudum hæredita-
rium,& non hæreditarium, quia quali-
tas hæreditaria, quæ conſideratur in fi-
lio,in terminis tex. c. 1. an agna. eſt per
accidens,non autem ſubſtãtialiter,prout
eſt in feudo hæreditario, ex quo ipſa res
eſt hæreditaria,vt magiſtraliter aduertit
Camer.non defraudandus in d.§.præte-
rea *Ducatus*, fol.96.lit.G.

Nec etiam dicatur, ꝙ quando nõ inſti-
tuit in feudo ille,qui ſucceſſurus eſt,tunc
53 legitimus hæres habebit feudum, ex di-
ſpoſitione iuris iure quodã ſucceſſorio,
Affli.in dec.385. nu.5. & alio, & ſic quo-
dãmodo hoc caſu mutetur natura feudi
hæreditarij, quoniã reſponſio patet ex
dictis in primo præmiſſo,circa hoc ſecũ-
dum caput, vltrą quod non inconuenit,
quòd feudum inſimul debeatur ſucceſ-
ſione ex diſpoſitione iuris,& tranſmiſſio-
54 ne ad hæredes, ita quod à moriente
transferantur ſanguis, & qualitas hære-
ditaria ſimùl, ſecundum Iſern. in cap.1.
§.quid ergò,de inueſt. de re alie. fa. Ca-
mera.in d.cap.Imperialẽ, fol. 46. lit. M.
col.3. & neſcio quomodo aduerſarij di-
cant,quòd facto defuncti inſtituẽtis aliũ,
quàm legitimũ hæredem, in feudo mu-
tari poſſit natura feudi hæreditarij, &
conuertatur in non hæreditariam, poſt-
55 quàm certum eſt,quòd feudatarius non
poteſt mutare naturam feudi ſine con-
ſenſu Regis, nec Rex ſine conſenſu feu-
datarij,primum probatur per tex.in c.1.
§.profectò, de lege Corra. & cap. 1. de
alien. feu. patern. per quæ iura ità dixit
Loffre.in conſ.3. num.40. ſecundum latè
probat Loffre.in conſ.1.n.205.& vtrumq;
benè probat Bal.in conſ.215. 1.vol.nu.4.
incip.præſupponit,quòd inueſtituræ,nec
dicatur, quòd ſuccedens in feudo ex diſ-
poſitione iuris habetur loco legatarij,
56 vel reputatur tanquàm hæres in re cer-
ta,& proindè vtroq;caſu non tenetur ad
onera,per tex.in l.ex facto,ff.de hęre.in-
ſti.& per tex.in l.quoties, C.de hære.inſt.
qa reſpõdetur, quòd illud qoud dicitur,
quòd ſuccedens ex diſpoſitione iuris,nõ
tenetur ad onera,procedit in portione
bonorum debita vigore ſtatuti, in qua
ſucceſſores non poſsũt grauari à moriẽ-
te in pecunia, & proindè diuerſa ratio
eſt in feudo hæreditario ex ſupra allega-
57 tis, vltra quod eſt legatarius, grauari
poteſt de ære alieno ſoluendo,l.ſi cui Ti-
tio,ff.de lega.1.eo quando conſtat de vo-
58 luntate teſtatoris, illa eſt attendenda,
ita in propria materia dixit Ange.in l.ex
facto,nu.2.ff.de hæred. inſtit.nec eſt verũ,
quòd feudatarius dicatur hæres in re
certa, quinimò contrarium dixit Bal. in
auth.ceſſante,nu.4.*C*.de legi.hære. quod
non reputetur tanquàm hæres in re cer-
ta,ſed ſicut hæres vniuerſalis in feudo,
& ex pręmiſſis redditur falſa deciſio Ca-
pycij 64.dùm præſupponit, legato feudo
59 æſtimationem deberi ab hærede allo-
dij, vltra ſi benè aduertatur Capycius,
loquitur in feudo,quod debeatur vigore
conuentionis.

Nec dicatur, quòd ſaltem non poteſt
60 Marchio primogenitus conueniri ad
æſtimationem,donec ſuperſunt bona al-
lodialia, ex deciſ. Capy. 199. qui dicit,
61 quòd inſtituto hærede vniuerſali eo,qui
non erat ſucceſſurus in feudo hæredita-
rio,fuit facta inueſtitura legitimo hære-
di, & cùm fuit tractatũ de oneribus hæ-
reditarijs ſoluendis, fuerunt ambo con-
demnati,ſcilicet hæres allodij, cum de-
claratione, quòd illud quod non poſſunt
conſequi creditores ab allodio, conſe-
querentur ab hærede feudi,quia reſpon-
detur Primò, quòd hæc deciſio confun-
ditur ex his,quæ ſupra dixi,ſcilicet feu-
dum hæreditarium ſpectare ad ſucceſſo-
rem legitimum, vt hæredem in ipſo feu-
do, & poſſe tacitè, & expreſsè ex teſta-
mento ab inteſtato grauari vſq; ad va-
lorem feudi: Secundò, deciſio fundatur
in d.Bal.in d.c.1.an agna.quod procedit,
vt dixi ex feudo ex pacto,& prouidẽtia:
Tertiò,idemmet ſibi contradicit, dùm
præſupponit,hæredes feudi teneri in ſub
ſidium,quia ſi mutatur natura,& de hæ-
reditario conuertitur in non hæredita-
rium,vt aduerſarij dicunt,nec in ſubſidiũ
teneretur.

Quartò, deciſio potiùs reſpicit modū
exequutionis, vt in ſubſidium pro debito
defuncti fiat ſuper feudo, quàm quod re-
62 ſpiciat, ad quem ex hæredibus effectua-
liter pertineat onus, quoniam regulare
eſt enim, quod condemnato debitore, nō
63 fit exequutio ſuper feudo, niſi in ſubſi-
diū, Bar. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus,
ff. de damn. infect. ibi Imol. nu. 53. Angel.
in l. pro hærede. §. ſi quid tamen, n. 2. & 3.
ff. de acqui. hære. Alber. in l. ſtipendia,
C. de exeq. rei iudi. Alex. in l. commodis,
nu. 3. ff. de re iud. vbi Iaſo. Andr. in cap. 1.
§. quid ergò, de inueſti. de re alie. fac. &
Conſtit. Regni, Si quis poſt litem, & ſi hic
ordo eſt tenendus in vita feudatarij, eſt
64 etiam tenendus poſt mortem, quo ipſe
non alteratur conditio creditorum, l. ij.
§. ex his, ff. de ver. obl.

Nec eſt inconueniens, quod onus ſol-
uendi debitum ex diſpoſitione teſtatoris
65 tacita, vel expreſſa pertineat ad vnum
ex hæredibus, & exequutio ad inſtantiā
creditoris poſſit fieri contra alium,
exemplum eſt in l. ſi filia, in §. ſi pater,
ff. famil. herciſc. vbi licet æs alienum per
teſtatorem non ſit diuiſum pro portio-
nibus hæreditarijs, vt lex diuidit, ſed pro
66 modo bonorum creditores agunt con-
tra hæredes defuncti pro portionibus
hæreditarijs, & inter ipſos cōpetit actio
ad repetendum à cohærede illud, quod
plus ſoluerit, quàm cuius ipſorum com-
petebat pro rata bonorum, exemplum
etiam eſt in l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluri-
bus hæredibus debitoris, vel creditoris,
vbi quod licet creditores non habeant
actionem perſonalem contra hæredes,
niſi pro portionibus hæreditarijs, tamen
ſi vnus hæredum poſſideat rem obliga-
tam, poteſt creditor contra illum ſolum
pro toto credito agere, licet effectuali-
ter debitum ſit ſoluendum ab omnibus.

Quintò, deciſio Capy. intellecta ſecū-
dum aduerſarios, eſt contra communem
67 concluſionem, quòd onera inter hæredē
feudi, & allodij ſunt diuidenda pro rata
bonorum, prout ita in pluribus hæredi-
bus vigore ſtatuti, alio in mobilibus,
68 alio in ſtabilibus tenuit Guliel. de Cun.
in l. hinc quæritur, in §. poteſt. ff. de pecu.
Alex. in conſ. 31. 1. vol. incip. viſo titulo
quæſtionis præmiſſę, num. 9. Fulgo. in d. §.
poteſt, nu. 3. in glo. 2. Alber. ibi n. 5. Iacob.
in tracta de toij nu. 26. Caſſa. in conſuetu.
Burgun. rub. 7. Alber. Brun. in tract. quod
ſtantibus maſculis, fœminæ non ſucce-
dant, 11. art. princ. q. 6. n. 69. 70. & 71. per
tex. in l. Celſus, cum l. ſeq. ff. de religio. &
ſumpt. fune. & in l. ſi vir vxori, ff. ad leg.
falcid.

69 Ita inter duos fiſcos, quando quis de-
linquit habens bona in diuerſis territo-
rijs, vt teneatur quilibet pro rata bono-
rum, tenuit Guliel. de Cun. in l. 2. ff. de
capit. dimi. quem ſequitur Alex. in d. cō-
ſil. 31. nu. 8.

Ita in hærede feudi, & allodij, tenet Io.
Licier. in tract. de primogenit. q. 5. lib. 2.
& Tiraq. in eo tract. q. 35. nu. 28. & Capy.
in deciſion. 198. ſic dicit pluries deci-
ſum.

Sextò, in caſu Capy. non conſtabat de
voluntate defuncti, vt æs alienum ab hæ-
rede feudi ſolueretur, vt conſtabat in
caſu noſtro, patet igitur ex præmiſſis
quantum aduerſarij, qui feuda, vt pro-
prium peculium profitentur decipiātur,
meo iudicio, donec prætēdunt, Marchio-
nem, vel non teneri ad æſtimationem, vel
in ſubſidium tantùm.

Circa tertium caput principale, ad
probandum, quòd Ill. Marchio tenetur
*Domino* Io. Antonio ad totum pretium
feudi, de quo agitur, ſine dubio aduerto,
quòd in Regno veriſſima, atque indubi-
tata eſt concluſio, quòd licet primoge-
nitus ſuccedat in feudo empto per de-
functum feudatarium, tamen tenetur
partē pretij ipſius feudi fratribus ſecun-
70 dogenitis dare, quaſi hęc pecunia remā-
ſerit in hæreditate, poſtquàm non poteſt
fieri collatio in corpore feudi, quia indi-
uiſibile, ita concludit Iſer. in cap. 1. §. prę-
terea Ducatus, in 2. addi. nu. 36. de prohi.
feu. alie. per Fride. quem refert, & ſequi-
tur Marti. Laude. in tract. de primogenit.
q. 36. Affli. in d. cap. Imperialem, §. prete-
rea Ducatus, num. 27. & ſeq. Loffre. ibi
Camer. facit de hoc dialogum in fine
operis fol. 106. Luc. de Pen. in l. 1. de im-
pon. lucr. deſcrip. Capy. dec. 3. nu. 6. Mari.
Frec. 3. lib. in 33. differ. feudi hæreditarij,
& ex pacto, & prouidentia, ſi pretium
hoc confertur, ergò effectualiter rema-
net in hæreditate, quia omnia, quæ con-
71 feruntur dicuntur remanere in hæredi-
tate defuncti, tex. in l. certum, vbi glo. 1.
C. famil. hercif. ſi remanſit in hæreditate
horum pretium, ergò debetur *Domino*
Io. Antonio hæredi vniuerſali.

Circa quartum, quòd poſſit feudum
72 hoc retineri, probatur, quia poſſeſſio
peruenit ſine vitio, Bal. in l. fin. C. cōmod.
ma-

Digitized by Google

maximè, quando cauſa retinendi cohę-
ret rei, & ibi per eum, pro quo faciunt
notata per Bar. Pau. de Caſt. & Iaſ. in l. ſi
non ſortem, in §. ſi centum, ff. de condi. in-
de. & tex. in l. vnic. etiam ob chirografa.
pecu. conſuluit in terminis, in retentio-
73 ne pro æſtimatione feudi legati, Cur. Iun.
in conſ. 30. & quod competat in feudo
retentio in beneficium poſſeſſoris cōtra
dominum feudi pro pretio poſſeſſori
debito, tenet Aluar. in cap. Imperialem,
4. col. verſ. quæro, cum glo. de prohi. feu.
aliena. per Frider. & tenendo, quòd feu-
dum eſt emptum ex pecunia Domini Io.
Antonij, non eſt dubium, quod debet ſol-
ui à ſucceſſore in feudo hoc onus, ſiuè
debitum per Marchioniſſam ſicut oc-
caſione feudi pro emendo feudum, ita
in proprijs terminis Alber. Brunus in
conſ. 104. qui dicit, quòd debitum qua-
cunque occaſione feudi pro emēdo feu-
dum debet ſolui ab agnatis ſuccedenti-
bus in feudo, non autem à fœminis ſuc-
cedentibus in allodialibus, & dicit, hunc
caſum non habere difficultatem.

Circa quintum, & vltimum aduerto,
quòd ille, qui impedit alium habere
aliquod legatum, vel donationem, vel
quid ſimile teneatur damnum paſſo de
dolo, aut actione in factum ad intereſſe,
vel ad duplum, ita in impediente teſtato-
74 rē inſtituere in primo gradu, vt tenea-
tur actione de dolo, vel in factum ad in-
tereſſe, aut conditione ex lege ad duplū,
tenet gl. & Bar. in l. Lucius, §. Semproniæ,
ff. de lega. 2. eſt tex in §. & hoc prouenit,
in auth. vt nulli Iudi. vbi glo. in ver. reſti-
75 tui, & in prohibente teſtatori, vt hæc
prohibitio non noceat legatarijs,
quominus percipiant, ſiuè ſingulariter
ſit relictum, ſiuè vniuerſaliter, eſt tex. in
l. 1. §. ſi quis legatum, ff. ſi quis aliq. teſta.
prohib. & in l. 3. §. fin. ff. ad Trebell. & glo.
in §. ſi conuictus, in verb. leges, in auth.
76 vt cùm de appella. cogno. vbi notat, im-
pedientes teneri ad intereſſe, propterea
tutor, qui per dolum fecit relinquere
ſibi, quod teſtator volebat relinquere
pupillo, tenetur ad duplum, Bar. in l. Ti-
tio n. 5. ff. ad municip. Cyn. in l. quicquid,
77 C. arbi. tutel. vbi & Alber. Anch. & Abb.
etiam in c. 2. de pecul qui idem dicunt in
Prælato, qui teſtatorem induxit volentē
relinquere Eccleſiæ, vt ſibi proprio no-
mine relinqueret, & teneatur Eccleſiæ
ad intereſſe, & ideò Ang. in l. non enim,
nos. ff. de offi. teſta. dicit, quòd licet quis
78 poteſt blandiri teſtatori, vt eum hæredē
inſtituat, tamen ſecus eſſet, ſi blandiatur
in perniciem alterius, ad hoc vt teſtator
priuet hæreditate illum, qui volebat hæ-
reditatem relinquere, & dicit, ſemel ob-
tinuiſſe quandam magnam hæreditatem
relictam pauperibus, & quidam agnati
teſtatoris perſuaſerunt ei, quod non re-
linqueret, quia non erat bonæ conditio-
nis, propter quod teſtamentum muta-
uit, dicit, fuiſſe auocatam hæreditatem
ab illis, & conceſſam pauperibus, & ideò
etiam Alber. in d. l. Lucius, §. Semproniæ,
79 quòd ſi Papa volebat facere gratiam
alicui, & aliùs impediuit, quod ſibi te-
neatur ad intereſſe, & nimirùm, quia do-
lus non debet cuique prodeſſe, l. prima,
80 ff. de doli excep. vt ſic non ſit dubitan-
dum, quin Marchio, qui impediuit ma-
trem emere volentem feudum in faciem
Io. Antonij hoc animo, vt ipſe ſuccede-
ret vt primogenitus, vt pars aduerſa fa-
tetur, non teneatur ad intereſſe.

81 *Deciſio patet in ſequenti Allegatione.*

## SVMMARIVM.

1 *Legatum rei hæredis in totum valet, & tenet.*

2 *Tex. in l. fideicommiſſaria libertas, § ſeruum peculij, ff. de fideicommiſſ. libert. ponderatur.*

3 *Teſtator poteſt grauare vnum ex pluribus hæredibus inſolidum, vel pro parte, vt ipſi placebit, & quando.*

4 *Legans rem, quam debet hæredi, tota debetur.*

5 *Tex. in l. cùm ab vno, ff. de legat. 2. expenditur.*

6 *Tex. in l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. explicatur.*

7 *Actio, vel exceptio, an competat hæredi in feudalibus contra hæredem allodialium.*

8 *Actio familiæ herciſcundæ non habet locum inter hæredes diuerſarum hæreditatum.*

9 *Deciſio altercationis, ſi debeatur æſtimatio ob feudum legatum citra aſſenſum, deducitur.*

PRO

Digitized by Google

# PRO EODEM.

## ALLEGATIO XV.

DOnec agitur, an legatum æſtimationis feudi cenſeatur relictũ ab hærede feudi tantum, ita vt nulla cõpetat ei actio ex iudicio familiæ herciſcundæ, contra hæredem allodij, vt contribuat, vel exceptio ex eodem iudicio, vt pro tantò minùs ipſe hęres, & prælegatarius agat, vltra adducta in primis Allegationibus, in quibus ex pluribus coniecturis fundaui, quòd hæc fuit intentio teſtatricis, vt ſolus hæres feudi æſtimationem præſtaret, aduerto, quòd procedendo ſecundum terminos, quando legatur res vnius hæredis, vtrum hoc caſu teneatur cohæres ad æſtimationem Do-
1 mino rei, quod poſtquàm legatum rei vnius hæredis in totum validum eſt, & tenet l. vnũ ex familia, §. ſi rem, ff. de lega. 2. §. non ſolũ, Inſtit. de legat. l. Sticho, ff. de vſufr. lega. onus eſt aduerſarij fundare, quòd huic cohæredi Domino competat hæc actio, vel exceptio contra cohæredem, ego autem licet multum laborauerim, non inueni caſum hunc in indiuiduo deciſum, ſed in fine alia conſideraui, quæ (meo iudicio) tollunt omnem dubitationem in caſu de quo agitur.

2 Et primò, adduco tex. in l. fideicommiſſaria libertas, §. ſeruum peculij, ff. de fideicommiſſ. liber. vbi probatur, quòd quando teſtator legat rem vnius hæredis ab omnibus hæredibus, quod eſt fortiùs ſi credebat eſſe ſuam, ille ſolus videtur grauatus, cuius res erat, ita illum tex. intelligit Bar. ibi Iacob. de Aren. & Alber. etiam ibi, & ſic per illũ tex. dixit Alber. in l. ſi fundus ſub conditione, in §. ſi libertus, ff. de lega. 1. vndè cùm hæc teſtatrix legauit hoc feudum, quod erat ſuum, & credebat de illo diſponere tan quàm de re propria, etiam quia inter vulgares dicitur, quòd feudum à ſe quæſitum, poteſt quis, cui vult legare, meritò ipſe ſolus hæres feudi debet teneri ad legatum æſtimationis, ex præmiſſis, etiã ſi ab omnibus hæredibus eſſet legatum relictum, multò magis quando non ab omnibus, ſed ſimpliciter.

3 Secundò, adduco Alber. in l. Auus, n. 6. ff. de pact. vbi dicit, quòd teſtator in vltima voluntate poteſt grauare vnum ex pluribus hæredibus inſolidum, vel pro parte, prout ſibi placet, & ſeruatur eius diſpoſitio, quãdo eſt certa volũtas eius, quod grauare voluerit inſolidũ, vel pro parte, ſed ſi dubitatur, & eſt legatũ ſpeciei hæreditariæ indiuiduæ, tunc ſi conſequatur aliquam vtilitatem, tenetur redimere partes aliorum cohæredũ & totum præſtare, vndè aut apparet de voluntate ex coniecturis, & res eſt in tuto, aut dubitatur, & quia eſt legata res hæreditaria indiuidua, debet cenſeri factum ab hærede, qui ſuccedit in hac re
4 indiuidua; maximè, quia legans rem, quam debet hæredi, tota hoc caſu debetur, Bar. in l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de lega. 2.

5 Tertiò, põderatur tex. in l. cùm ab vno ff. de leg. 2. vbi ſi legatur ab vno hærede quantitas vxori, animo compenſandi cũ dote debita, ſi vxor non eſt contenta legato, ille hæres, qui debebat præſtare legatum, tenebitur ad dotem pro concurrenti quantitate legati, & propterea ſicut ſi Marchio vt tenebatur ex fide conſenſiſſet teſtamento, ipſe ſolus præſtaniſſet legatum feudi, ita etiam eo contradicente, debet ſolus præſtare æſtimationem, ad quam propterea deueni tur.

6 Quartò, pondero, quod tex. in l. ex facto, ff. de hæred. vbi inſtituto vno hęrede in fundo; quod erat ſexta pars hæreditatis, & alio in altero fundo, qui abſorbebat quinque partes hæreditatis, licet non poſſit fieri inſtitutio iure certo, tamen lex interpetratur voluntas teſtatoris, quod voluerit ambos ęqualiter inſtituere, & cuique quod plus eſt in virili prælegare, in tantùm, quod ęs alienum iſti hęredes agnoſcent pro hęreditarijs portionibus, etiam ſi ſexta pars hęreditatis conſiſtens in feudo abſorberetur in totum ex cauſa ęris alieni, vndè ſicut ibi colligitur voluntas teſtatoris, quod voluerit, quòd alter ex inſtitutis haberet in effectu vtiliter rem, cuique legatam iure inſtitutionis, licet diſponat contra formam iuris, ita etiam hic debet colligi voluntas Marchioniſſę, quòd Dominus Io. Antonius, vel haberet integrum feudum, vel integram feudi ęſtimationem, & vtique ſi fuiſſet interrogata, ſic reſpondiſſet.

Quinto, & vltimò, aduertatur quęſo, quòd

Digitized by Google

quòd Illuſtriſſimi Marchionis hęredi in feudo nulla penitùs poteſt competere actio, vel exceptio contra hęredem allodij, vt contribuat, quia ex his, quę fundaui latiſſimè in primis Allegationibus apparet, iſtos Dominos fratres non eſſe cohęredes, ſed tractari hoc negotium
7 tanquàm de duabus hęreditatibus, & duobus hęredibus, vt dicit ad literam
8 tex. in l. ſi certarum, ff. de mili. teſta. iudicium autem familię herciſcundę non habet locum inter hęredes diuerſarum hęreditatum, ita Bal. in l. ex facto, ff. de hęred. inſtituen. per tex. in l. 1. ff. familię herciſc. & propterea cùm ipſe teneatur, & non competat actio famil. hereiſc. remanet iuſtitia Domini Io. Antonij ex omni parte liquida.

*Iudicatum quod ſic, in cauſa Ill. Io. Antony de Tuſo cum Illuſtr. Marchione Laudli.*

ADDITIO.

De hac eadem Deciſione meminit Io. Vincentius de Anna in Allegat. 126. & 127. qui pro Marchione in iure copiosè allegauit, & in Reper. Conſtit. Conſtitutionem Diuæ Memoriæ, num. 139. & in Rub. de vaſſall. decrep. ętat. & ibi Conſil. Anna Filius in Addit. contrarium bis iudicatum fuiſſe, & hanc opinionem paternam defendens in conſ. 86. ad contraria deciſa reſpondet num. 6. eundem ſequitur Reg. de Curte in diuerſ. iur. feudor. §. multoties, nu. 83. de quibus etiam deciſionibus memores ſunt Minad. Reg. Lanar. Camill. Salern. Reg. de Ponte, Molfeſ. Præſ. Amatus, quos probauimus in 1. par. noſtri Compendij, verbo, Aeſtimatio feudi, & vltra eos nouiſſimè Conſil. Theodor. allegat. 80. num. 51. Epiſcopus Iſern. in tract. de Eccleſ. aliàs practicab. Eccle. quæſt. 21. & præceteris nouiſſimè Fuluius Lanar. I. C. celebris in eius annotat. ad repeti. ſui patrui Regentis Lanarij ſuper repetit. cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 40. cum ſeq. vbi omnes deciſiones cumulauit circa hoc, vltra Conſil. Gizzarell. deciſ. 22. ibique Baldaſſar ab Angelis meritiſs. Auditor Prouinciæ Hydruntinæ ad præſens creatus in eius Additione, omnes pariter deciſiones recollexit; cętera verò conſimilia ad idem conferentia deduxi in dicto Compendio, verbo, Aeſtimatio. Thoro.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio bonorum facta præuio indultu, an ad bona alteri conceſſa extendatur.*
2 *Reſtitutio non tollit ius alteri quæſitum.*
3 *Conceſſio rei facta in remunerationem ſeruitiorum, pro bono publico magis præualet.*
4 *Rex non poteſt ex poteſtate ordinaria ius alteri quæſitum tollere.*
5 *Geminatio tollit ſubreptionem, & habetur pro clauſula, non obſtantibus.*
6 *Clauſula, motu proprio, & clauſula, non obſtante, & geminatio priuilegij, idem reputantur.*
7 *Vnicus teſtis, quando ſufficiat.*
8 *In claris non eſt opus coniecturis.*
9 *Obtinere is debet, qui reperitur in poſſeſſione tempore litis conteſtatæ.*
10 *Poſſeſſio probatur per fructuum perceptionem.*
11 *Rebellis cadit à poſſeſſione ſtatim, ſine aliqua ſententia ex Cap. Regni, Bona proditorum.*
12 *Teſtes in numero maiores præferuntur, & maximè quando non eſſent eiuſdem patriæ, pro qua depoſuiſſent.*
13 *Poſſeſſio retinetur per perſonas ſubiectas poſſidenti.*
14 *Pragmatica edita Thori in ſecundo capite declaratur.*
15 *Reſolutiones altercationis referuntur.*
16 *Deciſio quæſtionis enunciatur.*

PRO MAGNIFICO ANIBALE Magiſtri Iudicis contra Vniuerſitatem, & homines Terræ Marzani.

ALLEGATIO XVI.

Certum eſt, quòd ante rebellionem homines de Marzano per multos annos poſſiderunt aliquas Terras, de quibus agitur, & poſt rebellionem eorum fuiſſe conceſſas per Regem Ferdinãdum Marchioni, & quod

& quod ille fuit adeptus poſſeſſionem, eaſdem Terras locando, & percipiendo fructus; verùm quæſtio eſt poſt rebellionem, dùm Marzanenſes allegant indultum cum reſtitutione bonorum.

Propterea reſpectu proprietatis dicitur, clarum eſſe, Magnificum Anibalem ſucceſſorem Marchionis obtinere, nàm dictus Marchio habuit non ſolùm duplicatas, ſed quatriplicatas gratias, & conceſſiones, atq; prouiſiones tàm à Rege Ferdinando, quàm à Rege Federico, dùm Rex Ferdinandus non ſolùm illas ſemel conceſſit per verbum, fiat, fol. 134. ſed quia poſtea indultauerat Marzanenſes, reuocando impetrationes bonorum f. 27 & nolebat derogare conceſſioni factæ Marchioni per alias ſubſequentes prouiſiones; Idem Rex Ferdinandus duo mandat, videlicèt, quòd poſſeſſio capiatur, & Marchioni conſignetur, item non ſolũ confirmat eaſdem Terras, ſed etiam de nouo concedit, fol. 81, & ſic fuit capta poſſeſſio pacifica præſentibus Syndicis de Marzano, & non contradicentibus, fol. 81. & quia homines de Marzano cũ eorum exequutorio indulti quærebant habere Terras prædictas. Iterũ & tertio loco idem Rex Ferdinandus mandat duo v3. quòd Marchio omninò gaudeat ſua gratia, item quod illi de Marzano primi Domini de cętero non ſe intromittant, ſed expellantur per banna, & alijs modis, vt in fol. 80. Rex Federicus etiam cũ inſerto tenore dictarum prouiſionum duo mandat, videlicet, quòd Marchio conſeruetur in ſua poſſeſſione, tanquàm verus patronus, item quod expellantur homines de Marzano illa ratione, quia per indultum, & reſtitutionem factam Marzanenſibus, nunquàm Rex voluit derogare conceſſioni factæ Marchioni, prout teſtantur illi, qui fecerunt priuilegia, & prouiſiones, videlicet, Dux Termularum, & Secretarius Chariteus conteſtes, fol. 44.

Ex iſtis ſequitur iuris diſpoſitio, quod poſt factam translationem bonorum in perſonam Marchionis per illud generale indultum, & reſtitutionem bonorum conceſſam Marzanenſibus, non eſt reuocata gratia bonorum quæſitorum, & poſſeſſorum per Marchionem, cùm non fuerit expreſsè dictum, cap. quamuis, de reſcript. in 6. vbi glo. magna, & tex. in cap. multiplici, extra de decimis, Bar. in l. Gallus, ff. de lliber. & poſthum. in §. &
quid ſi tantum, nu. 10. cum duobus ſe-
1 quentibus, & ſignanter in quæſtione de
reſtitutione facta in totum, dicit enim
Paul. de Caſt. ibidem n. 14. verſ. nota tria
ex iſta gl, quia reſtitutio non poteſt tol-
lere ius perfectè alteri quæſitum, l. 2.
2 §. meritò, ff. nè quid in loco publ. quod
ſatis optimè declarat, ponendo gladiũ
ad radicem, Alex. in d. §. & quid ſi tantũ,
col. 10. ſuper lectura glo. verſ. & per hoc
infert Bal. &c. adducendo Cyn. Bal. Imol.
& Ang. ac etiam habetur per Bal. in l. fi.
C. de ſenten. poſſeſſ. in 3. & 4. oppoſitione,
& ibidem per Bart. & alios Scribentes
relatos ibidem in apoſtilla, & additione
magna.

Eò maximè, qui talis reſtitutio, ſeù
indultum Marzanenſium non proceſſit
pro bono publico, vel pacis, aut pro cõ-
ſeruatione Regni, neque Regia Maieſtas
fuit vſa plenitudine ſuæ poteſtatis, dùm
nulla cauſa vrgebat, ſed fuit mera gra-
tia, imò per contrarium conceſſio facta
Marchioni, fuit in remunerationem ſer-
3 uitiorum adeò vtilium, & neceſſariorum
pro bono publico, & conſeruatione to-
tius Regni, iuxta ea, quæ habentur per
Bar. & Bal. cęteroſq; Scribentes in pro-
œm. Digeſtor. & in l. fin. ſi contra ius, vel
vtilitatem publ. ac in l. quicunque, C. de
fide inſtrum. lib. 10. vbi Bar. & Bal. & cę-
teri Scribentes, & per Alex. in d. l. Gallus
§. & quid ſi tantùm, col. 10. in fi. verſ. verũ
autem Princeps, &c. qui omnes Docto-
res concordant, Regem ex poteſtate or-
dinaria, nõ poſſe tollere bona alteri quę-
ſita, niſi vt ſupra pro cauſis prædictis;
4 vndè cùm dictus Marchio non ſolum
habuerit gratiam, ſed etiam poſſeſſionẽ
antè indultum factum hominibus de
Marzano, vt patet per ſcripturas, & tę-
ſtes, certum eſt, ſuam conceſſionem non
eſſe reuocatam modo aliquo.

Secundò principaliter dicitur, quòd reſpectu Marchionis, & bonorum illi conceſſorum ſunt reuocata aſſerta capitula gratię ſuæ per indultum Marzanenſium, nàm vltra primam conceſſionem factam Marchioni, quia ſequutum fuit dictum indultũ Marzanẽſium, Rex Ferdinandus fecit duas alias iuſſiones, confirmando, & de nouo concedendo eidem Marchioni Terras prædictas, ordinando, quòd omninò Marchio gaudeat ſua gratia, & ponatur in poſſeſſione, expulſis hominibus de Marzano, prout etiam ordinauit Rex Fridericus, quo quidem

caſu

Digitized by Google

caſu geminatio prædicta, non ſolum tollit omnem ſubreptionem, ſed & habetur pro clauſula derogatoria, & annullatiua. Ita ac ſi dixiſſet, non obſtantibus capitulis, & indultu Marzanenſium, glo. eſt in l. nec damnoſa, C. de precib. Imperat. offer. vbi Bal. & Alex. in l. 3. circa princi. ff. quod quiſq; iur. allegãdo Io: Andr. in c. porrecta extra de confirmat. vtil. vel inutil. & Roman. in l. ſi verò §. de viro ff. ſolut. matrim. de quo & latè per Butr. & alios Canoniſtas in c. 1. & cap. nonnulli, & in cap. ſtatutum extra de reſcript. & demum omnes
6 Doctores concordant, quòd de pari procedunt iſta tria vz. clauſula ex motu proprio, clauſula nõ obſtante &c. & geminatio priuilegij, ſeu iuſſio. Secunda, vt per eumdẽ Alex. non ſolum in d. l. 3. ff. quod quiſq; iuris, ſed etiam in conſ. 30. ponderatis vol. 5. & per alios relatos à Decio in d. c. porrecta col. fin.

Tertiò, principaliter dicitur, quòd hęc Regia voluntas modo prædicto demonſtratur apertiſſimè, non ſolum per geminatas cõceſſiones, & iuſſiones, & enixa verba in illis contenta dicẽdo, quòd Marchio omnino gaudeat ſua gratia penitus expulſis hominibus de Marzano per banna, & alijs modis, ita quòd de cętero non ſe intromiĉtãt, &c. Sed ad literã hoc teſtantur illimet, qui regio nomine, ſeu de eius mandato fecerunt cõceſſiones, iuſsiones, & priuilegia, teſtificantes talem fuiſſe ſẽper regiam voluntatem, quòd indultum Marzanenſium ſortiretur effectum, quo ad alias, non tamen in præiudicium Marchionis, & quia iſti duo teſtes ſunt tantæ integritatis, & authoritatis, non eſt dubi-
7 tandum, cum etiam vnus eorum ſufficeret, iuxta ea, quæ habentur in l. admonẽdi ff. de iu. iur. Adeo quòd reſpectu tituli, ſiuè proprietatis ſumus in claris, in quibus non eſt opus coniecturis, l. ille, aut ille ff. de legat. 3. tanto fortius concurrentibus ſupradictis omnibus ſimul, & ſemel.

8 Verumtamen in hoc iudicio non agitur de proprietate, ſed de poſſeſsione, & propriè per interdictum vti poſsidetis, vt ex tenore memorialis, ſeu libelli colligitur, ac ex probationibus vtriuſq; partis.

In quo quidem iudicio is debet obtinere, qui reperitur in poſſeſsione tẽpore litis conteſtatę, iuxta gloſ. & Bar. in l. 1. C. vti poſsidetis, ac per eumdem Bar. in l. 1. § quod ait prætor, col. fin. Ibi item ſem-
9 per aduertas ff. vti poſſ. per tex. ad literã Inſt. de interd. §. quorum in fin. ſeu §. hodie quæ doctrina indubitanter ab omnibus approbata eſt: ſed in caſu iſto non eſt dubitãdum, tempore illius litis conteſtatæ, immò per biennium antea, & tunc poſsideri per Marchionem, poſtquam demonſtratũ fuit non ſolum per ſcripturas conceſsionũ, & poſſeſsionis captæ pacificè, ſed per numerum quadraginta teſtium deponentium, & de poſſeſsione tanti temporis, & de fida, de locatione, ſeu cultura,
10 & de fructuum perceptione, per quos actus probatur vera poſſeſsio, vt dixit Bal. Angel. & cæteri ſcribentes in l. 2. C. de acquir. poſſ. & in l. indicia de rei vend. ac in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum ff. acquiren. poſſeſſ. & in l. titia de ſoluti. ac idem Bal. in pluribus ſuis conſilijs volu. 3. vz. 73. 227. 442. & 280. Et hoc confirmatur per aſſertionem, & per teſtes partis aduerſæ dicentes tempore præterito quietè poſſediſſe vſq; ad tempus rebellionis, & conceſsionis factæ Marchioni, licet ab illo dicant turbari, & moleſtari poſt rebellionem, & indultum eis conceſſum.

Non obſtat, ſi per partem aduerſam circa aliquas de terris iſtis opponeretur de antiquiori poſſeſsione per illam probata iuxta veritatem, quæ non negatur, ſed non facit ad cauſam duplici reſpectu, vz. quia illud procedit in alio iuditio poſſeſsionis ordinario, & in hoc iudicio eſt attendendum, vt ſupra quis poſsideat tempore litis conteſtatæ tantùm.

Secundò & melius dicitur, quod licet de poſſeſſorio ordinario ageretur, & per mille annos poſſediſſent homines de Mar-
11 zano, tamen ceciderunt, non ſolum à totali dominio, ſed etiam ab eorum poſſeſſione per rebellionem, vt dicitur ad literam in cap. Regni incipiente bona proditorum, ſub rubrica de bonis proditorum, & non requiritur in Regno alia ſentẽtia, vt firmat Napod. in alio cap. incipiente nuper apud Tranum, alias incipit ad vindictam, & per tex. eiuſdem cap. dicendo, eſſe nouum ius in Regno.

Nec obſtat, ſi aliqui teſtes partis aduerſæ videntur arctatè deponere, non ſolum de antiqua poſſeſsione Marzanenſiũ, ſed etiam vſq; ad tempus depoſitionum eorum triplici de cauſa, & primo quia illi conſcij iuxta veritatem homines de Marzano poſſediſſe terras prædictas per multa longa tẽpora nõ animaduertẽtes, quòd de proximo tẽpore rebellionis ceciderant à proprietate, & poſſeſsione acquiſi-

quiſita Marchioni, ſic inaduertenter depoſuerunt vſq; ad illud tempus.

Secundò dicitur, quòd eorũ depoſitiones in pauco numero,& propriorũ ciuiũ, dum maior pars ſunt de Marzano, ſuperantur à magno numero quadraginta teſtium productorum per Marchionem, & magnificum Anibalem,inter quos ſunt octo de Marzano,quorum depoſitiones tãquam veriſsimę etiam coadiuuantur per ſcripturas,non ſolum conceſsionum, ſed poſſeſsionis captæ nomine Marchionis pacificè, & quietè,præſentibus aduerſarijs,& non contradicentibus,nec non per ſolutionem collectarum cõtinuatis temporibus per Barones Præſentiani de ter-
12 ris prædictis,vtique etiam credendum eſt non ſoluiſſe collectas,ſi terras nõ poſſediſſet, ex quibus cauſis teſtes Marchionis præferuntur teſtibus partis aduerſæ, iuxta tex.in l.ob carmen,§.fin.de teſt. per quem textum id in proprijs terminis firmat Bart.in l. ſi duo, ff.vti poſsid. in 3. q. nu.4.& l.1.ff.de ſatiſdat.penult. col.nu.8.

Tertio, & melius ad tollendum omnẽ dubitationẽ dicitur, quòd teſtes ex vtraque parte poſsint reduci ad concordiã, & ſtare ſimul cum veritate, nam demonſtratum eſt,dictum Marchionem eaſdem terras locaſſe hominibus de Marzano, & dediſſe ad culturam, & ſic locatores, ſeu coloni prædicti nõ ſibi ipſis,ſed pro Marchione poſsiderunt,qui mediante eorum perſonis,& naturalem,& ciuilem retinuit poſſeſsionem, ff. de acquirend.poſſ.l.ſi id,
13 quod §.per colonos cũ alijs vulgatis iuribus,dictique coloni præiudicare non poterunt Marchioni, l. ſi de eo §. ſi fortè, l. 3. §. quod ſi ſeruus ff. eodem, & C. de agri. & cenſ.l. per colonum vbi Scribentes omnes.

Ex iſtis ergo concluditur,Marzanenſes non habere titulum, neq; poſſeſsionem cõtra Marchionem, ſed dictum Marchionem,& ſucceſsiuè magnificum Anibalem habentem cauſam ab eo,per mediã perſonam magnifici Vincentij Coſſa.

Et licet nouiter Vniuerſitas, & homines Terræ Marzani mouerint litem contra magnificum Anibalem maſtri Iudicis modernum Baronem Præſentiani non eſt deſuper inſiſtendum duplici reſpectu.

Primò tàm ex libello nouo, & articulis Marzanenſium, affirmando poſſediſſe ab immemorabili tempore, quàm ex deſcriptionibus, ſeù rubricis vtriuſq; partis,& tàm circa illas terras,quæ cultiuatæ fuerunt,quàm circa alias ſodas,non eſt dubitandum eſſe eandem litem antiquam,& nouam, & ſuper eiſdem bonis,à quibus certum eſt excludi *Marzanenſes* prædictos, ad quem finem ponderandæ ſunt rubricæ Marchionis in antiquo proceſſu fol.36.

Et in nouis articulis Marzanenſium fol. 168.

Item Rubricæ magnifici Anibalis nouiter factæ in eodem proceſſu fol. 210. in 6. artic.

At etiam rubricæ Marzanẽſium in antiquo proceſſu fol.     & fol. 128.

Et quæ ſunt nouiter factæ per eoſdem Marzanenſes in proceſſu magno fol. 85.

Secundò, & melius pro parte eiuſdem Magnifici Anibalis fuerunt optimè probata, & demonſtrata eius iura circa titulum,& poſſeſsionem antiquam, & modernam per continuata tempora, in oppoſitum aſſertorum per partem aduerſam, quæ doloſè, & violenter occupare tentauit,non ſolum burgenſatica bona terrę Præſentiani, ſed etiam feudalia poſſeſſa ab anno 1276.quæ ſunt hodie taliter mixta inter terras herbagij, vt nullatenus diſcerni, & ſeparari poſsint. De inſtrumentis etiam productis per partẽ aduerſam nulla poteſt haberi ratio, quia illa,quæ ſunt facta ante annum 1496.non faciunt ad cauſam, ſeu in fauorem Marzanenſium, ſed potius pro Marchione, & ſucceſsiuè pro magnifico Anibale, cum ſint ante rebellionem, & conceſsionem prædictam.

Nouæ autem, aut ſunt factæ inter eoſdem homines de Marzano, & illis non proſunt,quia ſibi ipſis non potuerũt cauſam poſſeſsionis mutare,neq; aliter prę iudicare Baroni Præſentiani,per iura ſuperius allegata.

Sed vt ceſſet omnis quæſtio adducitur nouus libellus cum articulis nouis partis aduerſæ affirmantis poſsidere ab immemorabili tempore, & eſſe eaſdem terras, & ſic venit, & reddit ad terras antiquas, ex quibus ſupra fuit indubitanter excluſa.

Verùm quia Vniuerſitas, & homines Marzani oppoſuerũt exceptiones Pragmaticæ Regis Cath. editę Thori vulgari-
14 ter dicta iura,vel iniuria in ſecũdo capite fuit deſuper impartitus terminus, & licet ex vtraq; parte receptæ ſint probationes,non tamen eſt deſuper multum inſiſtendum,pluribus rationibus, & cauſis.

Nam

Digitized by Google

Nam ex eadem Regia Pragmatica, tenore illius naſcitur exceptio, & non actio, itaut non videam quomodo ad rumbum poſſit adaptari talis exceptio per partem aduerſam, illa ſe iuuare conantem, poſtquàm eſt actrix in vtroque proceſſu antiquo, & nouo.

Inſuper dicta Regia pragmatica tuetur poſſeſſores habentes cauſam ab illis Regibus, ſed in caſu de quo agitur apertiſſimè demonſtratum eſt, homines de Marzano carere titulo, & poſſeſſione; & è conuerſo, Marchionem habuiſſe titulum, & poſſeſſionem continuatam per eum, & ſuos ſucceſſores in feudo vſque ad iſta tempora pacificè, & quietè; Ex quibus infertur, dictã exceptionem Regiæ pragmaticæ fuiſſe legitimè oppoſitam per ipſum Magnif. Anibalẽ; eo maximè, quia omiſſis prædictis omnibus, attendendo ſolummodò partis confeſſionem, certum eſt, quod per tres annos poſt, v3. in anno 1499. vltimo loco omnes Marzanenſes in eorum comparitione confeſſi fuerunt ad literam, Marchionem poſſidere, licet dicant ipſos ſpoliatos, adeo quod poſt peremptam inſtantiam illius iudicij in anno 1502. ſuperuenit dicta Regia pragmatica, mandans expreſsè, vlteriùs non queri de iuſto titulo, vel poſſeſſione, ſed conſeruari eum, qui reperitur poſſidere iure, vel iniuria, & cùm reperiatur vt ſupra poſſidere Marchione, finita eſt omnis quæſtio, & altercatio; & propterea omni reſpectu, & omni iure iudicandum eſt pro Magnifico Anibale contra partem aduerſam, quæ etiam ad expenſas condemnari debet.

*Non laſceremo de dire, che hauendo la parte contraria detto, & articulato hauere poſſeduto le Terre, delle quale ſe litiga da cento anni in quà, & de quelle hauerne pagato continuamente, & pagarne le colte, ſi è pur viſto per gratia de Dio per li cataſti che hanno fatto venire, che prima de la conceſſione le pagauano, mà dopo non le hanno pagate, per non hauerle poſſedute mai, & per contrario hauerle pagate lo Marcheſe, & ſuoi ſucceſſori.*

25 Primum iudicium ad inſtantiam hominum Marzanenſium ſuper iudicio retinendæ poſſeſſionis.

Secundum iudicium intentatum ad inſtantiam Vniuerſitatis, & particularium eſt ſuper ſimili iudicio retinendæ poſſeſſionis.

Eſt decretũ, quòd expediatur primũ. Eſt etiam prouiſum, procedi in ſecundo ad inſtantiam particularium, & formatus proceſſus.

Oppoſitum fuit in primo de exceptione pragmaticæ: quia Anibal forſan veniebat contra reſtitutionem factã hominibus de Marzano.

Et quia non videbatur adaptari, quia Anibal conuentus, & aut ipſe poſſedit, & non eſt ſequenda determinatio ſuper non obſtantia, quia ipſe non agit, ſed debet abſolui, aut Marzanenſes poſſident, & debent obtinere, vt manuteneãtur, non autem pertinet dicere, quòd pragmatica obſtat, ideò fuit dictum partibus, quòd ſuper omnibus dicant, quia non poteſt cognoſci vnum, quin cognoſcatur aliud.

Ambo producunt teſtes de poſſeſſione.

Ambo titulos ſ3 Anibal conceſſionis Marzanenſes aliquos de emptionibus; quod ſint præferendi illi Anibalis.

Primò, quia fomentati titulo nec obſtat reſtitutio, quia eſſet venire contra pragm. 1.

Secundò, quia adiuti confeſſione partis per comparitionem præſentatam in anno 99.

Tertiò, quia poſſunt concordari, quia Marzanenſes tanquàm coloni.

Eſt benè verùm, quòd probationes Marzanenſiũ eſſent præferendæ, quoad Terras poſſeſſas per Eccleſias, vel per vendentes, aut habentes cauſam ab Eccleſijs.

Quoad Terras emptas, vel alio titulo habitas ab alijs, quam ab hominibus Marzanenſibus.

Et quoad Terras deſcriptas in appretio anni 35.

26 *Decreto S.C. promiſum eſt, nõ obſtante exceptione Regiæ pragmatica allegata, procedendum eſſe ad expeditionem cauſæ, contenta tàm in proceſſu antiquo, quàm nouiter formato, relata, & diſcuſſa per partes de ordine ipſius Sacri Conſilij.*

Sententia.

*Viſo memoriali olim oblato, & ſupplicatione, &c. & compromiſſo, &c. Abſoluendum eſſe, &c. ab impetitione dictorum de Marzano, & proindè Anibalem manutenendum eſſe, &c. in poſſeſſione territoriorum in iudicio deductorum, & dictos de Marzano abſtinere debere, prout abſtinere mandamus ab indebita turbatione circa poſſeſſionem prædictam, exceptis tamen terris, quæ poſſidentur per Eccle-*

*ſas, vel habentes cauſam ab eis, ac exceptis terris, quas dicti homines de Marzano tenent, mediante titulo ab hominibus de Praſenzano, vel aliis ex terris, qui non ſint de Marzano, ac etiā Terris deſcriptis in cataſto de ordine S. C. diſtincta, penes Actuarium cauſæ confecto in Praſenzano in anno 1535. prater illas, quæ ſunt noviter deſcripta in anno 1537. in quibus Terris exceptis dicimus, dictos de Marzano manutenendos eſſe, vt manuteneri debere in poſſeſſione, liquidandis terris prædictis tempore executionis præſentis ſententia, ex eodem proceſſu.*

ADDITIO.

Animaduertendum eſt, q̃ regulariter reſtitutio extēditur ad oīa, niſi cū limitatione eſſet facta, quia ex illa declaratione declarabitur, Reg. de Ponte cōſ. 69. n. 30. & 31. poſtquā talis reſtitutio ſimpliciter facta, licet reintegrat ſtatū, quoad famā, & bona, & indulgentia tantùm pœnam tollit, vt nu. 33. ſubnectit, ad quod Camill. de Medic. cōſ. 71. nu. 56. pariter dixit, reſtitutionem factā à Principe ſimpliciter, trahi etiā ad bona, Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de Vaſſall. decrep. ætat. nu. 73. & ſeq. Secus tamen, ſi fieret reſtitutio ad honorem, & libertatem, quoniā tunc ad bona non extenderetur, Medic. ibidem n. 57. rationem reddens, quia cenſetur limitata ad illos effectus, ſed quæſtionis erit, ſi talis reſtitutio ad bona alteri conceſſa donata, vel alienata, extendatur reſtitutio, prout in caſu, de quo agitur, & Anna in repet. d. cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 206. cum ſeq. de hac præcipua materia agit, an videatur reſtitutio conceſſa ad bona alteri conceſſa, ob rebellionē alicuius, & in hoc caſu videtur negatiuè determinare.

Similiter nec ad bona alienata, vltra Ann. allegat. 119. num. 6. & ſingul. 450. Reg. de Pont. conſ. 136. num. 46. vol. 2. Conſil. Anna conſ. 61. n. 39. vol. 1. & conſ. 136. nu. 46. vol. 2. quāquam effectum patiat conſentiente poſſeſſore, ſecus eſſet, is enim conſentiendo ſua iura perdit, & aliena roborat, Camill. de Med. conſ. 46. num. 52. & 53. vndè licet ipſa reſtitutio non ad bona alteri quæſita, intelligendum erit, quando acquiſitio eſſet facta miniſterio hominis, ſecus iuris diſpoſitione, Camill. de Medic. conſ. 46. num. 43. & 44. Imò quatenus talis reſtitutio tolleret ius quæſitum tertio ex facto legis, & non hominis, hoc non procederet re non integra, idem Reg. de Ponte conſ. 67. num. 34. vol. 1. tunc. n. reſtitutus in cōtinenti recuperat quidquid ex ſuo delicto videbatur alteri quæſitū, abſque iure tranſlatiuo, Reg. Rouit. conſ. 3. num. 6. tom. 1. vbi in antecedenti nu. 5. idem in maioria dixit procedere, dūmodo hæc alteri quæſita ſint ex nouo contractu, & ex nouo facto, vt idem Reg. de Ponte d. conſ. 69. num. 24. 25. & 26. proſequitur, quapropter conceſſio facta alicui ob hoſtilitatem alterius, transfert dominiū in conceſſionarium, & ſine eius facto non poteſt ab eo auferri dominium, præcipuè ſi fiat per contractum donationis, tamen probatur per eūdem D. Reg. d. conſ. 136. nu. 60. & ſequen. & eo magis, quando reſtitutio non fuerit facta pro bono pacis, quonam caſu ad alienata per contractum non extenderetur, Camill. de Medic. d. conſ. 71. nu. 50. cętera erint videnda apud eundē Ann. in d. cap. 1. à nu. 123. cum ſeq. de quibus in meo Compendio p. 1. verbo Reſtitutio, quo verò ad exceptionem Pragmaticæ editę Thori hic memoratam confert ſingulare conſil. eiuſdem Reg. de Ponte 65. vol. 2. vbi optimè. Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Ampliatio conceditur de iure Eccleſiæ, & num. 6.*
2 *Ampliatio concedi debet, etiam pro conſtruenda Eccleſia.*
3 *Dominus cogitur vendere pro ampliatione Eccleſia domum ſuam.*
4 *Deciſio, vt non teneatur vendere Dominus domum ſuam pro ampliatione Eccleſiæ, dela-*

*claratur, qualiter procedat, & num. 5.*
7 *Publica vtilitas etiam in ſacris conſiſtit.*
8 *Princeps poteſt ratione publicæ vtilitatis bona alterius donare, reſarciendo damna, an pro iuſto, vel modico pretio, nu. 9.*
10 *Ob publicam vtilitatem, receditur à priuata.*
11 *Tex. in l. nec emere, C. de iure delib. & l. inuitum, C. de contrahen. emptio. declaratur.*
12 *Extenſio fit ex identitate rationis.*
13 *Extenſio tollitur ratione piæ cauſæ.*
14 *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 14. col. fin. verſ. ſecundo expenditur.*
15 *Eleemoſyna præſtari debet neceſſitate vrgente, quæ aliàs non eſſet de præcepto.*
16 *Familia nomen, etiam in vno verificatur.*
17 *Glo. in cap. 2. x. q. 1. declaratur.*
18 *Deciſio S.C. refertur.*

## PRO ILL. OECONOMIS Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Pignatellis.

## ALLEGATIO XVII.

OEconomi Sanctæ Mariæ de Pignatellis cùm indigerent ampliatione, petierunt cogi Ill. Comitem *Synopoli* ad vendendam domum, vel eius partem, f. 1.

Declarant ampliationem pro facienda Sacreſtia, nonnullis Cappellis, & habitatione Clericorum, & velle emere totam domum, vel partem ad electionem Ill. Comitis, f. 3.

Probant, qualiter dicta Cappella fuit ſemper gubernata per duodecim clericos, & officiata vti omnes Eccleſiæ Neapolitanæ, vt per teſtes ſuper 1. 5. & 13. fol. 31. & 569.

Vlteriùs, qualiter tenet neceſſariam ampliationem, tàm pro ſubſtitutione clericorum, quàm quia non adſunt Cappellæ, & cùm adſint cultræ ducat. 8. mil. non adeſt locus vbi reponantur, pro qua ampliatione facienda non adeſt, niſi domus Ill. Comitis, prout per teſtes ſuper 8. 10. & 14.

Vlteriùs probat Eccleſiam eſſe diuitem: nàm habet vltra annuos duc. 600. & quotidiè habet legata, quæ augent introitus per teſtes ſuper 15. & 17.

Adeſt pro corroboratione liſta introituum, aſcendens ad ducatos annuos 609. exitus verò ordinariè pro cultu diuino ſunt annui duc. 529. f. 34.

Et cùm omni anno ſuperſint introitus, debent exigi à Procuratoribus ex reſto per totum Auguſti 78. duc. 1439. fol. 41.

1 Ex quibus credunt Oeconomi Cappellæ prædictæ, quod iuris eſt concedere ampliationem prædictam; quandoquidem ſic eſt cautum per plura iura, vt l. ſi quis ſepulchrum, l. 2. §. ſi vſumfructum, per totum, de relig. & ſumpt. funer. l. locum, de vſufruct. l. 1. C. de commu. ſeru. manumiſſ. cum concord. per quas regu-
2 las communis ſchola eſt, quòd nedum pro amplianda Eccleſia, ſed etiam pro
3 conſtruenda, & cogitur Dominus vendere, Salye. poſt Curt. & alios in l. decernimus, C. de Epiſc. & cler. Bal. & Ang. in l. 1. ſolu. matr. Flor. in dd. l. ſi quis ſepulchrũ, & in l. 2. §. locum, & omiſſo cætu Doctorum, poſtquàm adeſt, qui eos enumerat,
2 noto ſolùm duo: Alterum, quòd ſi teſtator mandat ædificari Eccleſiam in loco communi, ſocius tenetur partem ſuam concedere, Bal. in l. 1. in fi. C. de commu. ſeru. manumiſſ. Imol. in l. ſi in rem, de rei uendic. Iaſ. in l. nec emere, in 2. limitatio.
3 C. de iur. deliber. Alterum eſt, quòd ſi teſtator iubet ædificari in loco proprio, & ille locus non ſufficiat, cogitur vicinus vendere, Fœly. in cap. 1. extra de iudic. & *Sara.* cum alijs cumulatis per Gramm. in dec. 75. Quandoquidem ratio pietatis, & publicæ vtilitatis, ad hoc faciunt not. per Doct. & per Iſer. in c. 1. §. *Demanſo*, nu. 14. de controu. inueſt. in c. 1. §. ſimiliter, nu. 27. de Capit. qui Cur. vend. & alia quæ latè commentatur Couarr. in 3. lib. var. reſolu. n. 27. vbi in verſ. quibus ſanè, ſic ideò fatetur hanc communem opinionem eſſe.

Nec his obſtabit, quòd idem Couarr. loco allegato faciat aliquas diſtinctiones, & credat iura fundantia hanc communem opinionem idem non fundare; nàm rogo aduertatur, quòd Couarr. non dat congruas reſponſiones ad leges, quæ pro iſta opinione adducuntur, nec in iudicando poteſt recedi à communi opinione Doctorum, qui per præfatas regulas, ſic illas intelligendo firmauerunt hanc opinionem communem.

Sed eſt omninò aduertendum, quòd dùm idem Couarr. voluerit per diſtinctionem reſtringere communem opinionem; tandem omninò duo confitetur, quo-



Digitized by Google

quorum Alterum iam aliàs dixerat, & Alterum aduertam pro deciſione huius quæſtionis.

Quod aliàs dixerat eſt, dũ dicit priorem opinionem eſſe communem.

Quod ex mente ſua affirmat eſt, quòd tàm pro conſtruenda, quàm pro ampliãda Eccleſia Iudex cogit vicinum ad vẽdendum, ſi ex hoc parum incommodi datur Domino rei; & ſic ipſe fatetur in hoc caſu communem opinionem, & fatetur tàm in caſu ampliandæ, quàm in caſu conſtruendæ, & ſic recedit à diſtinctione Eccleſiæ Parrochialis ab alijs Eccleſijs, quæ diſtinctio non fit, quando traditur illa communis opinio indefinita; & ſic de omni Eccleſia, de omni loco pro cultu diuino debet intelligi, arg. l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, de fideiuſſ.

Et redeundo ad Couarr. tenet ipſe cõtra communem, quòd in domum admittatur, vt vendat coactè vicinus, ſi parũ damnum datur.

Oſtendam, quòd S.C. ſequutum eſt cõmunem opinionem indiſtinctè, prout eſt videre, fol. 42.

Vlteriùs, quod quandoque ſequutus eſt opinionem hanc æquam Couar. prout eſt videre fol. 45 ibi enim licet pars loci eſſet neceſſaria pro ædificãdo choro, cogitur vicinus vendere: ſed tractando hanc æquam opinionem Couarr. addidit Sacrum Cõſilium, quòd ſi Dominus vult vendere integrum iardenum tenentur Oeconomi emere; & ſic voluit S.C. non dare damnum venditori.

Et Oeconomi huius Eccleſiæ, de qua agitur, non expectauerunt, quòd S.C. cõdemnaret eos ad totam domum capiendam, ſed deſiderantes ſe conformare cũ æquiori opinione, prout notaui ſupra, ipſi obtulerunt integram domum accipere; & ſic à damno, & magno, & paruo voluerunt venditorem immunem.

Vndè non eſt quid diſputandum in hoc negotio, poſtquàm diſputatio aderat, ſi ageremus quid iuris, quando damnum magnum agitur vicini, quale eſt, quando de expropriãnda aliqua domo agitur, vel de vendenda parte rei coactè, ſed quando integra res agitur vendi, nũc eo quod tractatur vendi iuſto pretio, nõ poteſt cadere diſputatio damni magni; & ſic ſumus in opinione Couarr. licet contra communem, cum communis ſit indefinita, & abſque hac diſtinctione.

Nec iſta communis opinio in hoc negotio difficultabitur ex quatuor, quæ adducentur.

Primò, quòd iſta Cappella habeat neceſſitatem.

Secundò, quòd Ill. Comes habet affectionem in domo, eò maximè cùm aliam domum non habeat in hac Ciuitate.

Tertiò, quòd hæc fiant ad inſtantiam Ill. Marchionis Lauri, propter commodum propriæ domus.

4 Quartò, quòd ſic fuerit iudicatum in cauſa Diuæ Sophiæ.

Nàm aduertendum eſt, quòd primum aſſumptum corruit etiam ex depoſitionibus teſtium Ill. Comitis, prout eſt in eis videre fol. 15. ſuper 11. art. qui fatentur locum hunc diuitem.

Secundum aſſumptum nec operatur aliquid de iure, & non verum eſſe, quòd Ill. Comes non habet affectionem in domo, colligitur etiam ex teſtibus examinatis per ipſum Ill. Comitem vniuerſaliter 2. & 3. fol. 15. à ter. & fol. 5. ſuper primo.

Quod Ill. Comes vendidiſſet domum, niſi fuiſſet in differentia ducatorũ quingentorum, prout etiam habetur ex depoſitione Dom. *Fabij Marcheſij, f. 79.*

Ex quo colligitur (quod eſt ſummopere aduertendum) quòd agitur de paruo, vel nullo intereſſe iuris communis, poſtquàm volenti vendere, agitur, quòd vendat pro cultu diuino iuſto pretio.

Circa tertium verò, dùm rectè inſpicitur procedit, vt de ſecundo loquuti ſumus; nàm in primis dico, quòd de iure nil facit: nàm quod principaliter agitur, eſt commoditas neceſſaria loci ſacri, quòd ex hoc poſſit, vel non poſſit ſecundariò aliquod commodum alteri peruenire, hoc non eſt inſpiciendum, ſed aduertendum eſt in hoc; nàm eſt in poteſtate loci ſacri facere aliquã cõmoditatem Ill. Marchioni, quam, vel non faciet, vel habebit pecuniam ab Illuſtr. Marchione, propter hoc, quod adiuuat cauſam, poſtquam eò minus diſpendium eſt Eccleſiæ.

Quod verò dicitur fuiſſe iudicatum, aduerto, quòd ibi hæc tria concurrebãt.

Primò, Cappella illa volebat duas cameras illius domus, & ex hoc deuaſtabatur domus illa valoris ducat. 10. mil.

Secundò, non habebat neceſſitatem de eo, quod petebat.

Ter-

Tertiò, ſi intendebat ampliari, aderat iardenum vacuum contiguũ, in quo commodè ampliatio poterat fieri.

5 Iſtis omnibus conſideratis fuit non admittere, quod petebatur, ſed in caſu noſtro petita fuit integra domus ad electionem Ill. Comitis; & ſic ceſſat prima ratio.

Fuit petitum, tempore, quo erat locus vacuus.

Et adeſt tã magna neceſſitas ampliationis, vt cultræ valoris duc. 8000. non habeant locum vbi reponantur, nec clerici habent locum habitationis.

Et ex penuria Cappellarum, licet adſint decem clerici ſacri: tamen non adeſt locus vbi celebretur.

Et ſi pars fatetur in ſuo articulo f. 13. ater.. iſtum eſſe antiquiſſimum locum, quomodo petietur, quòd omnia loca ſacra, quæ habuerunt initium, poſt hanc habuerunt ampliationem, & locus iſte remaneat ſine ampliatione, & ſine ſpe ampliationis, cùm alibi non adſit.

Præſuppoſita neceſſitate Religionis fauore, tàm pro conſtructione, quàm pro ampliatione, credo, quod res non poterit habere probabilem difficultatem, tàm ex iuris diſpoſitione, & Doctorum auctoritate, quàm ex his, quæ in ſimilibus cauſis deciſa, & obſeruata fuere:
6 De iure enim vt diuini cultus, & honor, ac cura amplietur procedunt conſtructio, & ampliatio, iuxta tex. in l. locum, ff. de vſufruct. & quemad. quis vtã. iuncta l. 2. §. ſi vſumfructum, ff. de relig. & ſump. funer. ibi, & hoc verum fauore Religionis, & in alio loco cùm non eſſet tàm oportunè vbi ſepeliretur, idem in d. l. 2. verſ. ſi vſumfructum, ibi, cùm in alium locum inferri, tàm oportunè non poſſit, & in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt. funer. ibi, Præſes de oportunitate loci proſpiciat, nè vicinus magnum patiatur detrimentum, & in l. 1. C. de commu. ſeru. manumiſſ. ibi, libertatis fauore, & in l. ſi locus. §. cùm via publica, ibi, vicinus proximus viam præſtare debet, ff. quemadm. ſeru. amitt. & ſic quòd ex neceſſitate quis poſſet cogi arbitrio Iudicis, qui conſiderare poſſet, ſi aliundè ampliari poſſet, quod ceſſaret in caſu noſtro, ſi à loco petito non ſequeretur am-
7 pliatio; Imò, quòd non ſolum ex neceſſitate, ſed etiam ex publica vtilitate, quæ conſiſtit in ſacris, iuxta tex: in l. 1. §. huius, verſ. publicum ius, ff. de iuſt. & iure; Quod permittatur dicta ampliatio facit l. item ſi verberatum, ff. de reiuendic. & l. Lucius, ff. de euictio. l. 2. C. ex quib. ca. ſeru. ad liber. perue. & l. venditor, in §. ſi conſtat, ibi, ſatisfaciat Domino, ff. comm. præd. & l. 1. §. ſunt, qui petant, ff. nè quis in
8 flum. pub. in quibus iuribus habetur, quòd Princeps poteſt ratione publicæ vtilitatis reſarcendo damna aliqua donare bona alterius, facit etiam ad hoc tex. in l. lege Cornelia, ff. ad Syllan. not. Bar. in l. fin. §. fin. ff. de pignor. actio. & dif-
9 ferentia inter Doctores eſt, ſi iuſto pretio dato, vel aliquo modico, quia pro iuſto pretio omnes fatentur, licet malè obſeruetur ſecundum glo. in d. l. ſi locus, ff. quemad. ſeru. amitt. in verb. præſtare, ibi, contra tamen obſeruatur, iunctis dictis Andr. in c. 1. §. poſt natale, in fi. de pace tene. refert Affl. in dec. 265. nu. 108.
10 ob publicam enim vtilitatem à priuata recedimus, l. munerum, §. item, ff. de muner. & honor. notatur in Auth. res quæ, C. commu. de leg. & in l. 1. ff. ſol. matrimo. & in proprijs terminis eſt, tex. in l. 2. in §. locum, ff. de relig. & ſumpt. funer. qui allegatur per Couar. in d. c. 14. var. reſol. in fin. lib. 3. Docto. ſimiliter, qui teneat iſtam opinionem allegantur per Couar. in d. c. 14. & in d. deciſ. Gramm. 75. & per Socci. in reg. 335. nu. 8 & ſeq. Nec in hoc erit diſputatio correctoria, ſed limita-
11 toria ad regulam poſitam in l. nec emere, C. de iur. delib. & l. inuitum, C. de con-
12 trah. emptio. Meritò licita eſt extenſio ex idemptitate rationis, arg. l. his ſolis, ibi, ſatis tacitè cautum eſſe putamus, C. de reuoc. donat. Imò ſi eſſemus in cor-
13 rectorijs fauore piæ cauſæ toleraretur etiam extenſio, vt not. per glo. & Bart. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduer. vend. de quo latè per Tiraq. in tracta. de priuil. piæ cau. in 78. priuil. fol. mihi 110.
14 Nec ſimiliter obſtabit id, quòd dicit idẽ Couar. in loco iàm allegato, col. fi. verſ. 2. dùm loquitur, quòd regula noſtra procedit in Eccleſia Parocchiali, ſeù Epiſcopali, quia id procedit, quando peteretur hoc à Iudice inferiore, non autem à Iudice ſuperiore, vel à Principe, vt in caſu noſtro. Nec quòd omnia remittantur arbitrio diſcreti Iudicis examinanda, vt quando viderit nullum, aut parum detrimentum priuato ex hac venditione inferri permittat, alias non: nàm dato, quòd hoc ſit conſiderandum, quod Docto. noſtri non affirmant, cùm ſimpli-



Digitized by Google

citer loquantur in caſu noſtro, nullum adeſt detrimentum couenti, cùm à principio, & ſemper ſit oblata emptio totius, & partis arbitrio ipſius, & Sacri Conſilij, vt ſupra deductum fuit, nec in hoc aliquid facit, quod Ill. Marchio Lauri id procuret, cùm poſſit, & ſciat, vt vnus de familia ad id cogi poſſe neceſſitate exiſtente, per ea, quæ in ſimili dicuntur de eleemoſyna præſtanda exiſtẽ-
15 ti in neceſſitate, quæ aliàs non eſſet ſub præcepto prædicti, arg. cap. Paſce 86. diſtinctione, multa de hoc per Couarr. in loco iàm allegato, nu. 5. verſ. prima concluſio, facit tex. in l. nouiſſimè, ff. quod falſo tuto. *Deciſiones* factæ in ſimilibus cauſis ſunt relatæ à Gugl. de Cun. Flor. & alijs antiquis Docto. de quibus per Couarr. in loco iàm allegato, & in hoc noſtro ſacro Prætorio, per Affli. in procem. Conſtit. in 3. quæſt. in fin. & per Gramm. d. dec. 75. taliter cùm opinio hæc noſtra ſit vndique comprobata ex ſupra allegatis, vt per Couarr. in loco præd. nu. 7. verſ. hoc tamen falſum eſt, & verſ. item communis ſententia, & in fin. ibi, etenim iuſtiſſimè, in praxi admictendam primã opinionem, quæ communis eſt ſecundũ eam erit iudicandum in fauorem maximè Religionis per Religioſiſſimos Dominos Iudicantes, & hæc currenti calamo, licet non neceſſaria, vltra doctiſſimè conſiderata per Dominum Collegam.

Et quod tanquàm vnus de familia poſſit in prædictis experiri in facto, apertè fuit probatum, prædictam Cappellam fuiſſe conſtructam, & fundatam per Ill. familiam de Pignatellis, ac per
16 eandem familiã regi ad præſens. Quod nomen collectiuum familiæ, etiam in vno verificatur, iuxta theoricam Bald. in l. iubemus. §. illud, C. ad Trebel. & ſic tanquam vnus de familia poſſet hoc petere, maximè, quia tendit in euidentiſſimã vtilitatem Eccleſiæ, & cultus diuini. Nec
17 ruit modo, quod glo. dixit in c. 2. x. q. 1. per tex. in l. deteſtatio, ff. de verb. & rer. ſignif. quia ibi ponitur familia pro domeſticis, non autem pro ceppo, ſeù genere, vt in caſu noſtro, in quo etiam ratione pietatis admictitur, per tex. in l. proximè, ff. de his, quæ in teſta. dele. Ac etiam ratione æquitatis, per tex. in l. fin. C. de ſeru. & aqua, ſecundũ Hugo. & alios quos recenſet ibidem Salyc. & Boer. in quæſt. 322. n. 12.

*Die 11. Ianuarij 80. fuit iudicatum, benè prouiſum per S.C.*

## ADDITIO.

HAnc eandem deciſionem refert Præſ. de Franch. dec. 223. in fine, & aliam conſimilem deciſionem adduxit Affl. in Conſt. in prælud. q. 3. n. 15. Reg. Tap. in prag. 3. de monial. nu. 3. Valaſc. dec. Luſit. 12. nu. 2. Marta de iuriſd. par. 4. caſ. 171. nu. 4. quos probaui in meo Compend. par. 1. ver. vicinus, & vltra eos Cabed. deciſ. Luſit. 105. nu. 4. par. 1. Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 90. nu. 13. Imò Domini domorũ cogi poſſunt ad vendẽdum domos agros, & licèt inulti pro noua conſtructione Monaſterij, & Eccleſiarum, vt deciſum retulit Reg. de Ponte de poteſt. Pror. tit. 4. §. 4. n. 19. & Borrell. conſ. 26. num. 18. Carocc. dec. 16. num. 13. Ricc. collect. 75. & dec. 147. par. 1. vbi in ſpecie agit procedere pro ampliatione Cappellæ, de quo ſatis per meum *Dom.* Reg. Valenz. conſ. 18. & quid pro ampliatione Atrij Eccleſiæ, affirmatiuè deciſũ tradit Conſil. Gizzarell. deciſ. 38. vbi adſunt copioſæ Additiones Baldaſſ. ab Angel. Didaci de Mari, ac Ioſeph Mele, & quod ſi locus vendendus eſſet litigioſus, an pro ampliatione Atrij Eccleſiæ vendi poſſit, latè Nouarius nunc Auditor Prouinciæ Capitinatæ, & Comitatus Moliſij in lib. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 26. demũ ſi fuerit adiectum pactum inter donantem, & Eccleſiam donatariam, nè amplius petere aliquid poſſit pro ampliatione Eccleſiæ, an eo non obſtante peti poſſit ampliatio, affirmatiuè deciſum retuli in 2. p. noſtri Compendij, verbo, ampliatio, & de alijs videatur in verbo, vicinus, in vtroque Compendio.

Thoro.

SVM-

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Petitorium abſorbit poſſeſſorium, tàm de iure Canonico, quàm Ciuili, n. 2. Quod aliàs S.C. admiſit, nu. 3.*
4 *Iuriſdictio habet cauſam diſcontinuam.*
5 *Qui habet iuriſdictionem cum titulo, præfertur habenti iuriſdictionem ſine titulo.*
6 *Eccleſia eſt incapax iuriſdictionis, qualiter procedat declaratur nu. 7.*
8 *Poſſeſſio non erit reſtituenda, quando conſtat notoriè de non iure petentis reſtitutionem rei.*
9 *Tex. in cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. in 6. qualiter procedat.*
10 *Monaſterium, etſi iuriſdictionem poſſidere non poſſit, non tamen dicitur incapax, qualiter intelligitur.*
11 *Ius quando aſſiſtit, vel reſiſtit, vt poſſidere quis poſſit feudum.*
12 *Magiſter nundinarum, an etiam iuriſdictionem criminalem exerceat.*
13 *Deciſio S.C. citatur.*

## PRO ILL. PRINCIPE ASCVLI cum Monaſterio Caſſinenſi.

## ALLEGATIO XVIII.

EX ijs, quæ in facto per Dominum Cauſę Commiſſarium plenè relata fuerunt, duo principaliter punctus veniunt diſcutiendi in deciſione huius cauſę. Primus, an poſſeſſorium (vt pars prætendit) an petitorium (ſecundum Principis prætenſionem) hodiè ſit determinandum. Secundum, quiſnàm potiora iura habeat ſiuè in petitorio, ſiuè in poſſeſſorio.

Dùm de primo agimus, fundat pars aduerſa, quòd ſit iudicium poſſeſſorium ſuper verbis concluſionis primi libelli, quæ verè videntur reſpicere merũ poſſeſſorium retinendæ.

At è contra, Princeps prætendit ex infraſcriptis maximis in facto, & in iure veris iudicandum hodiè fore ſuper petitorio: Eſt enim verum in facto, quòd verba aſſertiua libelli reſpiciunt etiam petitorium, dùm allegant titulum legis ex immemorabili poſſeſſione. Verum eſt, quòd in fine libelli adeſt clauſula ordinaria, petit ſuper prædictis ius, & iuſtitiam miniſtrari. Verum eſt, & tertiò in facto, quòd terminus deindè in cauſa fuit datus ſuper petitorio, poſtquã rub. dicit, ſuper iuriſdictione, deindè datur terminus iuris: Verum & quartò, quòd monaſterium articulauit centenariam, & deduxit omnia ea, quæ poſſet in iudicio petitorio adducere.

Ex quibus aſſumptis in facto veris, verior elicitur concluſio de iure: Quòd Iudex nedùm poſſit, verùm etiam debeat
1 ſuper petitorio iudicare, poſtquam petitorium abſorbet poſſeſſorium: Hanc concluſionem antè omnes tradiderunt Canoniſtæ, quales fuerunt Anto. de Bue. poſt Calderi. in c. 2. extra de ordin. cogn. col. 3. verſ. Ioan. Calderi. dicit, Cardina. ibidem, col. 2. verſ. quantum ad illud, Abba. ibid. num. 52. Marian. Socc. ibid. col. 2. verſ. ſecundus effectus, Abb. in c. paſtoralis, nu. 2. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. Fely. in cap. examinata, nu. 16. extra de iudic. & in cap. licet hely. extra de ſimon. n. 42. in 29. limitat. denique Barb. vt cœteros omittam in cap. 1. num. 13. extra de offic. deleg.

2 Hanc concluſionem ſequuti ſunt etiã Ciuiliſtæ, inter quos ſit anteſignandus Aretin. in §. omnium, nu. 8. Inſtit. de actio. & ibi Iaſon nu. 148. idem Iaſo. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 191. ff. de acquir. poſſ. & ibi Ripa nu. 199. verſ. vltimo, dùm dicit: idem Iaſ. in l. petens, n. 6. C. de pact. ac Ioan. in tract. ſuo actionum loci communes, ſub rubr. de acceſſorijs libellorum clauſulis nu. 19 qui eſt mihi in 7. volum. tractat. fol. 197. nec in ea defecerunt Conſulentes, quales fuerunt Alex. conſ. 192. nu. 3. in fin. verſ. ſed poſito, in 2. volu. Corne. conſ. 91. col. 1. verſ. & nõ obſtat prædictis, vol. 4. & in conſ. 8. col. fi. verſ. & inſuper dato, vol. 1. Calcan. in conſil. 75. col. 3. verſ. item debet intelligi, & deniq; Bertran. conſ. 25. col. 1. verſ. quod autem dicit, volu. 3. in antiq. quod deniq;
3 Sacrum Conſilium approbauit, relatore Gram. dec. 15. quorum doctrinæ videantur (rogo) nàm omnes ità clarè ſupradictam concluſionem firmant, vt pro deciſione iſtius cauſæ ſcripta videantur.

Si ſuper petitorio iudicandum erit, proculdubio ſuccumbere debet Monaſterium, poſtquàm Princeps Aſculi repreſentat perſonam Regis in hoc ſtatu, cuius ipſe eſt ſimplex Gubernator ad vitam, & proindè eo ipſo, quod monaſterium non docet de titulo hominis, quẽ

nec

nec adducit,nec allegat,nec de titulo legis,poſtquàm in facto iàm pars fatetur, quod teſtes non deponunt formiter centenariam,quę eſſet neceſsè in hac cauſa, cùm tractetur de præſcribendo iuriſdi-
4 ctionem,quæ habet cauſam diſcontinuã, ex reg.l.hoc iure,§.ductu aquæ,ff.de aqu. quotid.& æſti. ac contra Fiſcum, iuxta diſpoſitionem Conſti. Regni Quadragenalem, omninò vincere debet Illuſ.Princeps.

Si verò poſſeſſorium manutenendæ tantùm iudicandum eſſet (quòd ex prędictis non ſpero) tria (rogo) aduertantur: Primum, quòd licet plures teſtes dicant,quòd Monaſterium ſteterit in hac poſſeſſione eligendi Magiſtrum nundinarum,quo tempore nundinarum exercuerit iuriſdictionem criminalem, tamen quia poſteà dicũt,illud pacificè feciſſe, & Gubernatorem Principis ſiluiſſe,quia ex proceſſibus contrarium apparet,nulla fides ſit danda prædictis teſtibus, & proindè iudicanda ſit hæc cauſa,ac ſi ex neutra partium fuiſſent producti teſtes, poſtquàm ex ſcripturis conſtat contrarium eius, quod deponunt teſtes.

Secũdum,quòd proceſſus adducti per Ill. Principem ſunt longè plures numero, quàm adducti per Monaſterium, ac antiquiores, prout in particulari nota facti demonſtratur, & proindè ex hoc alterum de duobus infertur, vel quod prædicta iuriſdictio tempore nundinarũ ſit penès Magiſtrum nundinarum cumulatiuè,& non priuatiuè, vel quod penes vtrumq; adſit poſſeſſio,& ſucceſſiuè cùm penes Monaſterium ſit abſque titulo, penes Principem adſit iuſtiſſimè, quod applicanda ſit ea regula, quod quando vterq; oſtendit poſſeſſionem cęteris pa-
5 ribus; is qui habet poſſeſſionem cum titulo debet præferri ei,qui habet poſſeſſionem ſine titulo,ex reg. tex. in cap. licet cauſam,extra de probatio.quod per prædictũ tex. firmat Butrig. in l.1. C.vti poſſid.in 3.col.circa med. Iacob.de Aret. ibid.nu.10.Cyn.ibid.nu.16. Bar.in l.naturaliter,§.nihil commune, nu.1. ff.de acquir.poſſ.& in l.ſi duo,nu.4. ff. vti poſſid. Bal.in l.qui accuſare, nu.4. C.de ædend. Bar.conſ.121.vol.1. Alex.conſ.99.num.6. vol.5.Abb.in d.cap.licet cauſam, nu.10. ac omnes Scribent. ibi. qui propriè loquuntur in interdicto vti poſſidetis, ex qua opinione ſic de iure vera, in qua nõ adeſt contradictor: quem viderim ſatis clarè remanet fundata intentio Ill.Principis.

Tertium, & vltimum aduertendum, (rogo) quod dùm Monaſterium tracta hoc interdictum circa iuriſdictionem
6 vniuerſalem,adeſt contra illud præſumptio iuris, ex quo eſt incapax prædictæ iuriſdictionis, & proindè in eo ſuccumbere debet,ſi non docet de titulo, ex regu.tex.in cap.ad decimas,extra de reſt. ſpoliat.in 6.& quæ ibi Io. Andr. Io. Monac.& Domin.de Sancto Gemin. Io.Andr.in addi.ad Specul.in rub. de reſt.ſpol. Felyn.in c.ad petitionem, nu.17. extra de accuſat.Alex.in l.naturaliter,§. nihil commune, ff.de acquir.poſſ.num.24. qui plures cumulant,Abb. in c. ſi diligenti, de præſcript.Capyc.dec.77.ac denique citati per Anto.Gabr. ſub tit.de reſtitu. ſpoliat.concl.1.in 10.limit.& in 13.limitat. & licet contrarium videatur ſentire Bartholom.Brixienſ. prout refert Guid. Pap. dec. 288. tamen aduertendum eſt,
7 quòd magna differẽtia eſt,quod quis habeat præſumptionem iuris tantùm contra ſe,& quod ſit incapax de iure illius, de cuius poſſeſſione agitur.In primo caſu poſſet procedere prædicta opinio, at quando adeſt incapacitas,abſque dubio non poteſt obtinere, prout benè id aduertit Couarr.var.reſol.lib. 1. c.17.nu.6. Anto.Gabr.in d.concl.1.nu.72. qui allegat Affl.in Conſt.Regni, violencias, n.36. qui benè id firmat, ad quod etiam facit id,quod Doct.communiter dicunt,quòd
8 quando conſtat notoriè de non iure petentis reſtitutionem poſſeſsionis, licet probauerit poſſeſſionem, non eſt ei reſtituenda poſſeſſio, quam opinionem firmauit Innoc.in cap.conſtitutus, extra de filijs præsbytero. ac omnes alij cumulati per Anto.Gabr.in d.concl.1. in 12.limit. num.94. ad quem me remitto, nè tranſcriptor videar, quomodo enim poteſt clarius conſtare de non iure partis, quàm per incapacitatem ipſius?

9 Pars,quæ videt tex.in cap.ad decimas, Monaſterium penitùs excludere, vult pręſupponere, quòd licet Monaſterium nõ poſſit poſſidere iuriſdictionem abſq; titulo, non tamen ex hoc dicatur inca-
10 pax ipſius, & proindè non procedat prædicta reg.tex.in cap.ad decimas, ſed erunt applicandi termini tex.in cap.in literis,de reſtit.ſpoliat. Aduerſus quod motiuum duæ dantur reſponſiones. Prima eſt, quòd aliquando ius aſſiſtit, exem-

Digitized by Google

exemplum in laicis, ac omnibus alijs ha-
11 bilibus, qui non poſſunt poſſidere feu-
dum, ſiuè iuriſdictionem, ſine titulo, ſunt
tamen incapaces ipſius, & in hoc caſu
procederet motiuum partis. Aliquando
reſiſtit ius, vt puta, muto, ſurdo, clerico,
qui ſunt penitùs incapaces feudi, & tunc
procedit reg. tex. in cap. ad decimas.
Quòd autem Eccleſia, ſiuè Monaſteriũ ſit
incapax, id benè probatur per quatuor
iura feudalia ſatis vulgata, v3. in cap. 1.
de mil. vaſſal. qui arm. bellic. depoſ. in
cap. fina. de feud. fęmin. in cap. qui cleri-
cus, ſi de feu. defun. mili. & in cap. 1. an
mutus, vel aliàs imperfect. per quæ iura
id iudicauit Sacrum Conſilium, relatore
Affl. dec. 230. Quæ eò faciliùs procedent
12 in hac cauſa: quo monaſterium fatetur
non habere, niſi iuriſdictionem ciuilem
in toto ſtatu, vndè quomodo Magiſter
Nundinarum, qui ab eo eligitur, poſſit
habere prædictam iuriſdictionem crimi-
nalem, & ſic plus delegatus, quàm dele-
gans, vtique non video, cùm nemo plus
iuris in alium transferre poteſt, quàm
ipſe habet, ex vulgata iuris regula, nemo
poteſt plus iuris, &c.

Sed eſto, quod haberet iuriſdictionem criminalem Magiſter Nundinarum, Arbitror illam exerceri non poſſe, niſi in loco nundinarum, cùm ipſe habeat iuriſdictionem nundinarum, quæ non ſunt in toto ſtatu, & tamen verum eſt in facto, quòd prædictæ terræ ſunt inter ſe diuiſę, ac ſeparatæ, vt in particulari nota facti demonſtratum fuit.

Illud tandem non omittam dicere, in quo extremam manum imponam, quòd ſi Monaſterium haberet ex conceſſione particulari hanc iuriſdictionem criminalem tempore nundinarum, eam perdidiſſe ex eius abuſu iudicandum eſſet omninò; ſi vera eſt illa regula, quòd abutens priuilegio illud amittit, quãdoquidem prædictus Magiſter Nundinarũ electus à Monaſterio infra triduum capit informationes contra inquiſitos de quibuſcunque, vel atrociſſimis delictis, infra triduum dat eis defenſiones, ac denique infra triduum expedit cauſas: & non quidem puniendo, vel condemnãdo, ſed omnes ad pecuniariam compoſitionem admittendo, quod quàm iniuſtum, ac indecens omnibus, ac præſertim perſonis Eccleſiaſticis ſit, iudicent Ampliſſimi Senatores, quorum religio, ac doctrina ſuppleat ea, in quibus ego ſic currenti calamo in beneficium Regij Fiſci ſcribens defeci, quæ maiora, ac digniora ſupradictis fore non dubito.

Horatius Theodorus.

13 *Die 6. Martij 70. fuit votatum in fauorem Monaſterij in poſſeſſorio, ex quo re uera fuit intentatum poſſeſſorium tantum, in quo benè fundauit eius intentionẽ, & hoc in cauſa Ill. Principis Aſculi, cum Monaſterio Caſſinenſi.*

## ADDITIO.

HIS enim erit addẽdũ pro cõuento, an poſſeſſorium, vel petitorium, & poſſeſſoriũ cẽſeri debeat eſſe intẽtatũ, ſi in libello fuerit dictum de ſpolio, & concluſum de reſtitutione rei, & certè deciſum apparet apud Affl. deciſ. 77. nu. 7. Vbi Vrſil. nu. 10. poſſeſſorium fuiſſe intentatum, & conſimilem deciſionem ibi Vrſill. notauit, quam ſequuti ſunt Medic. deciſ. Ancon. 22. nu. 4. Cornaz. dec. 69. nu. 5. quos probaui in meo Compendio par. 1. verbo poſſeſſorium, etenim ad hoc vt iudiciũ poſſit dici poſſeſſorium, neceſsè erit, quòd concluſum fuerit in petitione, vel ad reſtitutionem, vel immiſſionem, vel manutentionem, ſic etiam deciſum tradit Seraphin. dec. 1440. nu. 3. ſic ſtante poſſeſſionis manutentione probata, adhuc non videtur remediũ poſſeſſorium per petitorium abſorbitum, poſtquàm poſſeſſorium retinendæ, & petitorium ſimul non concurrunt, l. ordinarij, C. de rei vendic. Camill. de Medic. conſ. 17. nu. 22. Conſil. Theodor. alleg. 85. nu. 8. ex Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 4. nu. 521. quod ſecus eſt in interdicto adipiſcẽdæ, vel recuperandæ, Borgn. dec. 17. nu. 16. par. 5. & non mirum ſi poſſeſſorium retinendæ prius intentatum, quod petitorium erit prius expediendum, Rota in nouiſſimis dec. 97. n. 2. par. 2. ex quo nunquàm poſſeſſorium ſuſpendat petitorium, quando in eodem iudicio ab vno intentaretur petitorium, & ab alio poſſeſſorium retinendæ, vt eadem Rota in nouiſſimis de-

Digitized by Google

deciſion.349.par.1.nu.2. vbi num.3. id limitat non procedere, quando ab eodem intentaretur poſſeſſorium, & petitorium, adhuc tamen quando ab vno poſſeſſorium, & ab altero petitorium fuerit intentatum, poterit ſuper vtroque pronunciari; & ſi ſecus fieret non diceretur nullitas, ſed benè grauamen ſufficiens ad obtinendum reſtitutionem, Cęſ.de Graſſ.dec.103. nu.10.& 11. adeo quod vbi vigore reſcripti tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio ſimul, & ſemel terminari mandaretur, poterit pro vna parte in poſſeſſorio pronunciari,& pro altera in petitorio, Seraph.dec.575.num.1. ſed cùm non fuerit hoc mandatum,& eſſet in dubio,ſi fuiſſet petitorium,aut poſſeſſorium intentatum,prout in caſu hic relato, facilè concludendum eſſet prius de poſſeſſorio agnoſcendũ eſſe, ex quò poſſeſſorium retinendæ, cùm ſummarijſſimum dicatur iudicium,Rota in nouiſſimis dec.96. n.2. par. 1. & poſſeſſorium ſummarijſſimum tantùm durat,quantum ipſa lis, vt deciſum teſtatur Seraph.dec.1295 num. 2.& ideò introductum fuit, nè quis ſua poſſeſſione turbetur, idem in dec.299. nu.3. & proponi debet antè litis conteſtationem,Medic.conſil. 154.num.1. & diceretur intentatum per clauſulas ſalutares, Borgn. deciſ. Fiuizan. 23. num. 43. & 44. par. 2. vndè benè poſſeſſorium de iure prius erit terminandum, probat Cardi. Caualer.deciſ.Rom.185.nu.2. dec.474. nu.2.& dec.507.num.1.quo verò ad incapacitatem, vel capacitatẽ iuriſdictionis Monaſterio competentis,iuxta diſpoſitionem cap.decimas, de reſtit. ſpol. in 6.optimè Marta in voto 185. num.43. cenſuit, eius diſpoſitionem procedere in ſpiritualibus,non autem in feudalibus, & iuriſdictionalibus, quæ poſſunt poſſideri,& præſcribi, & huic,conuenit deciſ.Romana Paleotti inter nouiſſ. lib.3.dec.713. nu.3. vbi per diſpoſitionem d.c.decimas,excludit laicos,vti incapaces iuris ſpiritualitatis, ex ijs iuſtificatur deciſiô præſentis cauſæ. Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Regalia an præſcribantur, & ea quæ ſunt reſeruata Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
2 *Præſcriptio pro veritate habetur.*
3 *Qui tanto tempore vſus eſt iuriſdictione, habet intentionem fundatam, licet non habeat titulum.*
4 *Conſuetudo tanti temporis, dat iuriſdictionem.*
5 *Poteſtas creandi Notarios, quanto tempore præſcribatur.*
6 *Priuilegium, & præſcriptio æquiparantur.*
7 *Tituli allegatio non eſt neceſſaria, vbi adeſſet longæua præſcriptio.*
8 *Poteſtas creandi magiſtratus, eſt de regalibus.*
9 *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus ſuis.*
10 *Ius ex præſcriptione quæſitum, tolli non poteſt.*
11 *Præſcriptio non interrumpitur per actus contrarios.*
12 *Præſcriptio immemorabilis dicitur, cùm principium ab hominibus ignoretur.*
13 *Probatio facta per teſtes comprobantes ſcripturas, præualere debet.*
14 *Teſtis vnicus contra producentem probat ſemiplenè.*
15 *Maior numerus teſtium examinatorum, facit præſumi, quod melius dicant veritatem.*
16 *Teſtes amici, an ſint admittendi.*
17 *Teſtes timore inducti ad teſtimonium, an probent.*
18 *Deciſio quæſtionis.*

PRO FIDELISS. CIVITATE CAIETAE contra Magnificum Ludouicum de Barientos.

Omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ nominibus inuocatis.

## ALLEGATIO XIX.

IN cauſa Fideliſſimæ Ciuitatis Caietæ cum Magnif.Ludouico de Barientos ſuper

per electione Capitaneorum ad bellum in Caſtello nouo,& molis, ac ſuburbijs Ciuitatis eiuſdem, manifeſta eſt ipſius Ciuitatis Iuſtitia; poſtquam & per ſcripturas, etiam Regia authoritate roboratas, & per quamplures teſtes probatũ eſt à tempore, quo memoria hominum in contrarium non exiſtit per Magnific. Iudices, & Regimen ipſius fuiſſe dictos Capitaneos electos liberè ad votum ipſorum, abſq; eo, quod data fuerit aliqua liſta Præfectis belli, qui pro temporibus in ea deputati fuerunt per Reges Sereniſſimos huius Regni, & ſignanter per Maieſtatem Cæſaream,& Catholicum, & Inuictiſſimum Regem Philippum Dominum noſtrum,& cùm dictæ Ciuitati ſit quæſitum ius creandi Capitaneos in dictis locis liberè, & vt dixi ex præſcriptione temporis immemorabilis, vana eſt dicti Magnif. Ludouici prætenſio:
3 Nam hoc tempore præſcribuntur Regalia,& ea etiam, quæ reſeruata ſunt Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, cap. ſuper quibuſdam,§.præterea,vbi eſt bona glo. in verbo,memoria,de verb.ſignif. glo.in ver.Regum,in cap.innouamus, de cenſib.cap.1.in fin.de præſcript. in 6. l.1. §.fin.vbi glo.in verb.quamdiu, ff.de aqu. pluu. arc. habet enim vim conſtituti, & priuilegij,l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff.de aqu.quotid.& æſtiu. & talis præſcriptio
2 pro veritate habetur,glo.in l.1.C.de ſeruit.& aqu.Bal.in cap. cùm cauſam,col.3. de probat. & qui tanto tempore vſus eſt iuriſdictione habet intentionem fundatam,licet non habeat titulum, Ang. in d.§.ductus aquę,Crauet.conſ.101.ſpectabilis Iureconſultus Natta conſil. 456. quantum ex narratis nu. 13. volum.2. & conſ.523.ſcripſi alias vol.3.Iacob.Philip. Portius conſ.87. cum ſæpius,Auguſtinus Berous conſ.15. an Prior generalis, vbi loquitur etiam de præſcriptione ſpiritualium,vol.1. conſ.67. in cauſa quam nu.18.eod. vol. conſ.115. viſo quodam inſtrumento nu.24.& 25. vbi loquitur de præſcriptione libertatis aduerſus iuriſdictionem,& imperiũ.d.vol. & conſ.136. in cauſa viæ vicinalis, vbi de eadem re
4 loquitur, vol.3. Item quia conſuetudo tanti temporis dat iuriſdictionem, glo. in verbo,nec ipſa lex in l.& quia, ff. de iuriſdict.omn.Iudi. Archid. in cap.experientia,cauſ.10.q 1.Innocent.in cap.cùm ab Eccleſiarum,de offic.ordinar.Domin.
5 de Rota dec.2.alias 416. ſub tit.de præſcript.Iaſon in l.Imperium, ff. de iuriſdi. omn.Iudic.col.11.& Afflic.in tit.quæ ſint regal. in verbo poteſtas conſtituendi
5 Magiſtratus,nu.27. Item tanto tempore prǫſcribitur poteſtas creandi Notarios, quod non poteſt fieri niſi per Papam, & Imperatorem,vel Regem, Innocent. in cum P.Tabellio,de fid.inſtrum.Oldr.conſil.75. qui poſſit creare Notarium, Andr. in cap.Imperialem,§.callidis,ver. Scriba,de prohib.feud.alien.per Fridericum, & in tit.quæ ſint regal. in d.verbo, poteſtas conſtituendi Magiſtratus,& ibi Aff. nu.59.& in d.cap.Imperialem,in deciſio. octauo notab. nu.48. vbi etiam per Capyc.in verbo,Scriba,6.concluſione, item quod potuerit per ipſam Fideliſſimam Ciuitatem Caietæ præſcribi creatio,ſiue conſtitutio Capitanei ad bellum in dictis locis facit; quia per priuilegium poteſt concedi, ergò per dictam immemorabilem præſcriptionem acquiri pri-
6 uilegium,& præſcriptio idem dicta æquiperantur,d.c.ſuper quibuſdam, §.præterea,& d.l.hoc iure,§.ductus aquæ,vbi id firmat Bart.& idem Bart.in l.1.in fi.ff.de aqu.pluu.arc. & in dicta præſcriptione
7 lex fingit titulum, in tantum, quod eſt communis opinio, quòd non ſit neceſſaria tituli allegatio,vt concludit Crauet. contra Alex.Fel. & Curt.Iun.in tract.de antiq.tempor.4. p.11.quæſt.nu.49. f.185. & ſic fundata eſt intentio dictæ Ciuitatis, quod creatio, & electio Capitaneorum ad bellũ in dictis locis ad Magnif. Iudices,& Regimen ipſius ſpectat,& Ma. Ludouicus de Barientos non debet in eorum electione ſe intromictere.

Reſtat modò tollere motiua dicti Magnif.de Barientos,& primò dicitur,quod ipſi non poteſt competere aliquod ius, quod ſibi detur liſta nobilium mercatorum,& populorum, vt eligat tres deputandos in dictis locis Capitaneos ad bellum,quia ipſe illos crearet, quod facere non poteſt, cùm id non fuerit ſibi à Do-
8 mino noſtro Rege demandatum: nam poteſtas creandi Magiſtratus eſt de Regalibus,vt in dicto titulo,quæ ſunt regal. & nulli niſi Regi competit, vel ei cui Rex,vel conſuetudo præſcripta conceſſit,vt ſuperiùs dixi: & quatenus ipſe diceret,quòd ſi non explicitè, ſaltim implicitè mandata ſit ei dicta creatio Capitaneorum ad bellũ in locis prædictis, poſtquam ſua commiſſio habet relationem ad commiſſionem Ill.Comitis Altamiræ,

miræ,quaſi quod relatum ſit in referente,cum omnibus qualitatibus ſuis,iuxta regulam l. Aſſe toto, & l. illa inſtitutio, ff.de hæred.inſtit.cum vulgaribus,reſpõdetur, quod ad finem, vt dicta ſua prętendentia procederet, oporteret oſtendere, quod in commiſſione dicti Ill.Comitis talis poteſtas extaret, ſed cùm nõ ſit oſtenſum,quòd in commiſſione Illuſt. Comitis iam dicti poteſtas ipſa adſit inanis reſultat ipſius prætenſio. Non obſtat motiuum, quod facit de depoſitionibus aſſertorum quinque teſtium, ad inſtantiam eius examinatorum, duo ex dictis teſtibus Ioannes Gattula, & Vincentius de Vaſta deponunt de vno actu facto tempore Ill.Comitis Altamiræ,qui
9 actus quando eſſet verus, prout non eſt, nihil opicularetur dicto de Barientos,cũ deponant poſt perfectam præſcriptionẽ immemorabilem, & proinde non potuit
10 tollere ius ex præſcriptione quæſitum, Specul.in tit.de præſcript.§.1. verſ.quid
11 ſi poſt completam, vbi vult per actus contrarios non interrumpi completam præſcriptionem, arg.l.ſi vnus,§.ſed ſi pactum,ff.de pact.& l.1.§.ſi ff. de itin.actuq. priu.idem voluit Abb. in c. auditis, vlti. not.de præſcri.& cum prædictis aſſertur dictũ Bal.in l.de quibus, ff.de leg.col.12. verſ.tertio quęritur,vbi inquit,quòd vbi conſuetudo eſt iam præſcripta,actus cõtrarius nihil operatur,ſed per ſtatutum iam eſt probatum,quòd antè annũ 1356. creatio dictorum Capitaneorũ ad bellũ in dictis locis, fuit facta per Iudices, & Regimen dictæ Ciuitatis, liberè ſine eo, quòd Præfectus belli in ea ſe intromictteret, vt tunc temporis erat Præfectus huiuſmodi in Ciuitate, cùm in eo caueatur, quod ſit annalis, & obſeruet Statuta,ſiuè Capitula edita, & edenda per Ciuitatem ipſam, & finito anno ſtet in ſyndicatu, & quantum antè dictum Statutum fuerit dicta creatio facta neſcitur, & iſta eſt verè præſcriptio imme-
12 morabilis, cùm principium ab hominibus ignoretur, vt firmat Oldr. conſ.254. in tit.de præſcriptio. & prædictus actus eſſet factus poſt annum 1553. & ſic poſt completam præſcriptionem, & eodem modo tolluntur dicta aliorum trium teſtium,ad inſtantiam Magnif. de Barientos examinatorum, qui deponunt, quòd fuit obſeruatum, prout ipſe prætendit tempore Ill.Comitis,& ſic quando eorũ depoſitiones eſſent veræ,nihil opicularẽtur ipſi contra Fideliſſimam Ciuitatem, ſed dictæ depoſitiones ſunt falſę, quorũ falſitas ex pluribus colligitur; Primò, dùm dicti tres teſtes dicunt, ſic fuiſſe obſeruatum ſemper, tempore etiam dicti Magnif.de Barientos, nàm in memoriali porrecto per eum Ill.& Exc.Domino Proregi, & in ſuis articulis dicit contrarium,dùm prætendit modò creationẽ dictorum Officialium ſpectare ad ipſum, quia ſic obſeruatum tempore Comitis Altamiræ. Secundò, non ſunt veri omnes, cùm per ſcripturas præſentatas de creatione, & electione prædictorum Capitaneorum ad bellum in eis locis, tàm tempore Comitis, quàm ſuo apparet de electione libera abſque eo, quòd data fuerit liſta dicto q. Ill. Comiti, & dicto Magnif.de Barientos. Tertiò, quia ſextus teſtis ipſius,v3. Mag.Angelus Squacquara Vir nobilis,qui noluit mentiri id dicit. Quartò, quia per fidem Notarij apparet,qui teſtatur, quòd perquiſitis libris dictæ Ciuitatis,in quibus ſcribuntur concluſiones, ſeù deliberationes Iudicum,& Regiminis,quod conſilium appellatur,& vulgò dictas concluſiones liberantias vocant, non inuenit fuiſſe datas liſtas hominum dictæ Ciuitatis,prout nouiſſimè Magnif. de Barrientos prętendit ad finem creandi Capitaneos ad bellum in dictis locis. Quintò,quia infiniti teſtes examinati ad inſtantiam Ciuitatis,dicunt,creationem factam iuxta ſcripturas, & cùm teſtes tot deponant per ſcripturas,dicta probatio Ciuitatis præualere debet,iuxta notata in l. cùm precibus, C.de probat. l.optimam, C.de contrah.& committend.ſtipul. in c.cùm Ioannes,de fide inſtrum.& in cap. tertio loco,de probat.ſiuè quia ſumus in caſu,
13 in quo requiritur ſcriptura,cùm tractetur de electione, 11. diſtinct. §.aliud, & cap.ſeq.43,diſtin.cap.4. & cap. vota Ciuium,& cap. quia propter, & cap. innotuit,de elect. & vnicus teſtis partis contra eum deponens, ſi non eſt approbatũ
14 dictum,ſed tantùm perſona probat cõtra producentem ſemiplenè, Bal.in l.in bonę fidei,col.2.C.de reb.credit. Iaſon in l.admonendi,col.54.ff de iureiurand. ſiuè
15 quia maior numerus teſtium examinatorum pro ipſa Ciuitatę facit pręſumi, quòd melius dicant veritatem, Specula. in tit.de teſt.§. 1.verſ.quid ſi omnes,glo. in cap.ſi teſtes, cauſ.4.q.3.cap.in noſtra, vbi glo.& Doctor.extra de teſt. Afflict. dec.

Digitized by Google

dec. 363. maximè cùm teſtes Ciuitatis
ſint digniores, cùm non ſint repulſati per
teſtes dicti Magnif. de Barientos, & ſic
præferendi, repulſa ipſorum ſtringit cùm
16 ſint eius valdè amici, vt probatum eſt,
& ſic non admittendi in teſtes, Speculat.
in tit. de teſt. §. 1. verſ. amicus, Felin. in
cap. 1. & in cap. quotiens, de teſtib. Iaſ. in
l. admonendi, nu. 12. ff. de iureiur. Ripa
reſpon. 3. nu. 6. de ſponſal. Item depoſitio-
17 nes prædictas alij fecerunt timore, nè
filij, & gener priuarentur officijs, quæ
apud eum gerunt, & ſtipendijs, alij nè
ipſi ſtipendijs priuarentur, vt oſtenſum
eſt in facto. & proindè eorum teſtimo-
nium reprobatur, Bal. in l. eos, C. de teſt.
Aufrer. in tract. de reprob. teſtium, n. 9. &
Felin in cap. quoniã contra falſam, n. 49.
de prob. & cùm ex tot cumulatis nedum
dicti teſtes Magnif. de Barientos repel
lendi ſint à teſtimonio, ſed ſuſpecti red-
duntur corruit in totum eorum dictum.
Oldr. conſ. 37. Alex. conſ. 70. & conſ. 133.
vol. 1. conſ. 169. vol. 2. Affl. in Conſtit. eos
qui ſcienter, & dec. 189. Vnde in aliquo
eis credi non debet, non etiam procedit
motiuum dicti Aduerſarij, quod ad ipſũ
ſpectare debeat electio, ex quo nullum
habet intereſſe, & abſque exceptione
perſonarum eligeret magis idoneos,
quia verificatum eſt, quod ipſe habet in-
tereſſe voluntatis, vt faceret ſuos ſequa-
ces, pro quibus ipſe interceſſit, vt crea-
rentur, & non fuerunt creati à Ciuitate,
quia minus idonei, & quoniam habet in-
tereſſe dominandi; Imò probatum eſt
magis expedire pro Regio ſeruitio,
quod fiat electio per Iudices, & Regimẽ,
etiam quia nullum ſucceſſit ſiniſtrum
per tot annos.

Non obſtat quod prætendit, quòd niſi
ab ipſo creentur, eſſent acephali, quoniã
ex articulis ſuis tollitur obiectum, cùm
articulauerit, quod poſtquam ſunt electi
per Iudices, & conſilium ei denunciant
eorum electionem offerentes, ſeparatos
eius mandatis obedire in concernenti-
bus eorum officium, & ſic habent ipſum
vt caput, & cùm ex prędictis ſint ſublata
omnia, quæ per dictum Magnif. Ludoui-
cum de Barientos prætenduntur, rema-
net firma concluſio, quòd Ciuitas Fide-
liſſima debeat abſolui ab indebita mo-
leſtatione ipſius. L. Ant. Petriconus.

18 *Iudicatum pro Ciuitate, quod nominet, & Capitaneus Præſidy informet Proregẽ, & Prorex prouideat.*

ADDITIO.

NOn eſt dubium, quin Magiſtratuũ
creatio ſit de regalibus, c. 1. verſ.
poteſtas, quæ ſint regal. Capyc. in ſua
inueſt. feu. rubr. feud. clauſ. verſ. & no
ſtri fiſci, quod poſſit creare Capita-
neos, Reg. de Pon. conſ. 137. n. 5. vol. 2
non tamen veniunt in cõceſſione ge-
nerali, probant Reg. Lanar. conſ. 34.
nu. 1. Reg. de Pon. conſ. 74. nu. 3. & 4.
to. 2. niſi in ſpecie nominentur Reg.
de Curt. in diuer. iur. feu. §. multoties
nu. 44. nã requiritur ſpecialis expreſ-
ſio, Pereg. de iur. fiſ. lib. 1. tit. 2. nu. 75.
vbi in præcedenti nu. 74. cenſuit etiã
conceſſo Caſtro non tranſire quæ sũt
merè regalia, præſertim creare Magi-
ſtratus, Tabelliones, & reliqua, quam-
quam de generali forma priuilegio-
rum, veluti concernentia vtile domi-
nium Baronis concernentia veniunt,
Frec. de ſubfe. lib. 3. §. ſecunda formu-
la nu. 28. fol. 395. ſimiliter nec in ge-
rali diſpoſitione teſtatoris, præſertim
officia veniunt, Franc. de Amic. in c. j.
de ijs qui feud. dar. poſſ. §. natura rei
fol. 61. etenim regalia Principum pro
pria ſunt, & horum incapaces ſunt pri
uati, Peregr. d. lib. 1. tit. 1. nu. 9. adhuc
tamen ipſa regalia præſcribi poſsũt in
loco per tẽpus immemorabile, probat
idem Peregr. d. lib. 1. tit. 2. n. 64. præſer
tim in nominatione officialiũ, de quo
hic agitur, aut creatione illorum ſub-
intellecta in cõceſſione facta eligẽti,
prout in officio Bidelli Almi Colle-
gij, cuius creatio ad Magnũ Cancel-
larium ſpectare deciſum tradit Præſ.
de Frãch. dec. 165. Capibl. in prag. 5.
de Baron. nu. 29. & 84. Iac. Gall. cõſ.
124. dixi in meo Comp. par. 1. verb. of
ficium, ſed hoc credo procedere tem-
pore pacis, quoniã tẽpore belli ad Re-
gem pertinet creare Capitaneos ad
guerram, iux. vulga. deciſ. Capyc. 27.
eundem ſequitur Campag. in cap. Ca
ſtellanos n. 51. & in cap. Illuſtri n. 27.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum primum per ſecundum reuocatur, & qualiter procedat, nu. 2.*
3 *Clauſula in mandato non animo reuocandi primum, notatur.*
4 *Mandatum ad exigendum dicitur ſingulare, nõ ſpeciale.*
5 *Exceptio nullitatis ex defectu mandati quandocomque poteſt opponi.*
6 *Simulatio ex coniecturis probatur.*
7 *Simulationis ſuſpitio arguitur ex coniunctione.*
8 *Simulatio dolum arguit ex taciturnitate.*
9 *Simulatio arguitur per locum à veriſimili.*
10 *Simulatio arguitur ex clauſula inſolita.*
11 *Simulatio arguitur ex nimia cautela.*
12 *Simulatio arguitur ex actu clandeſtino.*
13 *Principis creditur aſſertioni de facto tertij. Et maximè quando non ageretur de eius vtilitate, nu. 14.*
15 *Aſſertio Principis de facto alieno, an probet, vel transferat onus probandi in aduerſariũ.*
16 *Actor niſi damnum paſſum demonſtrauerit agere prohibetur.*
17 *Fideiuſſor indemnitatis ante excuſſum principalem, an conueniri poſſit.*
18 *Iudicium ſuſcipere an teneatur indemnitatem promittens.*
19 *Promiſſio indemnitatis an ſi fuerit conditionalis, vel pura, operetur, vt fideiuſſor teneatur.*
20 *Promittens indemnitatem ad quid teneatur.*
21 *Ablatiuus abſolutus conditionem importat.*
22 *Donatum non cenſetur deficiente conditione.*
23 *Conditione pendente agi non poteſt.*
24 *Creditor conditionalis an proprie creditor ſit.*
25 *Obligatus nõ dicitur qui tenetur ſub conditione.*
26 *Debitum conditionale non eſt debitum.*
27 *Cauſa finalis ex proemio deſumitur.*
28 *Stipulatio pœnalis interpoſita ſuper matrimonio contrahendo, vti contra bonos mores eſt nulla*
29 *Matrimonia debent eſſe libera à promiſſionibus conuentionalibus.*
30 *Promiſſio nulla, nec iuramento firmatur.*
31 *Pecunia ſoluta ob turpem cauſam repetitur.*
32 *Cui damus actionem, multo magis exceptionem*
33 *Apoca facta eodem die, quo promiſſio facta fuit cenſetur eius contemplatione facta.*
34 *Promiſſio facta ob turpem cauſam, ſiue præterita ſiue futura nulla eſt & nu. 37.*
35 *Tex. in l. ſi plagij ff. de ver. obl. qualiter procedat*
36 *Tex. in l. 2. & 3. ff. de cõd. ob turp. cau. parificat dictam conditionem futuram, & præteritã.*
38 *Donatio excedens ſummam, ſine inſinuatione nulla eſt.*
39 *Iuramentum nõ ſupplet defectum inſinuationis*
40 *Iuramentum non operatur, dum non habet confirmabile.*
41 *Immiſſio in animo conſiſtit.*
42 *Quæ dependant ab animo, facti ſunt.*
43 *Immiſſio debet probari. & quæ requirantur in tali probatione, remiſſiuè, num. 44.*
45 *Creditores agẽdo probare debent illum eſſe patris hæredem.*
46 *Dominium non tranſit in hæredem, niſi adita hæreditate.*
47 *Hæreditas prius adita, videtur deinde ceſſa.*
48 *Impugnans ceſſionem, ea vti non poteſt.*
49 *Functiones fiſcales ſi non ſunt in dominio, an veniant in generali obligatione.*
50 *Sigilla habent vim ſubſcriptionis.*
51 *Sigillum plus operatur, quam ſubſcriptio.*
52 *Conſenſus arguitur ex ſigillo.*
52 *Scriptura confirmata, cenſetur ineſſe in confirmante.*
53 *Lex interpetrata cenſetur repetita.*
54 *Confirmatio ſi aliud nõ habeat quid confirmare, quam confirmationem, contractus in literis contentus ad illam referri debet.*
55 *Pluralitas contractuum, & obligationum non præſumitur.*
56 *Tex. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. quãdo ceſſet.*
57 *Teſtimonium duorum ſuper veritate contenta in apoca ſufficit etiam contra tertium.*
58 *Inſtrumentum eſt ſufficiens probatio.*
59 *Inſtrumentum exemplatũ ab alio Notario, qui illud non fecerat abſque iudiciaria auctoritate, an valeat.*
60 *Senatui Sacro Romano fidem facienti credendum erit.*
61 *Inſtrumentum ſumptum ex actis, plenè probat.*
62 *Scriptura reperta in actis publicis, licet nõ habeat teſtium ſubſcriptionem creditur.*
63 *Conſuetudo loci attendi debet.*
64 *Locus vbi ſcriptura confecta eſt, attenditur, licet alibi præſentetur.*
65 *Deciſio quæſtionis refertur.*

PRO ILL. MARCO, ET IOANNE FVgeris, contra Magn. Emilium Maluetiũ.

## ALLEGATIO XX.

MAgnif. Franciſcus Bonauentura prætendit ex triplici capite, Ill. Dominos Marcum, & Ioannem Fugeros abſolui debere ab impetitione Magnif. Emilij Maluetij.

Primò, quia proceſſus cũ eo inſtructus fuit, & eſt nullus ex defectu mandati.

Secundò, quia prætenſum creditum Magn. Emilij fuit, & eſt ſimulatum, ineſficax, & nullum, ex pluribus cauſis.

Tertiò, quia functiones fiſcales, ſupra quibus egit iure aſſiſtendi, non probat, fuiſſe

fuiſſe vnquã in dominio Ill.quon.D.Hieronymi Fugeri prẽſi debitoris,& quando eſſent,illas exijſſe ab eius dominio lõgè ante prætenſum creditum dicti Emilij in anno 66.

Quoad primum eſt verum in facto, ipſum Magnif. Bonauenturam fuiſſe conſtitutũ procuratorem à dictis Dominis Fugeris in anno 1564. ad exigendum dictas functiones fiſcales,cum clauſula ad comparendum in iudicio,& defendendũ, & deinde alienatis dictis functionibus Ill. Chriſtophoro Fugero in anno 1565. fuiſſe illas denuò emptas in anno 1576. quo tempore nouum mandatum fecerũt in perſonam dicti Magnif. Bonauenturæ ad exigendum dumtaxat dictas functiones ab vniuerſitatibus,detrahendo clauſulas illas,ad comparendum in iudicio, & defendendum,&c.Quo caſu per hoc ſecundum mandatum in eadem perſona
1 factum,Primum anni 64. eſt penitus reuocatum, vt voluit originaliter glo.in in l. ſi quis cum procuratori §. Iulianus ff.de procur.per text.in l.qui mutuam §. nõ video, vbi hoc idem firmauit ff.mãd. Spec.in tit.de procur. §.ratione autem formæ,quem refert, & ſequitur Bal. in d.§.Iulianus, quod procedere dixit ibid.
2 Alber.col.1.quando in ſecundo mãdato aliquid eſt additum,vel detractum, arg. tex.in l.pacta ff.de contrah.empt. quam diſtinctionem ſequuntur ibid. Angel. & Paul.de Caſt.col. 1. verſ.vltimo nota, & Fulg.col.2.in glo.1.vbi dicit, hinc fuiſſe proditam illam clauſulam,quæ apponitur in ſecundo mandato,ſcilicet,non ani
3 mo reuocandi primum,vndè cùm in hoc vltimo fuerint detractæ clauſulæ illæ,ad comparendum in iudicio , & defendendum,&c. Remanet procurator ſolùm ad exigendum dictas functiones ; quo caſu mandatum prædictum nedum ſpeciale eſſe dicitur ad exigendum, ſed ſingulare
4 quia in eo ſit ſingularis,& indiuidua expreſſio ad exigendum has functiones debitas per tales vniuerſitates Regni,Bar. quem cæteri ſequũtur in l. filiusfamilias ff.de don. ac explicat eleganter Alex.in cõſ.189.col.2.verſ.quartò probatur vol. 7. quod mandatum ſingulare ad vnum negocium, non extenditur ad lites.cap. conſtitutus ext.de procur.

Hinc dictus Magn.Bonauentura ab initio,medio,& fine huius litis proteſtatus extitit ſecũ tãquam perſona illegitima procedi nõ potuiſſe, quæ nullitas ex de-
5 fectu mãdati proueniẽs ad inualidandũ proceſſum,quandocũq; opponi poteſt,l. licet,vbi Bar.C.de procur.cap.in noſtra in fi.eo.tit. & de ea poſſe opponi vſq; ad mille annos,tradit Bal.in l.2. C.ſi ex falſ. inſtr.ſequitur Alex.conſ.191.col.2.vol.6. Dec.conſ.215.col.1.ex quibus apertiſſimè liquet , proceſſum cum eo compilatum,fuiſſe ipſo iure nullum.

Quoad ſecundum,dico Primò,prætẽſum creditum non verũ, ſed ſimulatũ ex
6 cauſis infra dicendis;quæ quidem ſimulatio,cũ ſit difficilis probationis,& occultè fiat,directò probari nõ põt,ſed ex cõiecturis,l.dolum C.de dol.gl in l.apud Celſum in princ.ff.de excep.& in c.2.in prin.de renunc.in 6.ideo afferuntur quãplurimæ cõiecturæ violenter; quarũ prima eſt,ꝙ literarum cãbij duc.22.mil.maior pars ſit ad beneficium Magn. Caroli Maluetij fratris Emilij,& Alexãdri Bucchi,ambo eius confidentiſſimi, quia in apocis ſecretò confectis aliorũ ſcut. 32 mil.hi ſolùm tãquam intrinſeci interue-
7 niunt,vndè rõne coniunctionis, arguitur ſuſpicio ſimulationis, l. data iã pridem C.de don.l.pen.in prin.ff.de bon.lib. Secundò,quia,hi,in quorũ faciẽ literę cambij dictant,ſi verè fuiſſent creditores, veriſimiliter ab anno 1566.hucuſq; cõparuiſſent,& petijſſent eorũ creditũ, vndè ex tanti tẽporis taciturnitate præſumi-
8 tur,illas ſimulatè confectas,ita ex taciturnitate dolũ arguit tex.in l. quæritur §.ſi venditor ff.de edil. edi. & per locũ à
9 veriſimili ſimulatio deprehenditur, vt conſuluit Dec.conſ.644.col.1.in fi.Aym. conſ.100.nu.5.Tertiò,quia in eodẽ inſtrumento voluerunt,ꝙ dictus Hieronymus renũciaret exceptioni præſcriptionis an
10 nalis ſtatutariæ; qua cauebatur,literas cãbij vltra annũ peti nõ poſſe;vndè ſicut ex clauſula inſolita, ſimulatio arguitur, gl. Bar.& Ang.in l.ſi quis ſub conditione
11 ff.de cond.inſt.ita etiã ex nimia cautela, Bal.& Saly.in l. emptione C. plus. val. ꝙ ag.Bal.in l.rogaſti §.ſi tibi col.3.ff.ſi cer. pet. Quartò,apparet manifeſtè ſimulatio,quia ſi Emilius interuenerat in literis cãbij, & ſe ſubſcripſerat , vti fideiuſſor, ꝙ patet ex promiſſione indẽnitatis non debebat has cautelas exquirere , & clauſulas, quę prodeſſent creditoribus, & ſibi vti fideiuſſori nocerẽt;ſed quia ſuppoſuerat perſonas creditorũ,propterea ſibi cauit,ꝙ nõ obſtãte pſcriptione ſtatutaria, D. Hieronymus adhuc eſſet obli-



Digitized by Google

gatus. Quintò, quia fit clādeſtinè, etiam
12 in domo eiuſdem Emilij, quo caſu ſimiliter ſimulatio, & fraus deprehenditur, argu. tex. in l. fi. ff. de rit. nupt. l. non exiſtimo ff de admin. tut. conſuluit in propoſito Dec. conſ. 236. colu. 2. verſ. 4 de præſumpt. Sextò, in eodem inſtrumento liberat dictum Hieronymum ab omnibus alijs cautelis, & ſcripturis per illum in eius beneficium cōfectis per manus diuerſorum Notariorum. Quo caſu pluralitas inſtrumentorum, & ſcripturarū, quas extorquebat ab eo, eò magis faciunt, illum præſumi ſimulatum. Septimò, aſſertę literę cambij non apparent, ſed tantum dicto inſtrumento ſimulatè deſcribuntur, nec vnquā per creditores fuerūt proteſtatæ, nec præſentatę. Deniq; factū hoc tàm in Italia, quàm extra eſt adeo notorium, quod omnibus innoteſcit; qua de re, hæ omnes ſcripturæ fuerunt à Hieronymo extortæ machinationibus Emilij, ac prædictorum Caroli, & Alexandri, qui hunc iuuenem adeò illaqueauerant, vt nedum ad conficiendū dictum inſtrumentum, & alia quāplura induxerunt, ſed annuam prouiſionem 15. mil florenorum Rhenenſiū ſibi à fratribus conſtitutam in cōmodum Emilij, eiuſq; domus diſſiparet, ita teſtatur proceſſus criminalis adhuc pendens in deciſis in Curia Romana, ac expreſsè fatentur Imperator Maximinianus, & Rodulfus, ac Rex noſter Catholicus. Quorum
13 dictis credēdum eſt etiā emanatis ſuper facto tertij; poſtquā aſſerūt ſe de tali facto eſſe informatos, ita declarat Imol. in clem. de prob. Ang. conſ. 368. col. 1. Soc. conſ. 266. col. 11. verſ. confirmatur vol. 2. Corn. cōſ. 312. col. 5. 1. vol. & vbi Princeps
14 atteſtatur de facto alterius, in quo non agitur de ſua vtilitate, plus creditur ei, quā Notario, ità And. in c. 1. verſ. ſed nū quit ſtabitur, qui ſucceſ. ten. quē refert, & ſequitur Dec. conſ. 445. nu. 17. & ſaltèm negari nō poteſt, quin aſſertio Principis de facto alieno non geſto coram eo, nō inducat præſumptionē, licet non plenam
15 probationē, itaut trāsferatur onus probandi in aduerſariū, Ang. in d. conſ. 368. col. 1. Socc. in d. conſ. 266 col. 11. verſ. ſed tamen, Alex. conſ. 15. col. 2. 5. vol.

Secundò dico, prætenſum creditū eſſe inefficax; etenim in inſtrumento dicti aſſerti crediti duc. 60. mil. pro ſumma duc. 22. mil. ſunt literæ cābij confectæ in beneficium diuerſarū perſonarum, quibus Hieronymus obligauit ſe ſoluere, & qā in aliquibus ex eis apparebat ſubſcriptio Emilij; ideò promiſit indēnem ſeruare, ex qua indēnitatis ꝓmiſſione, dictus Emilius agere nō poterat, niſi ſe dānum
16 paſſum demōſtrauerit, vt colligere licet ex theorica Bar. & aliorū in l. fi. ff. ſi cert. pet. & in l. quæro ff. loc. dū tradunt; fideiuſſorē indēnitatis ante excuſsū princi
17 pale conueniri non poſſe, ex quo infert Bar. in l. pater in princ. ff. de dot. prælег.
18 eū, qui indēnitatē promittit, teneri iudiciū ſuſcipere; ergo ante ad id, ꝙ intereſt, conueniri non pōt, vt in ſpecie dixit Bal. in l. 1. C. de conu. fiſ. deb. lib. 10. & probat tex. in l. ſed & ſi dānum alias incip. pecu.
19 §. fi. verſ. ſed ſi pro ſeruo ff. de pecul. ſiue talis promiſſio intelligatur conditionalis, ſiuè pura, quoad exequutionē tamen ſuſpēſa, vt optimè explicat Alex. *cōſ. 29.* col 8 verſ. & hanc opinionē *vol. 7. vbi* tra
20 didit, promittentē indēnitatem ad aliud condēnari non poſſe, niſi ad ſeruandū indēnem, & ſi plus, vel aliud ab eo petatur, debere abſolui; ſequuntur Dec. conſ. 551 col. 3. verſ. circa ſecundū dubium, Pariſ. conſ 16. n. 124. cū duob. ſeq. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 94. nu. 16. cū ſeq. lib. 3. & cū promiſſio indēnitatis ſit ſtricti iuris, quicquid in ea re, loco, & tēpore omittitur, habetur pro omiſſo, Socc. conſ. 70. nu. 5. vol. 3.

Eſt ēt inefficax quoad ſummam ſcut. 38. mil. promiſſorū, partim Magn. Emilio & partim Magn. Portiæ eius filiæ; Nam promiſſiones prædictæ fuerunt conditionaliter factæ, vt ſ. ſequuta concordia inter ipſum Hieronymū, & fratres, de hæreditate paterna, per menſem poſtea, & ſic ꝑ
21 ablatiuū abſolutum, qui cōditionē inducit, l. à teſtatore ff. de cond. & demonſt l. euictis agris ff. de vſur. & alibi dicitur ſortiri effectū donationē prædictā, ſequu
22 ta concordia antedictā, vndè deficiente conditione, perinde eſt, ac ſi nunquā fuiſſet donatū, l. ſi quis fundū ff. de contrah. empt. l. neceſſario §. ꝙ ſi pendente ff. de peric. & comod. rei vend. l. ſub *cōditione*
23 ff. de ſolu. ideo pēdente conditione ex ea agi non pōt, l. ſi pupilli §. videamus ff. de neg. geſt. l. bouem §. ſub conditione ff. de
24 edil. edi. & creditor conditionalis nō eſt propriè creditor, vt poſt Iac. Butr. & Alb. tenuerūt omnes in l. 1. ff. ſi cert. pet. Nam
25 qui tenetur ſub conditione non dicitur eſſe obligatus, l. ſi quis ſub conditione
26 ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. & debitū conditionale non eſt debitū, l. in ſtipulatione

&l.

Digitized by Google

& l.plerumq; ff.de iur.dot.vnde cum con-
ditio prædicta nunquam fuerit verifica-
ta, clariſſimè liquet ex cauſa prædicta
nullam actionem competere.

Tertiò dico, promiſſiones prędictas ip
ſo iure nullas, fuerunt namq; dictæ quan-
titates ſcut, 38, mil. *Magnif.* Emilio pro-
miſſæ, videlicet. Scuti 20. mil. & 18. mil.
*Magnif.* Portiæ, ob eam. ſ. cauſam, quia
dictus Emilius eodem die, mediante apo-
ca eius manu ſubſcripta, & duorum te-
ſtium ſubſcriptione munita abſoluerat
dictum Ill. Hieronymum ab obligatione
27 quadam, vt colligitur ex prohęmio di-
ctæ promiſſionis, quę cauſam finalem di-
ctæ promiſſionis oſtendit, vt voluerunt
Bar. & Bal. Angel. & Imol. in l.fi. per illum
tex. ff. de hær. inſt. huiuſmodi autem cauſa
promiſſionis turpitudinem in ſe cōtinet
ex parte recipientis promiſſionem, cum
matrimonia debeant eſſe libera; & ideò
28 ſtipulatio pęnalis interpoſita ſuper ma-
trimonio contrahendo, tanquam contra
bonos mores, eſt ipſo iure nulla, l. Titia.
ff. de verb. oblig. cap. gemma de ſponſal.
idem eſt quando ad matrimonium diſſol-
29 uendum; quia libera eſſe debet à promiſ
ſionibus cōuētionalibus, l.ſi ita ſtipulatio
facta fuerit ff. de verb. obl. glo. magiſt. in
d.l. Titia in prin. Are. col. 2. in. 3. not. Imol.
col. 1. verſ. itē nota, & Iaſ. col. 2. in. 4. not.
vnde Alber in d.l. Titia 1. col. verſ. ſecūdū
exemplum, dicit non valere hanc promiſ
ſionem de aliquid dando ex cauſa repu-
diationis, vel diſceſſus à matrimonio. &
in tantum huiuſmodi promiſſio nulla eſt,
quia contra bonos mores, vt nec iura-
30 mento firmetur, ſecundùm Bar. in d.l. Ti-
tia, & ſequitur Iaſ. colum. 2. per Reg. cap.
non eſt obligatorium de reg. iur. in 6. Ex
hoc infertur, quod cum promiſſio facta
fuerit ob id, quod Emilius gratis facere
tenebatur, dicitur promiſſio ob turpem
31 cauſam, & ideò ſi pecunia fuiſſet ſoluta,
competeret conditio ad repetendum. l.
2. & fi. ff. de cond. ob turp. cau. ergo multò
magis competere debet exceptio, quia
cui damus actionem; multò magis exce-
32 ptionem. l. inuitus §. cui damus. ff. de re-
gul. iur. Nec prædictis obſtare videtur, ſi
fortè ex aduerſo dicatur, prædicta pro-
cedere ex promiſſione facta ex cauſa de
futuro, ſecus autem, ſi de præterito, pro-
ut eſt in caſu noſtro; quia promiſſio facta
fuit per D. Hieronymum ex cauſa libe-
rationis iam factæ per Magnif. Emilium
ab obligationibus cōtrahendi matrimo-
nium; nam reſpondetur, quod cum poſt
apocam liberationis in cōtinenti ſequu-
33 ta fuerit apoca promiſſionis, quia eodē
die, vtraque facta fuit, cenſetur prædicta
liberatio facta intuitu promiſſionis, & è
contra, ita Bald. in l. petens, quem refert
Dec. ibi in 2. notab. C. de pact. & Corn. in
conſ. vlt. col. j. verb. & ideo vol. 1.

Præterea, cū promiſſio facta fuerit ob
34 turpem cauſam, ſiue præteritam, ſiue fu-
turam, nulla eſt ipſo iure, l.ſi Plagij ff. de
verb. obl. & ibi ita tenet gloſ. Dyn. Bart.
Alber. Ang. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. & in
l. generaliter, vbi etiam Iacob. de Are. ff.
eo. tit. quamuis Petrus, & Cyn. tenuerint,
quod non ſit nulla ipſo iure, ſed quod va-
leat ab initio, licet ſit inefficax, quia opę
exceptionis eliditur, quorū opinio, quan-
do vera eſſet, adhuc in caſu noſtro habe-
remus intentum, quia ſufficit, quod con-
uenti excludant actorem exceptionis
ope, & licet tex. in d.l.ſi plagij loquatur
35 in promiſſione ex cauſa plagij facti, vel
faciendi, & ſic ex cauſa delicti; nihilomi-
nus locum habet in quacumque promiſ-
ſione facta ob turpem cauſam, ſiue futu-
36 ram, ſiue præteritam, quia tex. in l. 2. & 3.
ff. de cōd. ob turp. cauſ. parificat iſta duo
quoad turpitudinem, ex qua ſit promiſ-
ſio; ita Aret. in d.l.ſi plagij col. fin. propte
rea DD. omnes cōmuniter ſummāt illum
tex. q promiſſio facta ob turpem cauſā,
37 ſiue præteritā, ſiue futurā, nulla eſt, facit
tex. in l.ſi vnus §. illud, & ſeq. ff. de pact. &
l. pacta, quæ contra C. eod. ex quibus cō-
cludit, promiſſionem prædictam eſſe ip-
ſo iure nullam, vel ſaltē ope exceptionis.

Ex præmiſſis manifeſtè apparet, pro-
miſſionē prædictam non poſſe dici dona-
tionem, cū alias Dominus Hieronymus
fuiſſet donaturus, ſi non fuiſſet ab obliga-
tione cōtrahendi matrimoniū liberatus,
quæ ſi fuiſſet donatio, prout verè non fuit
fuiſſet nulla ex defectu inſinuationis, cui
renunciatum non apparet cum iuramen-
38 to; vndè cum excedat ſummam à lege
præfinitam abſq; inſinuatione nulla eſt;
l. ſancimus C. de dona. l. illud, vbi Bald. &
Paul. de Caſt. C. de ſacroſ. eccl. affirmant.
omiſſionem inſinuationis annullare do-
nationem, etiam ad pias cauſas factam.
39 nec iuramentum ſupplet defectum inſi-
nuationis, vt voluerunt Gulielm. de Cun.
Albe. & Bar. in d.l. illud verſ. quinto quæ-
ro, & in conſ. 113. & 115. vol. 1. quia iura-
40 mentum nil poteſt operari hoc caſu, ex
quo non reperit confirmabile. vt conſu-

luit Feder.de Sen.cõſ.281.ſequitur Rom-
in l. Modeſtinus ff. de don. & in conſ. 12.
Curt.Sen.optimè explicat in conſ.66.col.
pen.verſ.& ſi dicatur,& cõſ.ſequen.Barb.
conſ.16.col.13.verſ.& ſi quiſquiam dixe-
rit vol. 2.vbi dicit,hanc opinionem com-
munem Ant.de Canar. in tract. inſinuat.
q.33.nu.50.in 2.par.Tiraq.in repet.l.ſi vn
quam in præf.nu.153 C.de reuoc.donat.
vbi adducit pro ea plura fundamenta,
& dicit,quod ſecũdum eam, ſi caſus eue
niret,ſemper conſuleret,& iudicaret hãc
etiam vti veriorem, poſt alios multos
per eum relatos, ſequitur Pet. Duen.in
tract.regularum verb.donatio regul.224.

Quoad tertium principale dubium
dico, has functiones fiſcales,ſuper qui-
bus actum fuit lure aſſiſtendi, nunquàm
fuiſſe in bonis illius Hieronymi Fugeri
prætenſi debitoris, licet enim fuerit in
teſtamento paterno inſtitutus hæres,nul
41 libi tamen probatum apparet ipſum
ſe hæreditati paternę immiſcuiſſe, cuius
immiſtio,cum in animo cõſiſtat,l.pro hæ
rede,& l.gerit ff.de acquir.hæred.proba-
42 ri debet, quia ea, quæ ab animo depen-
dent,facti ſunt, l.bonæ fidei ff.de acquir.
rer. dom. Ratio eſt,quia propter benefi-
cium abſtinendi filius reputatur extra-
43 neus,& ideò probari debet immiſtio, vt
latè poſt gloſ.not.Bart.in l. neceſſarijs ff.
de acquir.hæred.& quod requiratur pro-
44 batio, quod ſe immiſcuerit, tenet Ioan.
Fab.poſt Bart. & alios in l. 1. C. ſi minor
ſe ab hæred.abſtin. & proinde creditores
45 agendo probare debẽt, illum eſſe patris
hæredem, vt explicat eleganter Alexan.
conſ.183. in princ.6. vol. vndè cum pars
nullo modo Hieronymum paternæ hære
ditati ſe immiſcuiſſe probauerit,non po
teſt dici dominium bonorum hæredita-
riorum, & ſic dictarum functionum in
46 eum fuiſſe translatum, poſtquam domi-
nium non tranſit in hæredem, niſi adita
hæreditate,vulg. l. à Titio ff. de fur.Nec
poterit ſe tueri ex ſucceſſione paternæ
hæreditatis facta per eundem Hierony-
mum in beneficium eius fratrum, & ſic vi
47 detur prius hæreditatem adijſſe,& dein-
de cedere,ex reg.text. in l.ſi auia C. de
Iu.do. quia pars, vt infra demonſtrabo,
eam ceſſionem impugnauit, & adhuc im
48 pugnat; vndè ex ea ſe iuuare non poteſt,
cap.ex eo de regul.iur.in 6.Nam quando
ceſſio prædicta non erit impugnata,om-
nis penitus ceſſat difficultas in hac cau-
ſa.

Præterea tempore aſſerti crediti anni
1566.dictæ functiones non erãt in bonis
49 dicti quon.Hieronymi aſſerti debitoris
ſed ab eius dominio exierant,& ſic non
veniunt in obligationem generalem, l. ſi
debitori C. de priuil. fi. ſiquidem per an-
nos quatuor ante,videlicet in anno 1562
dictus Hieronymus mediantibus literis
eius propriæ manus ſubſcriptis, eiusq;
ſigillo, & aliorum duorum teſtium omni
exceptione maiorum ſigillis roboratis,
eius quartam partem ceſſerat ad benefi
cium dictorum dominorum *Marci*, Ioan
nis,& Iacobi eius fratrum, data ſibi an-
nua prouiſione florenorum 15.mil.& alijs
centũ mille eius filijs naſcituris,eximen-
do ſe ab omnibus oneribus hæreditarijs
quæ ſigilla habent vim ſubſcriptionis, vt
50 per Dec.in cap,tertio loco in princ.poſt
Felyn.ext.de prob.immò ſigillũ plus ope-
51 rari videtur,quam ſubſcriptio,vt tradit
Purp.in l.admonendi fol.26. circ,fin.poſt
Paul.de Caſt.ff.de Iure iuran.vbi col.28.
52 poſt med.dicit,quod vbi eſt ſigillum,non
requiritur alia probatio per teſtes,quia
ex ſigillo conſenſus arguitur,l.2. C.de
reb.alien.non alien Bar.in l.quæ dotis in
fin.vbi Alex.col.fin.ff.ſolut.matr. vnde
cum his literis adſit nedum ſubſcriptio,
& ſigillum Hieronymi,ſed ſigilla aliorum
duorum teſtium maximæ authoritatis,
procul dubio probant renunciationem,
& ceſſionem prædictam eo tempore anni
62.quo in eis cõtinetur,confectas fuiſſe,
nec dicatur,illas nõ eſſe verificatas,quia
ſatis,ſuperq; verificatæ apparent,tum
ex ſigillis prædictis, tum ex inſtrumento
illis annexo, ex quo conſtat,D Hierony-
mum in præſentia Notarij,& teſtium iu-
ramentũ pro confirmatione præfatæ re-
nunciationis corporaliter præſtitiſſe, &
paria ſunt, inſtrumentum illis annexum,
vel illas fuiſſe in inſtrumento inſer-
tas, quia quando vna ſcriptura reſpicit
aliam,prout eſt, quãdo illam confirmat,
52 vnica cenſetur ſcriptura, & ſcriptura
cõfirmata cenſetur ineſſe in confirman-
te,vt conſuluit Paul.de Caſt.in conſ.162.
viſis,& ponderatis omnibus col. 1.lib.2.
53 ſicut etiam dicimus, quod dicta in l.
interpretata,cẽſetur repetita in l.inter-
petrante §.ſi verò de filijs ant. inſtr. dot.
nat.l.nihil ff.de coniun. cum emanc. lib.
prout poſt Paul.de Caſt.in d.conſ. tradi-
dit Aym.in conſ.135.nu.15. faciunt not.
per Rip.in l.ait prętor §.ſi Iudex in 1.not.
ff.de re.iud.& cum confirmatio non ha-
beat

54 beat aliud quid confirmare, quam confirmationem, ſeu contractum in dictis literis contentum, ad illum referri debet, arg. l. 2. ff. de lib. & poſth. is, qui dicit aliũ contractum fuiſſe confirmatum, probare 55 debet, quia pluralitas contractuum, & obligationum non præſumitur, Fel. in cap. auditis nu. 44. de præſcr. Aym. conſ. 73. nu. 38. vol. 1. & ex hoc ceſſat alia obiectio, quod cum ſit priuata ſcriptura, potuerit dies preferri, vndè non debet præ-56 iudicare tertio habenti publicum inſtrumentum, per l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab. quia cum priuata ſcriptura ſit cõfirmata per publicum inſtrumentum, ceſſat diſpoſitio d. l. ſcripturas; nam ſi teſtimonium duorum ſuper veritate nego-57 tij geſti, & contenti in apoca, ſufficeret etiam contra tertium, vt per Bar. & Ang. in d. l. ſcripturas, & Socc. in conſ. 274. col. 3. verſ. circa primum, & colu. 4. in fi. verſ. poſtremo non omitto, & Aym. de antiq. temp. in 1. par. ſeptimò quæritur etiam in hac materia nu. 58. non minus, imò for-58 tius ſufficere debet inſtrumentum, arg. l. in exercendis C. de fid. inſtr. nec obſtat id, quod pars prætendit, dictum inſtru-59 mentum nullam fidem facere, cum fuerit exemplatum authoritate abſque iudiciaria, & à lingua germanica, in latinum tranſlatum per alium Notarium, qui illud non confecit, l. procurator C. de eden. & l. 2. de fid. inſtr. auth. ſi quis in aliquo, ſecundum vnum intellectum, glo. ibid. quem ſequitur Guliel. de Cun. C. de edend. & tradunt pro reg. DD. in auth. ſi quis in aliquo, nam reſpondetur, dictum exẽplum fuiſſe exẽplatum ab actis actitatis in forma authentica; & probante, penès quem dictæ literæ compoſitionis, & renunciationis, ac inſtrumentum confirmatorium, vtraque parte præſente coram Prætore, & iudicio Ciuitatis Auguſtæ productæ, ac productum fuit, & partibus ipſis, itaut iuris ordo, & cõſuetudo illius Ciuitatis poſtulat, ſufficienter auditis, præuia diligẽti cauſæ cognitione, iudiciali decreto omnia confirmata fuerunt, prout Senatus Sacri Romani 60 Imperij de his omnibus fidem facit, cui credendum eſt, cum ſint omnes Præfecti, Conſules, & Senatores, qui hoc teſtãtur, vt per gloſ. communiter receptam in cap. cum à nobis in verb. vnius extra de teſtib. & ſic cum exemplum hoc, de quo 61 agitur, ſumptum fuerit ex actis, plenè pbat, iux. not. per Bar. in l. chirographis ff. de admin. tuto. Bar. & Bal. in l. fi. C. de fid. inſtr. Ant. & Alex in d. auth. ſi quis in aliquo, Iac. in l. 2. ff. de fid. inſtr. Guid. Pap. notab. q. 471. qui dicit, quod copia inſtrumenti producti poterit extrahi ex proceſſu, & extracta fidem faciet; nam cre-62 ditur ſcripturæ, quæ inuenitur in actis publicis, licet non habeat teſtium ſubſcriptionem, glo. in cap. quoniam contra in verb. duos viros, vbi Abb. & cæteri extra de prob. Prædictis accedit, quod prædicta compoſitio, & renunciatio à quon. Imperatore Maximiliano Secundo ad ipſius D. Hieronymi Fugeri inſtantiã, & certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis approbata, & confirmata fuit, prout ex eiſdem actis apparere, Idem Senatus teſtatur. Inſuper ſi ad requiſitionem Dominorum Marci, & Ioannis Fugeri fratrum rogantium Senatum, vt ad veritatem rei geſtæ propagandam ac ſtabiliendam, actis prius diligenter perluſtratis ſuper tenore dictæ compoſitionis, & renunciationis, documentum fide dignum ſibi communicare vellet, eã forma, qua productum eſt, tradidit, & illi fidem faciunt, dictam renunciationem, & inſtrumentum ei adnexum eſſe in optima eius forma, & auth. præſertim ſecundum conſuetudinem, & ſtylum illius regionis. Quis credere poſſit illa non eſſe authenticum? quin potius credendum ſit exemplum hoc fuiſſe, & eſſe ſolemniter extractum, iuxta loci illius 63 conſuetudinem, quæ attendi debet, l. ſi non ſpeciali, & l. fi. C. de teſt. Bart. in l. cunctos populos in 7. quæſt. C. de Sum. Trin. bonus tex. in l. ſi fundus ff. de euict. Bal. in conſ. 179. inſtrumentum lib. 3. Iaſ. in l. ius autem ciuile colu. fi. de iuſt. & iur. col. 3. Guid. Pap. q. 262. & habetur latè per Afflict. in Conſt. inſtrumentorum robur. in 9. quæſt. quæ conſuetudo, & ſtylus habent locum vbicumque ſcripturæ 64 predictæ fuerint præſentatæ; nam circa fidem inſpicitur locus, vbi confecta eſt, licet alibi producatur, l. ſi fundus ff. de euict. tradidit Bar. in l. 1. 7. quæſt. in prin. C. de Sum. Trin. & fid. cath. latè Aymon. conſ. 275. in princ. vol. 2.

Poſtremò ex alio, dictæ functiones tẽpore prætenſi crediti anni 66. exierant à dominio dicti Hieronymi; ex quo Dominus Antonius Fugerus communis pater in teſtamento, & demum in codicillis facultatem dedit dictis Dominis Marco, & Ioanni maioribus natu, vt de ſuis facultaeulta.

cultatibus, quodq; eis optimũ, & honeſtiſsimũ videretur, ſiñ eorum conſuetudinem, & beneplacitũ poteſtatẽ haberent, & in codicillis dicitur, quod eſſent etiã exequutores teſtamentarij; vndè vigore huius facultatis paternæ in anno 65. dicti Dominus Marcus, & Ioannes alienarunt omnes dictas functiones Ill. Domino Chriſtophoro Fugero, eorum patruo pro ſcutis 111. mil. liberè, & abſque pacto de retrouendendo; ac deinde dum poſſediſſet illas Chriſtophorus ab anno 1565. vſque ad annum 76. per annos 11. etiam mediantibus prouiſionibus Regiæ Cameræ. Denuò in anno 76. ex nouo cõtractu emptionis illas emerũt dicti Marcus, & Ioannes de eorum propria pecunia à dicto Chriſtophoro pro dictis ſcutis 111. mil. & ex hoc nouo titulo illas poſſederunt, & poſsident vigore prouiſionum Reg. Cameræ. Ex quibus liquet ex hoc alio capite, dictas functiones in anno 66. exijſſe à dominio dicti Hieronymi, & ſucceſsiuè tempore obligationis in ea non venire.

Ex quibus omnibus patet, omnia acta cum Magnif. Bonauentura eſſe nulla ex defectu mandati, aſſertum creditum Magnif. Maluetij ſimulatum, conditionale, nullum, & ob turpem cauſam, tum etiam ex defectu inſinuationis, & aſsiſtẽtiam petitam non competere, cum deficiat vnum ex extremis requiſitis, ſcilicet quod fuerint in bonis prætenſi debitoris, tum quia & ſi fuiſſent in bonis, non tamen veniſſent ſub generali hypoteca obſtante prohibitione paterna.

Io. Paulus Recupito.
Fabius Marcheſius.

*Die 27. Octobris 1578. Referente Domino 65 de Franchis; fuit votata cauſa in fauorem conuentorum, quia introitus non fuerunt in bonis Hieronymi tempore ceſſionis factæ in anno 1562. nec poſt; item quia ſententia non afficiebant tertios poſſeſſores; item quia inſtrumentum fuit viſum ineſſicax.*

## ADDITIO.

De hac eadem deciſione ſatius loquitur Preſ. de Franch. deciſ. 177. vt ibi erit videre, ſed benè in caſu remiſſionis petitæ per ipſos Fucarios, quamquam hæc omnia fuerunt ponderata, quæ hic enucleari videntur, atque deciſa, de qua in meo Compen. par. 1. verb. remiſſio, licet poſtea fuiſſet cauſa principalis deciſa, vt ſupra patet, ideo ante omnia erit intuẽdum, an procurator conſtitutus ad exigendum tantum, in iudicio poſſit cõparere, & ſi non fuiſſet hoc expreſſè dictum, quemadmodum in procuratore conſtituto ad negotia, etiam ſi nulla mentio facta eſſet de iudiciis, poterit in illis comparere, probat Reg. Rouit. in rubr. de procurator. num. 42. & quid ſi ad exigendum fuerit conſtitutus, poterit conueniri nomine ſui principalis, negatiuè deciſum fuiſſe per S. C. retuli in 2. par. noſtri Compend. verb. procurator abſentiæ, quo vero ad ſimulationis præſumptionem, erit videndus Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 122. latè Farinac. in tract. de falſit. & ſimul. contract. q. 162. à num. 154. cum ſeq. Reg. Lanar. conſ. 79. circa reliqua concernentia materiam aſſiſtẽtiæ, num erit neceſſarium probare dominiũ debitoris, vel ſufficiat probare fuiſſe rem in bonis, vel de bonis illius, copioſè agit Reg. Rouit. in pragm. 1. de aſſiſtentia à nu. 8. cum ſeq. & poſt eum latiſſimè Horat. Barbat. in ſuo tract. de reſtitu. interd. ſeù de aſſiſtent. præſtand. gloſ. 11. per tot. & hoc particulariter exigit hypoteca ſpecialis, quod tempore obligationis res ſit in bonis debitoris, latius Statil. Pacific. in tract. de Saluian. interd. inſpect. 3. q. 3 num. 6. 11. & 17. & pro coronide ſatis ad propoſitum illud idem erit notandum, quod tradit Surd. deciſ. Mantuæ 163. num. 2. & 4. quod hypoteca extincta per alienationem factam a debitore cum cõſenſu creditoris, non reuiuiſcit, ſi res de nouo redeat ad debitorem.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Aetas minor quicquid credit ignorat,*
2 *Teſtes deponentes ad defenſionem, ad excludendum.*

*dum delictum plus probant, & præualent.*

3 *Teſtes de proprio intereſſe deponentes non probant.*

4 *Cauſa propria quando dicatur.*

5 *Socius qui comitatur aliquem ad faciendam rapinam, ſi raptor multa rapuit, quæ etiam rapuiſſet, ſi ille comitatus non fuiſſet, in nihilo tenetur.*

6 *Principalis nedum tenetur de eo, quod ipſe fecit, ſed de eo, quod fecit eius comitiua.*

7 *Caporalis qui non fuit, tenetur de eo, qui fecit tantum, & ſi nihil rapuerit, ad nihilum tenetur.*

8 *Caporalis quiſnam dicatur.*

9 *Delictum committere quis verè dicatur.*

10 *Fides erit adhibenda illi, cui aliquid fuerit commiſſum, & à ſe geſtum.*

11 *Pluralitas actuum non præſumitur.*

12 *Duæ qualitates, ſeu demonſtrationes ſufficiunt ad probandum indemnitatem.*

13 *Onus probandi pluralitatem incumbit ei, qui in illa ſe fundat.*

14 *Nemo debet locupletari cum aliena iactura.*

15 *Ciuis præſumitur eiuſdem affectionis, cuius eſt patria ſua.*

16 *Rebellis dicitur dum tempore rebellionis quis reſidet in loco rebelli, ex mora fit rebellis, num. 17.*

18 *Qualitas perſonæ erit conſideranda.*

19 *Potens facere, & non faciens, præſumitur contrarius.*

20 *Vmbra ſenis plus valet, quam gladius iuuenis.*

21 *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.*

22 *Rebellis dicitur ex eo ſolo quiſquis non denunciauerit Domino rebellionem, & tractatum hoſtium, & deciſio affertur num. 23.*

24 *Animus infidelitatis ex quibus perpenditur.*

25 *Subiectus hoſti efficitur permanendo cum eo, dũ aufugere poterat.*

26 *Crudelis eſt qui negligit famam ſuam.*

27 *Talis pater, talis filius.*

28 *Honor naturaliter appetitur.*

29 *Præſumptiones, & coniecturæ ſufficiunt ad probandum crimen rebellionis.*

30 *Teſtes approbari videntur per producentes.*

31 *Teſti vnico creditur in crimine rebellionis.*

32 *Rebellis dicitur, qui in conſilio interuenit.*

33 *Fidelis debet reſiſtere in quantum poteſt.*

34 *Animus declaratur per reductionem fidelitatis ſtatim factam Tiranno.*

35 *Exteriora indicant interiora.*

36 *Animus ex coniecturis oſtenditur.*

37 *Fugitiuus dicitur qui potuit redire, & non redit, & pro transfuga habetur, nu. 38.*

39 *Tex. in l. item ijs ff. ex quib. cau. maior. ponderatur.*

40 *Obſides pro pacto ſeruando, vel præcepto dantur.*

41 *Tex. in cap. expoſita de arb. notatur.*

42 *Homines liberi an obligentur vti obſides.*

43 *Fidelitas probatur per dationem obſidis.*

44 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, etiam beſtialis ſimiliter à mala fide, num. 45.*

46 *Actio omnis præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

47 *Bona hoſtium licitè poſſunt furari, & rapi.*

48 *Bona non reſtituuntur per indulgentiam, niſi ſpecialiter fuerit dictum.*

49 *Reſtitutio an porrigatur ad bona alienata.*

50 *Compoſitionis pars, & damnorum conſideratio.*

51 *Minor ætas, metus vitæ, & honoris excuſant delictum.*

52 *Deciſio quæſtionis.*

## PRO MAGNIFICO D. FERDINANDO Pappacoda.

### ALLEGATIO XXI.

TRia principaliter in facto veriſſima fore præſuppoſuit Magnif. Ferdinandus Pappacoda in cauſa quam habet cum Magn. Io. Paulo Pagano, ex quibus obtinuit; Primò, quod animalia prætenſa per aduerſarium, non ipſe cepit, ſed Ioan. Fabritius Saracenus Baro Torellæ. Secundò, quod eadem animalia fuerint conſignata Regijs Commiſſarijs, & vendita in beneficium Regij Fiſci. Tertiò, quod iuſtè fuerunt capta, & iuſtiſſimè cõfiſcata ex infidelitate, ſeu fellonia N. quorum alterum de per ſe ſufficit ad obtinendum.

Quoad primũ eſt aduertendum, quod Pars prætendit ſua animalia capta per Ferdinandum, & per Baronem Torellæ, ac Milites eorum, ita præſupponunt omnes eius teſtes, ſicq; eſt iam clarum, dictum Baronem cepiſſe. Dubium remanet ſi adfuit etiam Ferdinandus, & licet ex aduerſo quidam teſtes ſint producti deponentes de viſu cõtra Ferdinandum, attamen de eis non eſt habenda ratio, vt in notamento facti latius dixi, & inter alios eſt vnus teſtis, qui ex fide numerationis conſtat eo tempore fuiſſe annorum octo; quæ igitur fides adhibenda? cum



Digitized by Google

çùm poſt 34. annos deponat de geſtis tẽpore, quo ipſe erat annorum octo, quæ
1 ætas quicquid videt, ignorat, l. 1. C. de falſ. mone. & l. fin. ff. de iur. & fac. igno. è conuerſo Ferdinandus per vndecim teſtes probauit negatiuam, quod nõ interuenię in captura, & iſti teſtes cùm depo-
2 nãt ad defenſionem, & ad excludendum delictum, de iure præualent teſtibus partis deponentibus ad offenſam, & ad includendum delictum, ex dicto notab. gl. in cap. clerici 81. diſt. quam pro ſingulari allegat Abb. in cap. cum P. de accuſ. & Bal. in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ. nu. 64. eò maximè cùm teſtes aduer-
3 ſarij ſint viliſſimi, quibus non facilè credendum contra Magnif. Ferdinandum Baronem magnæ authoritatis, & ſunt varij, & multi ipſorum tr. ctant de proprio intereſſe; dicunt enim & ipſos habuiſſe animalia inter illa, quæ pars prætendit, & ſic in cauſa propria deponunt, iux. not. per Bal. in d. l. dictantibus nu. 4. C. de teſt. vbi quod quatuor modis dum
4 impropria, & eſt tex. in l. j. §. impropria ff. quando appell. ſit, ibi eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet, ergò eis non creditur, l. omnibus C. de teſt.

Sed dato; quod pleniſſimè aduerſarius probaſſet, Ferdinandum interfuiſſe capturę, cùm non fuerit ipſe caput gentium, ſed Baro Torellæ, qui ſtipẽdio ſuo duxit milites, & Ferdinandus caſualiter ſe ſociauit cũ Barone, nec habebat aliquam poteſtatem ſuper milites, vt pleniſſimè eſt verificatũ, ſequitur vera concluſio, de iure, Ferdinandum ipſum non teneri de geſtis per Baronem, & eius Milites, ex doctr. Innoc. in cap. ſicut dignũ extra de homi. volun. nu. 2. vbi in fortio-
5 ribus terminis dicit, quod qui comitatur aliquem ad faciendam rapinam, ſi principalis raptor multa rapuit, quæ ẽe rapuiſſet, ſi eum comitatus non fuiſſet, ille Comes in nullo teneretur, quæ quidem doctrina decidit à fortiori caſum noſtrum, cum Ferdinandus non ſociauit Baronem Torellæ ad prædam, ſed iuit cum Barone, vt ſecurius ſe conferret ad Ciuitatem ſuam Laquedoniæ, vt in facto eſt verificatum. Cùm ergò Baro To-
6 rellæ erat caporalis, ipſe tenebatur, non ſolùm de eo, quod ipſe fecit, ſed & de eo, quod fecit tota eius comitiua, ita Bal. in l. 1. C. de ſeru. fug. nu. 14. & Alexan. conſ. 103. vol. 1. num. 6. qui verè non fuit
7 caporalis, teneretur tantùm de eo, quod ipſe feciſſet, tex. eſt in l. 2. §. ſi quis ff. vi bonorum rapt. vbi tex. ad lit. dicit, ſi quis homines non ipſe coegerit, ſed inter coactos ipſe fuerit, & quid rapuerit, aut damni dederit, hac actione tenetur, ergò à contrario ſenſu, ſi nihil rapuerit, in nihilo tenetur, vt ibi clarè declarat glo. notando de Comite Alberto, quod non teneatur de damno dato à Bannitis Bononię, ſi ipſe nõ dedit damnum, & ibi Bar. notat, quòd ille, qui eſt inter coadunatos, nõ tenetur de damno, niſi quod dedit ipſe, non de eo quod dederunt alij, ſed nos ſumus in fortioribus terminis, cùm non modò non conſtet, Ferdinandum fuiſſe inter coadunatos per Baronem ad prædam, quinimò eſt contrariũ probatum, quod caſualiter ſe ſociauit
8 cum Barone, qui Baro tanquam caporalis, dicitur principalis iſtius capturæ, per tex. in l. in hoc ff. de ſeru. corrup. vbi Bar. dicit, quod caporalis dicitur ille, qui mãdat, & ꝙ Baro Torellæ fuerit ille, qui dominabatur comitiuæ, & mandauit capi animalia, iam eſt in facto demonſtratum; vndè ſi aliquod delictum fuiſſet cõmiſſum, quod negatur, verè commiſiſſet Baro, cuius authoritate, & mandato fue-
9 runt animalia capta, cum is dicatur verè committere delictum, cuius authoritate, vel mandato fit, cap. mulieres de ſent. excom. in fin. cum multis ibi cumulatis per glo. ex regul. iur. is damnum dat, qui iubet damnum dari. Ex quibus remanet firma concluſio, quod Ferdinandus non interfuit capturæ animalium, & ſi interfuiſſet, adhuc de iure non teneretur, cùm omnia fuerunt facta de ordine, & mandato Baronis Torellæ caporalis, per eius Milites.

Quoad ſecundum, quod animalia fuerint conſignata Regijs Commiſſarijs vltra partitã cõputi Baronis Vallis Guarneræ, & tot aliqs teſtes, deponit Ioa. Sacconus de Candela, qui fuit Commiſſarius ſubſtitutus à dicto Barone, & ipſe confiſcauit, & vendidit animalia, & cum deponat de facto ſibi commiſſo, & à ſe
10 geſto, maxima fides eſt ipſi adhibenda, iuxa not. in l. quero §. ſeruum ff. de edil. edict. & not. Paul. Caſtr. in l. quicumque C. de ſeru. fugit. & in l. 2. & ibi Alex. ff. ſi ex noxal. cau. aga. Loffr. in conſ. 45. poſt num. 7. Nec poteſt ex aduerſo prætendi, animalia deſcripta in partita eſſe alia,

&

& diuerſa à ſuis, ſiquidem fuiſſet neceſ-
sè probare, in Ciuitate Laquedoniæ ve-
niſſe alia animalia, quàm ſua, cũ de iure
11 pluralitas actuũ non præſumatur, vt latè
per Bal. in l. 2. C. de errore aduocat. cum
alijs cumulatis per Fely. in cap. Ioannes
de fid. inſtrum. nu. 7. Imò è conuerſo eſt
probatum ibidem non veniſſe, nec fuiſſe
alia animalia, niſi illa ducta per Baronẽ
Toreliç, & quod illamet fuerunt conſi-
gnata Regijs Comiſſarijs.

Et ſic clarũ eſt, partitã cõputi de iſtis
animalibus loqui, & circa idẽtitatẽ illo-
12 rũ animalium plures teſtes deponunt, &
ad probandum identitatẽ, ſufficit, quod
ſe conforment duç qualitates, ſeu de-
monſtrationes, l. forma ff. de cenſ. Bar. in
l. demoſtratio ff. de cond. & demonſtr. &
in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter ff. de leg. 2.
in fi. Corn. in conſ. 280. lib. 3. in lit. G. Imò
dixit Crauett. conſ. 198. nu. 2. quod di-
citur probata identitas, probata aliqua
qualitate, quç concordet, & ibi plura
ad hunc finem cumulat, cum igitur tot
qualitates concordent, dicitur verifica
ta identitas animalium, cõcordat enim
tempus de anno 1528. concordat, & lo-
cus, cũ Pars prætendat ſua animalia du
cta in Ciuitate Laquedoniç, & de dicta
Ciuitate partita loquitur, concordat, &
alia qualitas, nã per teſtes partis pro-
batur animalia capta, vt bona rebelliũ,
& ita deſcribuntur in partita, dicitur
enim, *che ſoro de' rebelli*, & ſi pars opponit,
quod diſcordat in qualitate, quia par-
tita loquitur *de pecore moſcie, & le ſue
erano gentili*, item quod in numero, cum
in partita deſcribantur 1213. tantum, &
ſuç erant in maiori numero, iã plenè ad
vtrunque obiectũ fuit reſponſum in no
ta facti, & maximè circa numerum, benè
ſciunt Domini Iudicantes, quomodo tra
ctantur prædç per milites, & hçc ex abũ
danti, cum plenè ſit probatũ eadem ani-
malia cõſignata Regijs Cõmiſſarijs, nec
ex aduerſo eſt in cõtrarium aliquid ad-
ductũ, & ſicut ijs, qui fundant ſe in identi
tate rei, incumbit onus probandi iden-
13 titatẽ, ita ei, qui fundat ſe in pluralitate,
incumbit onus probandi pluralitatem,
ita Corn. conſ. 144. col. pen. in fi. vol. 4. &
Crauett. in d. conſ. 198. num. 4. onus igitur
demonſtrandi animalia contenta in par-
tita fuiſſe alia, incumbebat parti, ſe fun-
danti in pluralitate, & diuerſitate; con-
cludendum eſt igitur, animalia, quæ pars
prætendit fuiſſe illa, de quibus partita
loquitur; & ſic illa fuiſſe conuerſa in be-
neficium Regij fiſci, qui non deberet; in
14 caſu quo pars obtineret, locupletari cũ
iactura Magnif. Ferdinandi, l. nam hoc na
tura ff. de cond. indeb. l. ſi me, & Titium,
ff. ſi cert. pet. vt in ſimili de fiſco arguit
Bal. conſ. 10. vol 1. quod ſatis confert ad
propoſitum noſtrum; & proinde in caſu
confirmationis primæ ſententiæ contra
Ferdinandum, debet omninò ſibi condẽ-
nari Regius fiſcus ſimiliter cũ damnis,
& intereſſe, & hæc quoad ſecundum aſ-
ſumptum.

Quo verò ad tertium, quòd N. fuerit
reus, adducitur primò notorietas rebel-
lionis Ciuitatis Trani, quæ in indultu ge-
nerali fuit exceptuata, & cùm N. fuerit
Ciuis, & habitator Trani, vt patet p eius
teſtamẽtum in hoc proceſſu per partem
aduerſam productum, de iure præſumi-
tur ipſum fuiſſe eiuſdem affectionis, cu-
15 ius fuit patria ſua, vt in his terminis fir-
mat Bar. in tract. de guelf. & gibe. poſt nu.
16. & cum ſteterit intus Ciuitatem tem-
16 pore rebellionis, vt etiã teſtes partis di-
cũt, rebellis dicitur, per cap. nuper apud
Tranum, argum. l. item apud Labeonem,
§. ſi quis virgines ff de iniur. & iuxta illud
vbi te inuenio, te iudicabo, & Capyc. in
ſua inueſt. in cap. feuda amittũtur, dicit,
17 Caueat regnicola, quia ex ſola mora,
quam in loco rebelli facit, eſſet rebel-
lis.

Inſuper cum N. erat homo potens, Do
ctor principalis, & quem omnes ciues
reuerebantur, & metuebant, & in Ciuita-
te nihil ſine ipſo tractabatur, vt dicunt
teſtes aduerſarij ſuper 14. art. videlicet.
15. teſt. fol. 66. eſt præſumendum, non in-
traſſe Venetos, & Gallos, ſic ſpontè rece-
18 ptos intus Tranum ſine conſenſu, & ope-
ra dicti N. quia qualitas perſonæ, maxi-
mè de iure in hoc crimine eſt conſiderã-
da, l. famuli ff. ad leg. Iul. Maieſt. ibi, nam,
& perſona ſpectanda eſt, an potuerit fa-
cere, ad idem tex. in l. 1. C. ſi quis impera.
maledix. & plenè per Affl. in tit. quæ ſint
regal. in verb. & bona committentium,
19 n. 64. cum ſi ipſe voluiſſet non intraſſent,
poſtquam poterat mouere Ciuitatem, &
præualuiſſet, iux. ea quæ dicũtur per Bal.
in l. ſeruum C. qui teſtam. fac. poſſ. & plus
20 valet vmbra ſenis, quàm gladius iuue-
nis, dixit Innoc. in c. 1. de renunc. prout in
his terminis arguit Minad. conſ. 11. nu. 41
& ponderãda ſunt verba 15. teſtis partis
fol. 59. dum dicit, *Che Venetiani lo pigliorno*

ſeſſ

Digitized by Google

*Soſpetto, perche facilmente poſſea dare la Città in mano dell'Imperatore*, ergò ſi hoc poterat facere exiſtentibus Venetis armatis intus Ciuitatem, facilius, ſi voluiſſet potuiſſet facere, ne Ciuitas recederet à fidelitate Imperatoris, & abſq; aliqua vi
21 armorum pandere portas, & introducere inimicos, iuxta illud, turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes, cap. quemadmodum extra de iur. iu. & facilius impeditur acquirendum, quàm quæſitum l. patre furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.

Sed & ſi nil aliud probaretur, ſufficeret, quod fuerit intus Ciuitatem, & conſcius rebellionis, ac deliberationis Ciuitatis de admittendis hoſtibus non reue-
22 lauerit rebellionem, nec Dominum certiorauit de tractatu, & de aduentu hoſtium, nam ex hoc ſolo rebellis dicitur, Bar. latè in l. vtrum ff. de parri. Capyc. deciſ. 130. num. 65. & dec. 149. allegans Andr. de pac. tenen. c. 1. §. ſi autem omnibus in 1. addi. Saly. in l. quiſquis per illum text. C. ad leg. Iul. Maieſt. & & ſeruatur in praćtica, vt dixit Ang. in tract. malef. in verb. *che hai tradito la tua patria* col. 3. in fin. vbi Aug. de Arim. in addit. referens Ang. in l. frater ff. de parri. dicētem, vidiſſe deca-
23 pitari plures ciues non reuelantes tractatum Ciuitatis ſuæ, ſcientes tantum, & non participes; & temporibus noſtris ex hoc ſolo vidimus decapitari Marcum Antonium de Thetis.

Et ſi erat fidelis, vt ex aduerſo prætēditur, cur non exijt Ciuitatē ante aduen-
24 tum hoſtium, & ibat ad Ciuitates fideles conuicinas, quod cum non fecerit, demonſtrauit eius animum infidelem, facit tex. in l. 3. §. in bello, & in §. is qui ff. de re milit. & permanendo intus Ciuitatem,
25 & non aufugendo, voluntariè ſe fecit hoſtium poteſtati ſubiectum, quod eſt graue crimen, per tex. in l. 2. ff. de re mil. quia cum poterat fugire, & non aufugit, videtur ſponte expectaſſe hoſtes, prout hæc, & multa alia, quę ad hanc cauſam faciūt congerit in proprijs terminis Minad. cōſ. 11. & conſ. 13. quæ duo conſilia rogo videantur.

Rurſus, ad fundandum rebellionem N. adducitur maxima prẹſumptio, ſiquidem T. Doctor, & filius N. fuit ille, qui vt Sindicus Ciuitatis tractauit compoſitionem cum Regia Curia pro tota Vniuerſitate, & ipſe aſſeruit in ſupplicatione, quod moleſtabantur particulares de rebellione; verùm quod communicato conſilio, omnes ciues dictæ Ciuitatis rebellarunt, propterea petijt admitti Vniuerſitatem ad compoſitionem ducatorum quindecim mille, vt iàm fuit admiſſa, cùm igitur nullum ciuem excepit, ergò incluſit N. patrem, cùm ſi non fuiſſet rebellis, vtiq; ipſum exceptuaſſet, ſaltem nè ipſe diceretur filius rebellis cum eius ignominia, vt dixit Bal. in cap. 1. de pac.
26 ten. col 4. in fin. quod crudelis eſt, qui negligit famam ſuam. Potuiſſet enim ſemper argui, & contra ipſum præſumi tan-
27 quàm deſcendens ex ſanguine infecto, iuxtà illud, talis pater, talis filius, l. qui ſe nolit §. qui mancipia ff. de edil. edict. Igitur ſi pater fuiſſet fidelis, non modò illū exceptuaſſet, ſed remunerationem pe-
28 tiiſſet ob eius fidelitatem, Maximus etenim fuiſſet honor, quem naturaliter quiſquam appetit, dixit Spec. in tit. de citat. §. 5. verb. delegatus quoque, & ſtatim mouiſſet hanc litem pro recuperatione ſuorum animalium, cùm promptiores habuiſſet probationes.

Vlterius vltra prædicta, quæ poſſunt dici præſumptiones, & coniecturæ, quæ in hac materia ſufficiunt, vt per Andr. in c. 1. §. porrò quæ ſit prim. cauſ. & in c. 1.
29 quod teſtes ſint neceſſarij, poſt gloſ. in c. j. §. j. quib. mod. feu. amiċt. Adducitur vera probatio rebellionis dicti N. de qua deponit Nicolaus de Tintolo fol. 274. ſuper 1. art. Ferdinandi dicens N. eo tempore tenuiſſe partes Gallorum, ac Venetorum, & ipſe teſtis tunc erat ſub ſeruitio dicti N. cui cò maximè eſt credendum, cùm fuerit approbatus à parte, ſi-
30 quidē illum produxit in prima inſtantia iuxt. tex in l. Theopōpus ff. de dot. præleg. not in l. 1. §. ſi. ff. de verb. obl. & in proprijs terminis rebellionis firmat Minadous d. conſ. 11. nu. 36. idem deponit Nicolaus Zingarus de Trano, dicens N. continuè tunc conuerſaſſe cum Gallis, & quod ipſe fuit vnus illorum, qui admiſerunt Gallos, & Venetos in Ciuitatem, ſubdens, *che à quel tempo non cantaua altro Gallo in Trano, che N* & ſuper 18. artic. dicit, *che N. dominaua la Città, & che quel che voleua ſi concludea in la Città, nè ſi faceua conſiglio ſenza eſſo*, idem deponit etiam alter teſtis fol. 384 Videant modo Domini Iudicantes, ſi iſte fuit rebellis, poſtquam tres teſtes de ſua rebellione deponunt cùm alias in hoc crimine vni tantum
31 teſti credendum eſſe dicit Specul. in tit. de

de teſti.in §.reſtat verb. vigeſimoprimo.

Vlterius,per acta vltimo loco præſentata,clariſſimè probatur N.fuiſſe rebellem,& incluſum in liſta rebelliũ,qui fuerunt num.37. cum teſtes eo tempore ad informationem pro Reg.fiſco examinati deponant, nominatos in liſta prædicta fuiſſe oẽs intus Archiepiſcopatũ Trani, & concluſiſſe de admittendis hoſtibus, & rogo aduertatur ad dictã liſtam;nam illi erant, quos aſſeruit T. Sindicus quãdo tractauit compoſitionem fuiſſe moleſtatos de rebellione, inter quos erat N. eius pater,& ſat eſt, eſſe probatũ,illũ
32 interueniſſe in conſilio,l. 1.ff.ad l.Iul. Maieſt.& in c.1.ex quib.cau.feu.ami. & poſtquam erat tantę authoritatis apud ciues, potens opere,& ſermone, ſi erat fidelis, debebat reſiſtere in quãtũ poterat
33 votis aliorum ciuiũ rebellium,per tex. in c.1.vbi And.de forma fideli.cum alijs in his terminis cumulatis per Minad. d. conſ.13.nu.20. & facit tex. in l. itẽ quæritur §.exercitum ff. loca. quem allegat præfatus Moder. in conſ.11.n.26.& facit tex.in l.1.§.tuliſſe ff.ad Syllan. ibi ſi corpus ſuum obiecit,vel alias corpore ſuo auxiliũ tulit,& ead.l. 1.§.occiſorum, vbi puniendi ſunt ſerui, qui auxilium Domino non tulerũt,quoties potuerunt ei aduerſum vim opem ferre,& non tulerunt, vbi ergo hęc reſiſtentia? vel ſaltèm votum ſuum à cæteris diuerſum.

Nec obſtãt in contrariũ adducta per partem ad fundandũ fidelitatẽ,nã in redditione cauſæ ſciẽtiæ oẽs eius teſtes dicentes N.fuiſſe fidelẽ;duo tñ dicunt.Primò ꝙ Veneti ob ſuſpitionẽ, ne traderet Ciuitatem Cęſ.Maieſtati illũ de ciuitate expulerũt.Secundò,ꝙ N.tradidit T eius filiũ Venetis in obſtagium;quã ad vtrũq; reſpõdetur, ꝙ non ſolũ ex his nõ fundatur fidelitãs; quinimò magis infidelitas demõſtratur.Siquidẽ ſtãt iſta ſimul,ꝙ N, ab initio fuerit rebellis in faciẽdo intrare hoſtes intus Ciuitatẽ,vt per Ferdinãdum per ſupradicta eſt demõſtratum, & ꝙ poſtea fuerit orta ſuſpicio Venetis ne N.ipſe traderet Ciuitatẽ Imperatori facto iã exercitu propè Neap. vt deponit 18.teſt.partis aduerſæ ſuper 14.dicẽs *che dopò rotto il cãpo Frãceſe,Venetiani pigliorno N. per alcun ſoſpetto*,& iſta fuit ſuſpitio ex reg.ſemel malus ſemper pręſumitur malus in eodem genere mali, nec iſta ſuſpicio facit fidelẽ,qui iã clarè fuit rebellis,

Sed tandem rogo aduertatur 20. teſt. partis deponit, *che li fu fatto mandato da' Venetiani, che fra 24. hore fuſſe sfrattato da Trani,& che ſe n'ando al porto, & piglio vn vaſcello, & con tutta la caſa s'imbarco, & ſe n'andò in Ragoſa, doue ſtette circa tre anni*; ſi erat fidelis Imperatoris, quare ſe non contulit ad alias Ciuitates fideles conuicinas, ex hoc.n. ſolo demonſtratur eius animus,quod non erat fidelis,cùm ſi fuiſſet,quamprimùm exijſſet Tranum,oſtendiſſet animum ſuum fidelem, ad fideles ſe conferẽdo;nam dixit Affl.dec.77. poſt
34 nu.4. quod animus declaratur per reductionem fidelitatis ſtatim factam ceſſante Tyrãno, cùm igitur hoc non fecerit, infidelis iudicatur,argu.tex.in §.Pauonũ inſt.de rer. diuiſ. cum factis animus de-
35 claretur,& exteriora indicant animi ſecreta interiora,vt ibi per gl.& Aret.deducentes l. reprehendenda C. de inſt.& ſubſt.ad idem Bar. in l.gerit per illũ tex. ff.de acquir.hęr.benè facit id,quod dicit Ioã.Fab.in d.§.Pauonum, quod ſatis põt dici,ex quo non reuertitur,quãdo videt Dominum,vel familiares,ad quos conſueuit redire,& venire, qđ videatur depoſuiſſe animũ, ſic in propoſito videtur depoſuiſſe animũ reuertendi ad Imperatorẽ,quando N.exiuit à Trano,& nõ re-
36 uerſus eſt ad proximas ciuitates fideles, cũ ex coniecturis declaretur animus l. 1. §.diuus ad l.Corn.de Sica.cap.ſignificãti lo 2.ext.de homi.ſed magis ad propoſitũ facit tex.in l.quis ſit fugitiuus §. idẽ ait ff. de edil.edi. ibi, & redire ad te cũ poſſit, noluit, fugitiuus eſt,qui tex.not. ad hoc
37 propoſitũ,& ibi gl.not.ex illo tex, ꝙ qui põt facere,& non facit,videtur nolle facere,ad idẽ facit optimè tex.in l.non oẽs §.qui captus ff. de re mil. vbi qđ captus
38 cum põt redire,& non redit,pro trãsfuga habetur,& tex.in l.item hi ff.ex quib. cau.maio.ibi dolũ malũ,& pertinere ac-
39 cepi, vt qui reuerti poſſit,neq; reuertitur,& ſic iſti tres tex videntur decidere caſum noſtrũ, ꝙ N. dicatur infidelis, ex quo potuit redire ad fideles,& nõ redijt.

Nec reliquiſſe filium in obſtagium Venetis,facit,quod dicatur fidelis,immò ex hoc probatur contrarium, ſiquidem
40 obſides dantur pro aliquo pacto ſeruãdo,vel præcepto,ita glo.in l. diuus ff.de iur.fiſ.Inno.Abb.& Fely.in cap.ex reſcripto per illũ tex.de iur.iur.& Bal.in l.2.C. de patri.qui filios diſtr. & eſt tex. in cap.



Digitized by Google

expoſita in fi. ext. de arb. ibi eundem ad
reſtitutionem obſidum, occaſione illius
compromiſſi ſibi datorum, vt ipſis arbi-
42 trium ſeruetur, & ibi gloſ. fin. diſputans,
an liberi homines obligentur, concludit
quod obſides teneãtur, vt fiat, quod inter
partes conuenit, idem dixit gl. in d. cap.
ex reſcripto in verb. obſides in fi. Sed ꝙ
43 datio obſidum probet fidelitatem erga
illum, penes quem dãtur obſides, eſt tex.
clarus in cap. ſuppliciter 23. q. 8. ibi ſi aũt
manifeſtiſſimè cognoueritis eos cum
Annolfo de ſua ſubiectione loquutos, vel
certè ei obſides dediſſe, qui tex. rogo vi-
deatur, quoniam ex eo cõcluditur, quod
obſides dantur pro fidelitate ſeruanda
illis, quibus dantur, & datio obſidum ar-
guit rebellionem, videant modò Domini
Iudicãtes, ſi fuit fidelis Imperatoris, vel
potius Venetorum, cum eiſdem dederit
obſtagium pro ſecuritate, quod ipſe in
eorum deuotione erat duraturus, prout
iam obſeruauit, quia nunquam reuerſus
fuit à Raguſio, donec ſperauit Venetos
dominari in Regno.

Sat igitur ex prædictis probatur rebel-
lio N. cum alias ſufficiat ad iuſtificandũ
capturam ſuorum animaliũ, quod publi-
cè fuit habitus ꝓ rebelli, cum cõis opi-
nio cauſet bonam fidem, Bar. in l. Celſus
ff. de vſucap. dicens, ex publica fama, &
cõi opinione induci iuſtiſſimum errorẽ,
44 & quælibet cauſa ẽt iniuſta, & beſtialis
excuſat à dolo, l. igitur ff. de lib. cau. gl. in
l. vnica in fi. ff. ſi quis ius dice. non obtẽp.
45 & conſequẽter excuſat à mala fide, quę
non eſt ſine dolo, vt per prædicta conſu-
luit in caſu ſimili de bonis eius, qui fuit
habitus pro rebelli Corn. conſ. 96. vol. 4.
cùm igitur Ciuitas Trani, & eius ciues
habebantur notoriè pro rebellibus, qui
eorũ bona deprædabatur, non errabat, &
ſic dato, quod Ferdinandus rapuiſſet, nõ
poſſet moleſtari ex ſua bona fide, ſtante
46 maximè curſu 33. annorum, quo tẽpore
omnis actio præſcribitur toto tit. C. de
præſcrip. 30. vel 40. ann. & latè per Corn.
in d. ſuo conſ. & Fran. Aret. in conſ. 14. n. 8.
dicit, ꝙ quãdo ſuperior infert bellũ ſub-
ditis ſibi rebellantibus, bona ipſorũ re-
47 bellium efficiuntur capientium, cum li-
citè poſſint furari, & deprædari bona ho-
ſtium, l. 2. & ibi Bal. C. de comer. & mer. &
d. c. ſuppliciter 23. q. 8. & latè Caſſan. in
Conſue. Burg. rub. 1. §. 5. verſ. quartus ca-
ſus; & hæc ex abundanti cũ fuerit demõ-
ſtratũ perueniſſe animalia ad R. fiſcum.

Nec indulgentia, quã poſtea habuit Ci-
uitas Trani per ſolutionẽ duc. 15. mil. fa-
48 cit, ꝙ bona capta, quæ fuerunt Ciuium
tẽpore belli prioribus Dñis reſtituãtur,
tum quia per indulgentiã quis non reſti-
tuitur ad bona, niſi ſpecialiter ſit dictũ,
l. 2. & 4. C. de ſent. pa. nec ẽt ſi per viã re-
49 ſtitutionis in integrũ fuiſſet indultũ, re-
ſtitutio traheretur ad bona alienata, vt
latè per DD. in l. 1. C. de ſent. pa. tum etiã
quia in cõpoſitione facta per R. Curiam
cum dicta Ciuitate adeſt expreſsũ, quod
fuit habita conſideratio ad multa dãna
50 paſſa per Vniuerſitatem, & eius Ciues,
ſicq; cõſideratio dicitur pars cõpoſitio-
nis, arg. l. ſi venditor ff. de ſeru. expor. &
l. fundi partem de contrah. emp. alias. n.
non admiſiſſet Reg. Curia cõpoſitionem
prædictam, ſi poſt illam voluiſſent Ciues
Trani eorum bona capta, & confiſcata
repetere, prætextu, quod repetentes non
fuiſſent rebelles.

Vltimò, nõ obſtat illud ꝙ pars aduer-
ſa potius ad vindictã, quam pro tuitione
ſuæ cauſæ dicit, ꝙ Ferdinandus ipſe fue-
rit rebellis producendo iuramentũ præ-
ſtitum D. Lautrech, & alia; ſiquidem de
hoc non tractatur; ſed eſt videndum, ſi
Ferdinandus rapuit animalia, & ad ſui
cõmodum applicauit, & non poteſt prę-
tendere, ꝙ tempore capturæ animalium
Ferdinãdus fuerit rebellis, cũ pleniſſimè
conſtet, cũ Ferdinãdo, ac Barone Torel-
læ adfuiſſe aliã comitiuã Hiſpanorũ, quę
ſocietas excludit oẽm ſuſpicionem, ſed
ne hoc quidem obiectũ partis abſq; re-
ſponſione pertranſeat; dico, Ferdinãdum
tempore dicti iuramẽti fuiſſe minorem
annorũ 18. vt ex hoc proceſſu clarè con-
ſtat, & reperiebatur extra Neap. in Ciui-
tate Surrenti cũ eius matre, ac ſorore, &
fuit ſibi mandatũ à D. Lautrech, vt infra
24. horas ſub pęna capitis cõpareret ad
præſtandum ſibi iuramentũ fidelitatis,
Minor ætas, metus capitis, ac honoris
51 matris, & ſororis ipſũ excuſarũt, prout
in proprijs terminis firmat Abb. conſ. 3.
vol. 2. verſ. venio ad ſextam quæſtionem,
vbi in ſpecie loquitur de homagio præ-
ſtito Regi Angliæ, qui cum eius exercitu
loca occupauerat, vt iã occupauerat om-
nia dictus D. Lautrech, ad idem Bal. con-
ſil. 294. vol. 1. incip. Proponitur, quod cõ-
ſuetudo in fin. allegat l. immò ff. de liber.
cau. & ſequitur Crauet. conſ. 5. num. 84.
allegans Imol. conſ. 34. & Calca. conſ. 81.
vol. 1.



Digitized by Google

Ex prædictis igitur conſtat, quàm rectè fuerit iudicatum per Reg. Cam. in fauorem Magnif. Ferdinandi, & proindè imponendum eſt perpetuum ſilentium Magnif. Ioa. Paulo Reclamanti. Cætera ſuppleant Religioſiſſimi, & Integerrimi Domini Iudicantes.

Ioa. Andr. de Richardis.

32 *Fuit votatum contra N. 12. Decemb. 1578.*

## ADDITIO.

EST certum, quod rebellio reſpicit primum caput læſæ Maieſtatis, Reg. de Pon. conſ. 90. nu. 62. p. 1. & is verè rebellis dicitur, qui cum hoſtibus ſceleſtem inijt factionem, & perduellionis reus dicitur qui hoſtili animo aduerſus Regẽ armatus exiſtit, ſubdit nu. 16 omiſſis alijs explicationibus relatis per Farinac. de crim. læſ. Maieſ. q. 113 nu. 48. 66. & ſeq. 83. cum ſeq. & præcedentib. & ob tale delictum nedum bona amictit, & fiſco acquiruntur, idẽ conſ. 65. nu. 10. p. 2. Marcell. de Maur. alleg 76. Camill. de Medic. conſ. 168. nu. 1. ſed etiam beneficia iuris ciuilis municipalis conſuetudinaria, latè Farinac. in tract. de crim. læſ. Maie. q. 116 nu. 42 & ſeq. imò & vitam, poſtquã fit incapax, perdit vitam, & bona, pœna perſonalis requirit ſententiam, realis requirit ſentẽtiam declaratoriam, ſed pœna incapacitatis ſententiam non requirit, idem Reg de Pon. d. conſ. 90. nu. 63. vſq; ad 68. ſed in hoc erit aduertendum, licet ipſa rebellio non requirat ſentẽtiam, iux. cap. Regn. apud Tranum, procedit ſi notoria ſit, vel Iudice pro Tribunali ſedente declarata ſit, aliàs ſecus, Camil. de Med. cõſ. 46. n. 18. vbi in ſeq. nu. 19. & 20. probat, ꝙ licet ipſo iure rebellis perdat adminiſtrationem bonorum, non aũt dominiũ; ideo illud in fiſco non tranſit ante ſententiam, ꝙ ſanè procederet, quãdo non eſſet notoriũ crimen, vel per ſententiam declaratum, quoniã tunc bona rebellium cõfiſcarentur, & eorũ dominium aperiretur fiſco, vt ipſemet Camil. de Med. conſ. 168. nu. 1. confirmat, etenim ſentẽtia facti notorij declaratoria non requiritur, ſi factũ eſſet certum, ita Reg. Lanar. conſ. 45. nu. 4. quæ ſatis cõueniunt pro iuſtitia præſentis deciſionis, vt ritè potuiſſet fieri ob tale crimen notorium exequutio in bonis rei, nec proinde tueri poterat reus clypeo Indulgentiæ factæ Ciuitati, ex quo indulgentia reſtituit tantum perſonam, ſed cum adiuncto ad illud tantum extenditur, Reg. de Pon. conſ. 69. nu. 29. & 30. par. 1. & ſic indulgentia conceſſa per Principem criminis, non debet extendi ad bona, etiam per verba ampla, & generalia, Camil de Medic. conſ. 71. num. 54. & 55. quocirca dum iure legitimo bona fuerint exequuta ad fiſci inſtantiã ob crimen rebellionis, neutiquã quærendum erit prætextu talis indulgentię de reſtitutione bonorum.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Venditio fructuum naſciturorum tempore recollectionis, an valeat, & quo iure, ſ. ciuili canonico, & qualiter de iure Regni, nu. 2.*

3 *Pragmatica anni 1559 die 22. Auguſti condita refertur, & ponderatur.*

4 *Contractus locationis ſimilis eſt contractui venditionis, & in iure idem ſignificare multoties euenit, nu. 5.*

5 *Fructus locare, & fructus vendere idem eſſe, DD aliqui teſtantur.*

6 *Tex. in l. ſi debitor §. veriſimile, & l. nec emptio in princ. ff. de contr. ab. empt. quando procedant.*

7 *Remiſſio non datur, quando venditur ius percipiendi fructus, & ſimilia, ſed tantum actũ.*

8 *Doctores in modo concipiendi venditionem fructuum, ſeu locationem non meminerunt.*

9 *Pragmatica de venditione fructuum loquens, etiam intelligenda erit de locatione.*

10 *Diſpoſitio quamuis exorbitans loquens de venditione, comprehendit quemuis contractum.*

11 *Dicta in locatione, an in venditione procedant.*

12 *Qualitas contractus non à contrahentium nominatione, ſed à pactis, & contrahentium intentione inſpicitur.*



Digitized by Google

*13 Aſſertioni contrahentium an ſtetur, quando de prohibitis ageretur.*

*14 Contractus ex ſolo pacto promiſſionis pretij quã tipluri mũ, ſonat in locatione.*

*15 Solutio annuatim promiſſa eſt fragilis coniectura ad cognoſcendum naturam contractus.*

*16 Glo. in l. 1. ff. de ſuperfic. & l. 1. C. de iure emphyt. qualiter procedat.*

*17 Pretium ſoluere quis non tenetur, niſi re conſignata.*

*18 Doct. in l. cotẽ ferro §. quis maximos ff. de publ. & vectig. & Canoniſt. in cap. propter ſterilitatem de locato, firmantes quæſtionẽ, remiſſionis mercedis loquuntur de perſonis contrahentium, & qualiter.*

*19 In fraudem legis fieri, quando dicatur.*

PRO ILLVSTR. MARCHIONE Iliceti.

## ALLEGATIO XXII.

1 Licet de iure canonico, & ciuili licitum fuiſſet inire vẽditiones fructuum naſciturorum, pro eo tamen pretio, quo veriſimiliter hi fructus vendi potuiſſent tempore recollectionis, prout ſecundum ius ciuile teſtatur Bal. in rub. C. de vſur. nu. 4. de iure canonico teſtatur Abb. in cap. in ciuitate ext. de vſur. quem Canoniſt. ſequuti sũt in cap. nauiganti ext. eod. tit. Tamen de iure Capitu-
2 lorum Regni in frugibus id fuit prohibitum ſub pęna vſurarię prauitatis, prout ad hoc extat Capitulum Regis Roberti incip. Pro publicis; & ne fieret difficultas circa nullitatem cõtractus, prodijt prag-
3 matica edita ſub 22. Auguſ. 1559. quæ & annullat præteritos cõtractus, prohibet futuros, & pęnam emẽti imponit, quam tandem prohibitionem ampliatam videmus in fauorem vniuerſitatũ, ex pragmatica ſub die 15. Decẽb. 1559. vis proindè huius cauſæ erit videre, ſi pragmatica edita ſub 22. Aug. 1559. comprehendat hunc contractum, de quo agimus, in quo, rogo, aduertatur, quod licet in eo agatur de omnibus corporibus redditũum Caſalis noui; Tamen quando redigitur ad redditum frumenti, & ordei tãtum, quia in alijs corporibus nõ potuit cõſiſtere nec locatio, nec venditio, quãdoquidem alia corpora conſiſtunt in pecunia, & promittit Marchio, quòd tanta quantitas pecuniæ exindè perueniat, & Frãcus, & Caluus ſe obligãt ad tantũdẽ poſtquam effectualiter ſumma expreſſa ad ipſos peruenerit, idcircò quia in venditione requiritur res, pretiũ, & conſenſus; in locatione requiritur res, merces, & conſenſus; in vtroq; contractu deficit res, quia pecunia pro pecunia non venditur, nec pecunia pro pecunia locatur, vndè contractus mandati potius eſt reſpectu illorum corporũ ſi gratuitus ſit, vel locatio operarũ; ſi cum mercede faciant id Francus, & Caluus, poſtquã ipſi exigunt pecuniã ex alijs corporibus, & eandem Marchioni, ſeu eius creditoribus rendent.

Dixi proindè, in ſolo frumẽto, & ordeo remanere contractũ venditionis, vel locationis, quia in his tm̃ dicitur adeſſe res vnũ ex tribus ſubſtantialibus cuiuslibet ex prædictis contractibus, & q̃a aduerſarius p̃tendit, pragmáticam prohibere venditiones, & hunc eſſe contractum locationis; ideo tria tantum adducam, ex quibus hunc contractum includi in prohibitione affirmo.

Primò, tàm & ſi cõtractus locationis
4 ſit valdè ſimilis contractui vẽditionis, l. 2. ff. loc. §. pretiũ inſt. de emp. & vẽd. §. j. & §. adeo inſt. de locato. Tamen vbi agitur de vẽditione fructuũ naſciturorũ, adeo eſt ſimilis cõtractus venditionis fructuũ naſciturorũ cõtractui locationis, immò adeo idẽ, vt magis propriè loquar, q̧ &
5 Imperatores, & Iureconſul. alterum pro altero poſuerunt, quaſi q̧ idẽ ſignificent, prout liquet in l. penès, & l. fi. C. de vecti. & cõmiſ. vbi verba locationis vſus eſt; ac Imper. in l. ſi hi qui à vobis C. loca. l. cotẽ §. q̃ maximos, & l. Cęſar ff. de publ. & vect. vſus eſt verbo emẽdi, vel redimẽdi, itaut Iuriſconſ. in l. vẽditione §. j ff. de bon. aut. iud. poſſid. Pro eodẽ in materia fructuũ naſciturorum poſuerit hos duos cõtra-
5 ctus, nec id ſequi dedignati sũt DD. q̃ppè Paul. de Caſt. cõſ. 361. n. 2. vol. j. Bertac. de Firmo in tract. de gabel. in 2. p. in 1. q. in prin. Maria. Soc. cõſ. 68. n. j. vol. 2. & tãdem Aym. cõſ. 145. n. 21. tenuerũt, idem eſſe, q̧ quis dicat lòco fructus, vel vẽdo fructus naſcituros, & id q̧ in materia remiſſionis inducit diuerſitatẽ inter cõtractum emptionis, & conductionis, non eſt, ex eo q̧ contractus emptionis differat à cõtractu cõductionis, ſed ex eo, q̧ in cõtractu ẽptionis adeſt diuerſus modus verborũ, q̃a aliquando quis emit fructus, ſeu fructuum perceptionẽ, & tũc ita remictitur

pre

Digitized by Google

pretium emptori in contractu emptio-
6 nis, prout conductori in contractu locationis, & in hac ſpecie loquitur l. ſi debitor §. veriſimile, & l. nec emptio in princ. ff. de contrah. empt. aliquãdo quis
7 emit ius percipiendi fructus, & tunc nõ datur remiſſio, niſi actum ſit, l. nec emptio in 1. reſponſ. & l. fiſtulas §. frumenta ff. de contrah. empt. quia iactum retis emiſſe dicitur, ita loquutus eſt elegãtèr Soc. conſ. 156. nu. 10. vol. 2. & conſ. 88. poſt qu. 3. 1. vol. & Franc. Mar. dec. 209. in 2. par.
8 & ideo Doctores ſatis immorati ſunt in modo concipiendi talem venditionem, quales ſunt Bar. in d. §. qui maximos, ibi Paul. de Caſt. & Cuman. Bal. eleganter in l. ſi ea C. de vſur. Nimirum proindè ſi
9 pragmatica loquens de venditione, eſſet intelligenda etiam in locatione, quando adeſt ratio pragmaticæ: Duo etenim conſiderat pragmatica, aliud, quod vendantur fruges nondum recollectæ *à prezzo certo*, id ſuccedit in caſu noſtro, quia hi contrahentes ſoluunt vel mercedem, vel pretium ad rationem duc. 12. in ſingulos frumenti currus, & duc. 7. in ſingulos ordei: Aliud, quod tale pretium ſit modicum, attento tempore recollectionis, quod valuiſſe ad rationem duc. 24. in ſingulos currus, pecunia præſenti, vt dicunt, *ſopra le carra*, non dubitatur; ſi itaq; viget eadem ratio, quomodo Pars ſperabit effugere Regiam pragmaticam, poſtquam, vltra regulam, quam tradit Alex. in l. filiusfamilias §. diui, quod di-
10 ſpoſitio etiam exorbitans loquens de venditione comprehendit quemuis aliũ contractum, in quo eadem vigeat ratio; in terminis noſtris loquutus eſt Bal. qui dubitans in l. licet nu. 10. C. de loca. An
11 dicta in locatione procedant in venditione fructuum naſciturorum, & è conuerſo ſubnectit hæc verba, contrarium dico, quia æquiparati in ratione legis, æquiparantur in eius beneficio, & diſpoſitione, & ſola nominis differentia non mutat ſubſtantiam: Reſtat hinc, quod iuſtè hic contractus, ſiue venditio, ſiue locatio baptizetur, cùm in eo vigeat eadem ratio, & quoad verba, & quoad mentem erit comprehenſus in pragmatica.

Secundò dicebam, quod qualitas, ſeù
12 quidditas contractus non ſumitur à cõtrahentium denominatione; ſed à pactis, & contrahentium intentione, prout Ciuiliſtæ id pro regula tradiderũt in l. Ariſto. ff. de don. Canoniſtæ in cap. ad quęſtiones ext. de rer. permut. cum concord. Pręſer-
13 tim quando agimus in prohibitis, quia tunc contrahentium aſſertioni non ſtatur, vulgata l. qui teſtamẽtum ff. de probation. cum his quæ DD. in l. ſi donatione de collat. Attendantur modo tria, vt inde liqueat omninò hunc contractum dici certæ quantitatis fructuum venditionem. Primò, in locatione de ſui natura venit patientia, in contractu vẽditionis venit factum, ſiquidem conſignare poſſeſſionem tenetur, & per eam transferre dominium, vel ſaltem vſucapiendi conditionem, in hoc contractu cum Mar Marchio promiſerit facere hanc ſummam curruum 210 frumenti, & 40. ordei veram, & bonam, & è conuerſo aſſerti conductores noluerint teneri, niſi pro ea fructuum quantitate, quæ realiter, & cũ effectu ad ipſos peruenerit, apertè liquet, quod Marchioni non ſat erat pati, vt conſequeretur pretium, ſed facere tenebatur, quod conſignarentur expoſiti curtus ipſis Franco, & Caluo, imò vt magis liqueat id; Attendatur, quòd per ſolutionem, quam Marchio facit duc. 50. perſonę deputandæ per ipſos Francum, & Caluum pro exactione frumenti, & ordei, liquet, quod Marchio tenetur nedum facere, ſed omnes ſumptus ſubire, qui pro tali facto requirebantur. Secundò, in contractu locationis, tenetur locator ad ſolam remiſſionem mercedis, quando ex re locata non percipiat conductor eos fructus, qui conueniãt pẽſioni, quam ſoluit in venditione, re non cõ-
13 ſignata, tenetur venditor ad omne intereſſe, & ſignantèr ad pretium quantiplurimi; Talis eſt caſus noſter, in quo Marchio non promiſit remiſſionem mercedis, caſu quo non perciperetur ſumma prædicta ordei, & frumenti, ſed voluit teneri ad omnia damna, & intereſſe, & ſignantèr ad pretium quantiplurimi, & talis eſt hæc coniectura, vt Auguſt. Bero. conſ. 143. nu. 1. vol. 1. ex ſolo pacto remiſſionis mercedis conſuluerit, cõtractum, qui ex verbis, & ex cæteris pactis ſonabat in venditionem reſolui in contratractum locationis; ergò è conuerſo ex ſolo pacto promiſſionis pretij quantiplurimi, contractus qui ſecundum verba tantum ſonat in locationem, eſt reſoluendus in venditionem. Tertiò tandem, omnia onera, quæ occaſione perceptionis fructuum deberentur,



Digitized by Google

Marchio ſubit: Hinc liquet, quod perce-
ptio fructuum eſt damno, & commodo
Marchionis, & Franco, & Caluo dicun-
tur venditi fructus, poſtquam erunt ſepa
rati, quo caſu, cùm ſint venditi *à prezzo*
*certo* ante recollectionem, quis dubitare
poterit, quin ſi contractus includatur in
pragmatica: Nec moueat ſolutio annua-
15 tim promiſſa, quia fragilem hanc eſſe
coniecturam, teſtatur Ang. in conſ. 2. Imò
glo. quæ iſtud induxit, loquuta eſt in ca-
ſu valdè diſſimili, quia dum eſſet dubiũ,
an inhito cõtractu de aliqua re, dicatur
vendita, vel locata ipſa res; ſumit conie
cturã ex modo ſoluendi pretiũ, vel mer-
cedem: Ratio eſt, quia dùm eſt venditio,
ſtatim re conſignata erat pretiũ ſoluen-
dum, quod ſi ſoluatur annuatim, videtur
eſſe potius, quid correſpectiuum fructi-
bus, & ſic locationi, quàm proprietati, q̃
16 iàm conſignata erat, & ita loquuta eſt
glo. in l. 1. ff. de ſuperfic. & in l. 1. C. de iur.
emphy. At vbi dubitatur, an ſint vendi-
ti, vel locati fructus, nõ militat hæc cõ-
iectura, quia eſto quod ſint venditi certi
17 fructus, certè non tenetur quis ſoluere
pretium, niſi res cõſignata, l. ſi ſoluturus
ff. de ſolut. & quia non ſimul integri fru-
ctus conſignantur, ita & ſoluendum eſt
pretium, eſto quod ſit venditio, poſtquã
hoc pretium correſpondet fructibus,
quos quis emit, non autem rei, quam nõ
emit; Tandem fragiliſſimam hanc conie
cturam reputo in præſenti caſu, in quo
Francus, & Caluus non promittunt hanc
ſummam ſoluere tertiatim Marchioni,
ſed ꝑ ea eximere ipſum indẽnem à ſuis
creditoribus; vndè ſi hæc ſolutio diuidi-
tur, non eſt ex eo, ꝙ in tertias ſit diſtri-
buta ſolutio; ſed ex eo, quod creditores,
quibus hæc ſumma eſt delegata, in tri-
bus tertijs exacturi ſunt ſuos redditus,
itaut hinc ſecundò liqueat ex pactis, hũc
contractum reputari venditionem.

Tandem Tertiò, Doctores Ciuiliſtæ
18 dum formauerunt quæſtionem in l. Co-
tem §. qui maximos, & Canoniſtę in cap.
propter ſterilitatem extr. de locat. loquu
ti ſunt in perſona, quæ & venditionem,
& locationem poterat inire & ſola quæ-
ſtio erat voluntatis; At nos loquimur in-
ter eos, inter quos non poterat cadere
venditio, quod cum ita ſit, rogo aduer-
tatur, mens pragmaticæ fuit, vt fructus
ante recollectionem non alienentur ad
pretium certum, ſi quis alienet fructus
ante recollectionem, *à prezzo certo*, prout
fuit caſus noſter; eſto quod iſtud non fa-
ciat per contractũm venditionis, ſed per
19 contractum locationis, fraudat mẽtem
legis, dum obſeruat verba legis, ita locu
tus eſt Iuriſconſultus in l. contra legem
ff. de legib. ibi, in fraudem verò legis fa-
cit, qui ſeruatis verbis legis, ſententiam
eius circumuenit, & Doctores dum id
declarant dicunt, quod quando quis fa-
cit actum in ſubſtantia prohibitum à le-
ge, & mutat veſtem illius actus, vt verba
legis euitet, tũc propriè fraudat legem,
tradidit hoc Alber. in l. ſi libertus mino-
rem ff. de iure patron. Bal. in l. hac edi-
ctali nu. 13. C. de ſecun. nupt. Iaſ. in §. itẽ
ſi quis in fraudem nu. 16 inſt. de act. Affl.
in cap. Imperialem §. tertio noto nu. 7.
de prohib. alien. per Feder. & in his ter-
minis procedunt exempla huius fraudis
quæ traduntur in d. l. ſi libertus minorem
in l. 4. ff. ad Maced. in l. ſi ſponſus §. circa
ff. de don. inter vir. & vxo. & in l. ſi *quis*
donationis. ff. de contrah. emptio. quę
fraus eſt magis exoſa legi, quam quæuis
alia fraus, quia talem actum lex annul-
lat ipſo iure, & in totum, licet non in to-
tum ſit fraudata lex, vt traditur in iuri-
bus allegatis, quod cùm ità ſit, quis non
uidet, quod hi contrahentes voluerunt
emere, & vendere frumentum, & ordeũ
naſciturum ad certũ pretium, poſtquã
noluerunt teneri Francus, & Caluus, niſi
de quantitate percepta, & quod ſi quid
defuerit, teneatur Marchio ad pretium
quantiplurimi, immo ad duc. 50. pro col
lectione horum fructuũ, & appoſuerunt
deinde titulum locationis huic conuen-
tioni, vt non contraueniretur verbis ip-
ſius pragmaticæ; poſtquam erat ſatis
plenè contrauentum menti; Hæc occur-
rerunt, vt liqueat hunc contractum eſſe
comprehenſum in Regia Pragmatica,
& vti talem, eſſe declarandum nullum.
Cætera Domini Iudicantes ſuppleant,
ne Regium edictum adeò ſanctum, edi-
tum pro vtilitate Regni, remeneat frau
datum, & eluſum his actibus.

Fabius Brancatius.

*Deciſio refertur in ſequenti allegatione.*

SVM-

Digitized by Google

**SVMMARIVM.**

1 *Aeſtimatio potius emptionem, quam locationem demonſtrat.*

2 *Pactum ſoluendi pretium creditoribus emptionem indicat, maximè quãdo debita fuerint ſpecificata.*

3 *Conuentio ſoluendi pretium creditoribus, emptionem denotat.*

4 *Emptio potius, quam locatio diceretur, quando fuerit contemplata præſtatio frumenti.*

5 *Qualitas contractus ex cauſa contrahẽtium iudicabitur.*

6 *Contractus iudicabitur potius emptionis, quam locationis ex conſuetudine emendi.*

7 *Qualitas facti ex perſona facientis præſumitur.*

8 *Remiſſio mercedis ob ſterilitatem, & caſus propinatos ſit conductori.*

9 *Effectus erit inſpiciendus, non verborum prolatio, & pignora.*

10 *Veritas, & ſubſtantia rerum denominatione hominum non mutatur.*

11 *Locatio potius, non venditio, non dicitur ex pretio annuatim promiſſo, dũ pro ſeptennio unicum pretium non fuerit conſtitutum.*

12 *Quot ſunt quantitates annuæ tot erunt emptiones.*

13 *Emptio, & venditio fructuum conſiderata à gloſ. refertur.*

14 *Intereſſe quantiplurimi ob incertam quantitatem pretij, arguit ſimulationem contractus.*

15 *Contractus præſumitur uſurarius ex pactis inſolitis.*

16 *Contractus ob incertitudinem ſuſtineri nequit.*

17 *Contractus ſuſtentabilis eſt, attenta incertitudine, ſi ab initio pretium conſtitutum eſſet.*

18 *Deciſio Sacri Conſilij affertur circa venditionem factam annuorum tumulorum frumenti 33. extimatorum tempore contractus in ducatis decem.*

19 *Pragmatica prohibens emptionem fructuum naſcendorum enucleatur.*

20 *Diſpoſitio ibi militabit, vbi eadem ratio militat.*

21 *Ratio finalis ſtatuti in contractu vigens, locũ habebit diſpoſitio ſtatuti.*

22 *Statutum loquens prohibendo venditionem frumenti naſcituri comprehendit etiam ſi in alio contractu fuerit hoc actum.*

23 *Pragmatica prohibens venditionem frumenti ante tempus, comprehendit alios contractus qui per eam non ſunt excluſi.*

24 *Legi fraudare nõ decet, nec vna lex debet alia via circumueniri.*

25 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

26 *Contractus claudicare non debet.*

27 *Contractus contra legis prohibitionem factus, ipſo iure nullus eſt.*

28 *Differentia an conſtituatur inter ſoluentem pecuniam recipientem 30 pro quolibet centenario, & recipientem frumentum pro pretio tam modico, ut retrahatur ex eius venditione.*

29 *Deciſio memoratur circa annullationem contractus, in quo fuerat vendita certa quantitas frumenti annua pro certo pretio conuento.*

30 *Contractus illicitus iudicabitur, ex diſparitate ſumma annua promiſſa.*

## IN EADEM CAVSA.

## ALLEGATIO XXIII.

PAucis vtar ad demonſtrãdum, contractum initum inter Magn. Mercatores de Franco, & Caluis, cum Illuſt. Marchione Iliceti, fuiſſe illicitum.

Et primò, clarum eſt in facto, Mercatores conueniſſe cum Ill. Marchione, vt durante certo tempore quotannis teneretur ex feudo, dicto *Caſal nuouo*, eis dare currus frumenti 110. & 40. ordei, cum pacto, quod ſi aliqua quantitas deficeret, Marchio ſupplere deberet vna cum intereſſe quantiplurimi, & Mercatores è contra tenerẽtur ſoluere certam quãtitatem pro frumenti pretio creditoribus Marchionis, itaut teneantur pro rata frumenti recepti ſoluere pretium creditoribus, ꝙ pretium calculatur ad duc. 12. pro curru frumenti, & ſeptem pro curru ordei, apponuntur itidem nonnulla pacta, omnia tendentia in fauorem ipſorum Mercatorum, vt ex lectura contractus apparere poterit; ex quibus dico, contractũ iſtũ non locationis, vt Partes denominauerũt, ſed emptionis nuncupari debere; cũ inter contrahentes iam frumentũ, & ordeũ extimare voluerunt ad illud pretium certum, & hoc ſuadetur, dum Mercatores pro quantitate, quæ non fuerit conſignata frumenti, nolunt teneri creditoribus, ſed tantum præſtare ad rationem nouem pro centenario Marchioni, ipſi autem intereſſe quãtiplurimi ab eo recipere; & clarum eſt non diſcerni pro quanto tenẽtur ad rationem nouem pro cen-

centenario,niſi ſciant contrahentes ſum
mam,quam calculare voluerunt ad exti
mationem prædictam,vnde cum inter ſe
1 extimatio facta fuerit, illa extimatio
potius emptionem, quam locationem
demonſtrat,l.1.§.extimatarum,& §.exti-
matas C.de rei vxo.actio. l.3.vbi Bar.ff.
loca. vbi cum fundus locatus, ſi fundi
extimatum inſtrumentum locator dede
rit,dicetur Colonus inſtrumentum emiſ
ſe, licet contractus locati ſit confectus;
præterea dum Mercatores paciſcuntur
2 pretium creditoribus ſoluere,pactum
illud emptionem indicat,maximè quan-
do debita ſoluenda certa, & ſpecificata
fuerunt,vt eleganter Ioa. Fab.in §.item
pretium,& in §.pretium inſti.loca. per l.
cum his ff.de fideiuſſ. nihil enim refert,
an venditori ſoluatur, an creditoribus
3 illius certum pretium illo mãdante ſol-
uatur,& hanc cõuentionem emptionem
appellat Iuriſconſul.in l fi. §. Titius ff.de
cond. in verb.& hanc opinionem, ſequi-
quitur Tiraq.de vtroque retract.§.1.in
glo.14.nu.115.verſ.illud autem ſcio.

Suadetur & Tertiò,ex finali intentio-
ne ipſorum Mercatorum, quod volue
runt emere,& non conducere,voluerunt
enim,& intentionis eorum fuit, quanti-
tatem illam frumenti, & ordei certam,
& non percipiendam, ſed perceptam ha
bere.Reliqua verò in contractu conuen-
ta fuerunt in conſequentiam contempla
ta; Pariter, & finalis mens Marchionis
fuit pretium ſoluendum eius creditori-
4 bus,vt ſi principaliter fuit contemplata
præſtatio frumenti, dicetur emptio, &
nõ locatio,eſt tex.in l.2.ff.loca. & §.item
quæritur inſti.eodem,ibi enim principa-
liter agebatur, vt artifex daret anulos
certæ formæ pro pretio conuento,& li-
cet præſtetur opera in conficiendo, id
non fuit principalitèr; ſed in conſequen
tiam contemplatum,& ideò dicetur em
ptio,non locatio, ex qua finali mente,
5 & cauſa contrahẽtium iudicabitur qua-
litas contractus, l.ſi idem §. vltimo ff.de
iuriſd.omn.iud.l.ſed & ſi quid §.1. ff. de
vſufr.contractus namq; ex conuentione
legem accipit,l.1.§.ſi conueniat ff.depoſ.
conuentio emptionem indicat,ergo cõ-
tractus emptionis iudicabitur.

Corroboratur hæc opinio ex perſona
ipſorum contrahẽtium; ſunt enim ij,qui
recipere habent frumentum, Mercato-
res ſoliti potius emere, & ante tempus
pecuniam ad frumentum dare,quam lo-
care territoria,& eorum culturæ vaca-
re;ex qua conſuetudine emendi, contra-
6 ctus iudicabitur potius emptionis, quã
locationis,l.non oẽs §.à Barbaris ff.de re
mil. l.qui ſemiſſes §.j.ff.de vſur.l.vel vni
uerſorũ ff.de pignor.act.& l.Iulianus §.cp
dicitur ff.ad Macedo.qualitas nãq; facti
7 ex perſona facientis præſumitur, cap.
abſit 11.q.3.& cap.ea vindicta 23.q 4.hãc
emptionem demonſtrant pacta appoſita,
vt Marchio præcisè,nullo excepto caſu,
teneatur ad vniformem,certã, & conti-
nuam præſtationem quantitatis frumẽ-
ti,quod quidem pactum dicetur contra
naturam locationis,& cõductionis,quæ
8 eſt,vt propter ſterilitatem, vel caſuum
inopinatorum contingentiam, remiſſio
fiat mercedis,vel ſpeciei præſtandæ,l.li-
cet,l.excepto,& l.certi iuris C.locat.ſed
Mercatores, nedum de periculo teneri
nolunt, ſed volũt Marchionem teneri ad
intereſſe quantiplurimi, ſi frumentum
præcisè non tradatur, ex quo pacto cõ-
tra naturam contractus alteratur con-
tractus ille, & aſſumit naturam alterius
contractus, l.vbi ita donatur ff.de don.
cauſ.mor.imò ex pacto contra naturam
illius contractus, ſuſpitio ſimulationis
inducitur,vt infra dicam;& quamuis cõ-
trahentes vtantur nuncupari in contra-
ctu verbis locationis, & conductionis,
9 non propterea locatio, ſed emptio erit,
& venditio inſpecto effectu, qui inſpici-
endus eſt,non verborum prolatio,& figu
ra,l.ſi vno ff loca.l.inſulam ff.de præſcri.
verb.l.j.ff.de ſuperfi.& toto tit.plus vale.
10 quod agi. quã quod ſimulatè cõcipi ve
ritas namq; & rerum ſubſtantia,hominũ
denominatione non mutatur,l.ſi fortè ff.
de caſt.pecul.not.in l.ſi olei C.loca.

Nec obſtat,quod cum pro ſeptemnio
11 vnicum pretium non cõſtitutum ſit, ſed
illud annuatim ſoluendum veniat,dica-
tur locatio,potius quam venditio,vt di-
xit Bar.in l.cotem §.qui maximos ff. de
de publ.& vectig.& in q.4.quem ſequitur
Anch.in conſ.402.quia loquuntur quan-
do tractatur de iure percipiendi peda-
gium,vel fructus,& tunc ſi pretium cõ-
ſtituatur vnicũ, licet ſoluendum annua-
tim,vel menſatim,dicitur emptio reſpe-
ctu vnici pretij pro toto tempore, quo
pedagium percipitur; ſed quando certa
quantitas annua frumenti eſt præſtanda,
& reſpectu illius quantitatis præſtatur
certum pretium,non iudicabitur, vt ſo-
lutio penſionis pro locatione, ſed ſolutio
pre-

Digitized by Google

pretij pro annua venditione frumenti,& quot erunt quantitates annuæ,tot erunt
12 emptiones,argum.l.ędiles la 2.in fi.ff.de edil.edict.& iſtam emptionem,& venditionem fructuum annuorum conſiderauit gl.ſingul.in l.Pomponius §.ſed ſi emptum in verb.admitti ff.quib.mod.vſuſf.
13 amit. Si ergò contractus huiuſmodi emptionis,& venditionis iudicabitur,& nō locati,videatur quæſo quantā in ſe contineat quantitatem, quàm ſit illicitus; Quandoquidem Mercatores illi,& cæteri contrahentes voluerunt habere, ſeù percipere, & ſic Marchio teneri voluit ad certum tempus,certam quātitatem, & vniformem ex certo prædio præſtare, & Mercatores,qui certam quantitatem ſtipulati fuere,voluerunt, vt indeterminata quantitas præſtetur, teneatur Marchio ad intereſſe quantiplurimi,quo fit,vt nullum ipſi ſubire velint periculū; ſed ſemper certi de quantitate præſtanda, quod pactum contra formam illius
14 contractus,ſuper quo appoſitum eſt,facit pręſumere ipſum ſimulatum, & fraudis ſuſpectum, l.ſi quis ſub conditione ff.de condi.inſt.l.qui teſtamentum ff.de prob.vbi propter legis interdictum præſumitur fraus,& quod contractus quan-
15 do ex pactis inſolitis alteratur, præſumatur vſurarius,dixit Bal.in c.1 de feu. dat.in vic.leg.cōmiſſ.col.2.verſ.& conclude, & eſt tex. in cap. illos vos de pignor.

Præterea,cōtractus iſte ratione incer-
16 titudinis ſuſtineri non poteſt, iux.cap. cum in Ciuitate cum ſimil.de vſur. forſan quia pretium ab initio conſtitutum duc.12.pro quolibet curru,poterit ſicut
17 augeri, ita & minui, & incertitudine attenta eſſet ſubſtentabilis,l.fundi Trebatiani ff de vſufr.leg.Quinimò dico,reſpectu Mercatorum ſemper eſſe cōmodum vniforme,& certum; nam pretium frumenti per multos annos ſemper ex temporum calamitate ſatis exceſſit ſūmam prædictam,adeò vt calculatis pretijs,quibus valuere frumenta, tàm antè contractum,quàm tempore contractus, & poſt contractum,currus frumenti exceſſit quaſi centeſimam,vltra ſummam, & pretium conſtitutū,& ita ex frequentia iudicandū eſt;Adeo vt reſpectu Marchionis incommodum,& damnum certū eſt,vt iura illa ad caſum noſtrum adaptari nullo pacto queant, cùm pretium frumenti potius augeri viſum eſt,quàm minui; & hac ratione attenta Moderniſſimi Addentes ſuper prohem.Conſuetu. Neap.in §.pręfatis in glo.ſuper ver.tenorem nu.38. in lit.B. retulerunt aliàs in
18 S.C.in anno 1564 referente Domino de Quadra in cauſa Fabritij Guarini, cum Monaſterio S.Claræ Ciuitatis Lycij,fuiſſe deciſum, & irritam venditionem factam annuorum tumulorum frumenti 33 extimatorum tempore contractus in duc.10. Nam licet tempore contractus, tanti valebat frumentū:Tamen quia incommodum erat vniforme;fuit reputatus contractus illicitus,& condemnatus debitor ad capitale cum intereſſe ad 9. pro centenario, & quæ maior iniquitas conſiderari poteſt, quàm Mercatores ſemper certi reſtringentes ad vniformē quantitatem,non quidem recolligēdam ab eis,ſed recollectam, & liberam ſemper habere; Pretium autem ſoluentes ſic modicum, vt non modo decem pro centenario lucrentur,ſed fortè quadraginta,& quod peius,pro quantitate non tradita,pretium quantiplurimi;nec vllo ſe ſubmitti voluere periculo, cùm non ius percipiendi, non territorium colendum,non quantitatem perueniendam; ſed peruentam,exactam, & certam, pro pretio ſtatuto emerunt percipiendam manu Marchionis, ſic fraudando, imò
19 incidendo in Regiam ſanctionem vetātem contractus fieri ſuper frumento in herbis ante tēpus recollectionis ad ſtatutum pretium,quot enim ſunt anni,tot erunt contractus emptionis frumēti naſcituri ex illo feudo, cùm pro quolibet anno reſtrinxerunt contrahentes ad pręſtationem certæ quantitatis ex illo certo feudo; ſoluitur enim pretium annuatim creditoribus,& cùm erit tēpus præſtabitur frumentum, & iſte contractus eſt nullus, iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ,quæ prouidere voluit, ne minori pretio frumentum vendatur, cū venditur in herbis ante tempus recollectionis,quę finalis cauſa,cùm concurrat
20 in iſto contractu, licet verè eſſet locationis, adhuc diſpoſitio militare debet eadem l.illud ff.ad leg.Aquil. nam cùm ratio finalis ſtatuti vigeat in contractu
21 locationis,ſeu cuiuſlibet alterius contractus,habebit locum diſpoſitio ſtatuti l.1.§.ſi is qui nauem ff.de exerc. actio. l. ſicut §.& ſi permiſerit ff.quib.mod.pign.

vel

Digitized by Google

vel hypo.ſol.Andr.in c.1.in fi.de feud.no. hab.prop.feud.natu.Mens nãq; ſtatuẽtis
22 fuit prohibere venditionem antè tempus;determinato pretio,quod ſi fiat aliquo contractu, quam venditionis nihil refert,quin in ſtatuto comprehendatur ex mente ſtatuentis, l. ſi ita facta ff. de iniuſt.teſtamen. notant DD. in l.2. ff.de verbor. oblig. vbi ex mente etiam in odioſis ſub ſimplici continetur caſus mixtus, adeò vt ſi pragmatica loquatur
23 de emptione, & venditione, & non de alijs contractibus, id fuit propter frequentiam contractuum emptionum, qui tunc occurrebãt, ſed non propterea ſunt permiſſi alij contractus, ex quibus reſultat id, propter quod fuit prohibitus contractus emptionis, auth.caſſa.C. de ſacroſan.eccleſ. glo.ſingul.in l.1.C.de his,qui ad eccleſ.confug.vbi licet tex. loquatur de Iudæis ſimulantibus fidem Chriſtianorum, non per hoc excluſit alios,qui non ſimulant;ſed de ſimulantibus dixit propter frequentiam,contrahentes emptores præcogitantes pragmaticam venditiones prohibere, de locatione loquuti fuerunt,ſic legem frau-
24 dando,quod eſſe non debet, l qui teſtamentum ff.de prob non debet lex alia via circumueniri, l. ſcire oportet ff.de tuto.& curat.& Andr.in c.1.§ & ſi libellum,de alien.feu.patern.

Et ſi conſiderentur omnia pacta in inſtrumento, ſeu contractu iſto appoſita, illa nempè inuenientur reſpicere commodum,& vtilitatem illorum Mercatorum, & nullum pęnitus commo-
25 dum Marchionis, & cùm nemo præſumatur iactare ſuum, l. cum de indebito ff. de prob. dicetur tunc contractum claudicare, vt eleganter dixit Hoſtienſ. in titul.de vſur.§.fin.verb.ſecundo notatur,in l.ſi de meis ff.de recep. arbi. vbi
26 contractus claudicare non debet; quinimò fortius dico,quod cum adſit in huiuſmodi contractu legis prohibitio,non
27 dicetur ſolum claudicare, ſed erit ipſo iure nullus ex cauſa prohibitionis, ita dixit notantèr Bald. in l. non dubium C. de leg.nu.17.per glo.ſing.in l.à diuo ff.de rit.nupt.

Quid enim differre videtur, an ſoluẽs
28 pecuniam recipiat 30.pro quolibet centenario,an recipere frumentum pro pretio tàm modico, vt retrahantur ex eius venditione 20.vel 30.pro centenario;certè nulla datur differentia, argum. l.cum non frumentum C. de vſur. & tamen prior contractus vſurarius, & pęnitus illicitus reputatur; ergo & ita huiuſmodi illicitum lucrum euitari debet in damnum proximi alterius: refert enim Incertus in tract. de contractib. vſur.in
29 q.21.fuiſſe per Senatum ſub anno 1531. deciſum,annullando,& declarando vſurarium contractum inhitum inter certos contrahentes,in quo fuerat vendita certa quantitas frumenti annua pro certo pretio conuẽto. Tandem pretium frumenti excreſcentibus annis fuit auctum, ita ut emptor lucrabatur ferè 20. per centum, & cum venditor prætenderet contractum vſurarium,licet emptor offerebat probare tempore contractus,quod pretium erat iuſtum: Tamen fuit declaratus contractus vſurarius, quem rogo videri, ſi poteſt, claue non errante.

Nec à ſeculo eſt audita conuentio huiuſmodi, vt Marchio ad præſtationem frumenti non traditi, cum intereſſe quantiplurimi teneatur, quod inſpectis annis præteritis, & præſentibus exceſſit ſummam aliquando duc.60.pro quolibet curru, & ſic lucratur vltra ſummam centeſimam, & ipſi Mercatores ex quantitate non ſoluta per eos creditoribus teneantur præſtare rationem
30 nouem pro centenario, ex qua diſparitate,contractus illicitus iudicari debet, vt not. Doct.in cap.ſalubritèr de vſur. Nec ſuſtineri debet læſio tàm enormiſſima,ex qua dolus reſultat, vulgatis iuribus; Ex quibus dico, contractum illicitum, & vſurarium decernendum, Præfatoſq; Mercatores condemnandos ad reſtitutionem frumenti recepti,& illis Marchio teneatur ad reſtitutionem pecuniæ per eos ſolutæ creditoribus Marchionis cum intereſſe ad rationem nouem pro centenario.

Tiberius Copula.

*Fuit iudicatum pro Magnifico Montenigro.*

## ADDITIO.

ISti contractus venditionis frumentorum,vel oleorum ad metam, dicuntur intricati,grauidi,& periculoſi, inquit Muta deciſ.Sicil.42.num.13. licet poſtea contrarium videatur defendere num.32.

Digitized by Google

num.31.& ſeq.& propterea licet venditiones ſimiles,atque emptiones fieri poſſint,non tamen ad certum,& taxatum pretium, vt prolixius ibi Muta proſequitur,& melius ſuper pragmat. Siciliæ tit.61.ibiq; ſub num 9. & ſeq. de venditione Serici,Lini, Caſei, Ordei,Frumenti,Leguminum,Vini,& ſimilium, agit ante tempus ad metam ipſorum, ſi ritè,& rectè fieri poſſit, & pro ijs competat intereſſe quantiplurimi, ſi non fuerint in tempore præfixo conſignata, optimè Maſtrill. deciſ.Sicil.245.num,26.& ſeq. in Regno autem habemus ſpecialem pragmatic.26.de annon. vt tales emptiones fieri debeant ad vocem Sancti Ioannis,quo tempore pretium in menſis particulariter imponitur,& ſic cuilibet permiſſum erit,ſimiles contractus facere dare pecuniam pro frumento,ordeo,& ſimilibus, de quo ſatis ad propoſitum teſtatur Molfeſ. in eius Summa Theolog.par.2.tract.12 cap.21.num.21.& ſic non aliter vſura diceretur vẽdere fruges pretio quo valebit in tali menſe, Crauett. conſil. 145. num.23. ſequitur Borgn. deciſ. 14.num.12.16.& 26.par.2. & qualiter fiat æxtimatio eo tempore tradit poſt Alexand.conſil.327.num.6.vol.2.Boer.dec.86.num.7. & quid quando eſſent fruges in herbis, Maſtrill. deciſ.111. num.8. quamuis expreſsè exigeretur, vt vendentes poſſideant territoria, ſuper quibus fiunt venditiones frugum, aliter ſi ea non poſſiderent, viderentur mutuo dare pecunias ſub vſuris, & inde vſuræ deriuarentur,vt ex Rom. Crauet. & Borgn. probat ibidem Muta dicta deciſ. 42. num.11.& huiuſmodi contractus,qui dicuntur ad vocem frugum, & ſimilium, prohibentur Vniuerſitatibus, Reg.Rouit.conſ.69.num.2.tom.1. cæterum autem,quando emptio,& venditio futurorum fructuum promiſſa ſit,vel non, & quomodo, & qualiter breuitatis ratione ne aliorum labores tranſcribam, videatur Rodriq. de annuis reditib.lib.1.q.12.per tot.præſertim num.38.cum ſequentib. optimè materiam iſtam attingendo exarauit,& quantum pertinere videatur ſi potius venditionis, vel locationis contractui hæc fructuum emptio accedat, itaut præſumendum erit emptio potius,quam locatio,abundanter Menoch.de præſump.lib.3.præſ.104. proſequitur.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Cautela pro mutuante refertur, qualiter reſtitui debet pecunia mutuata.*
2 *Reſtitutio pecuniæ in alia ſpecie fieri non debet.*
3 *Pecuniæ diminutæ reſtitutio fieri non debet.*
4 *Iuramentum interpoſitum ſuper obligatione reſtituendi pecuniam in certa ſpecie,praciſè ad illud obligat.*
5 *Obligatio de reſtituendo aurum,eſt ad redendũ tantum creditorem in eius mutuo.*
6 *Difficultas reſtituendi pecuniam in auro, an excuſet debitorem.*
7 *Pragm.7. de monetis ſuper valore aurei,qualiter procedat, & nu.11.*
8 *Mutui natura eſt,vt ſine damno reſtituatur pecunia.& num.15.*
9 *Pragm.7.de monetis non extenditur ad præterita.*
10 *Pragm.7.de monetis an liget forenſes, & ignorantes.*
12 *Pragm.7. de monetis an inter mercatores liget.*
13 *Deciſio Sacri Conſilij circa valorem aurei citatur.*
14 *Deciſio inter alios acta,vt praiudicet nouem requiſita exiget.*
16 *Deciſio caſus occurſi refertur.*

PRO SERENISSIMO MAGNO DVCE Hetruriæ, contra Illuſtr. Ducem Seminariæ.

## ALLEGATIO XXIV.

IN cauſa contra Ill. Ducem Seminariæ pro integro aureorum valore præſtando(perſtringendo ea,quæ multis retro die-

Digitized by Google

diebus in allegationibus Ill. Conſiliarijs
deducta fuerunt infraſcripta pro Seren.
Magno Duce conſiderantur, quibus cõ-
ſtitutam pecuniam in ſcutis aureis de
auro, iuxta obligationem reddendam eſ
ſe conſtabit.

Primò, quia Seren. Magnus Dux tan-
quam ad commodum Ill. Ducis Semina-
riæ ſuis pecunijs priuabatur, l. rogaſti ff.
ſi cer. pet. volens reddi ſe cautum, ne in
reſtitutione earum facieda aliquod dã-
1 num pati poſſet, vſus fuit cautela, de qua
per Hoſtien. & Abb. in cap. quanto de iur.
iur. (vbi eſt materia) vt .ſ. in auro præci-
sè Italiano pecunia reſtitueretur, prout
factum fuit, & per conſequens ſumus in
caſu l. Paulus ff. de ſolut. vt .ſ. eo inuito
2 reſtitutio in alia ſpecie fieri non debeat,
prout latiſſimè per Canon. in d. cap. quã-
to, & DD. in l. cum quid ff ſi cer. pet. & in
cap. olim de cenſib. habetur, quos omnes
refert, & ſequitur Ant. Gabr. in ſuis com
mun. concl. in tit. de ſolut. lib. 3. in 1. con-
cluſ. in princ. & in 8. ampl. num. 22. vbi ad
propoſitum noſtrum declarat, quando
medio tempore decreto Principis alte-
ratur pecunia: & prædicta adeo ſunt ve
ra, vt etiam ſi nullum damnum Sereniſſ.
creditor eſſet paſſurus, tamen ipſo inui-
to non poſſet fieri ſolutio in alia ſpecie,
quam aurea, vt in iuribus allegatis caue
tur; & tanto minus ſi cogeretur recipe-
re in alia ſpecie, puta argẽtea huius Re-
3 gni, in qua damnum notabile ſentiret,
tum propter eius diminutum valorem,
contra l. 2. §. mutui datio ff. ſi cert. pet. cũ
etiam quia eiuſdem extractio eſſet om-
ninò prohibita, & ſi fiat cambium, maior
cadit deterioratio; vt in actis per fidem
Mercatorum apparet.

Secundò, quia iuramentum ab ipſo Ill.
Duce Seminariæ præſtitum ad maiorem
obligationẽ ſolutionis in moneta aurea
4 faciendæ, præciſè ad illud adſtringit, ex
quo ſuper obligatione faciendi, non aũt
dandi interpoſitum fuit, per gloſ. in l. ſi
pecunia in princ. in verb neceſsè ff. de
cond. cauſ. data, quam ſingularem, & no-
tandam dicit Iaſ. in §. actionum num. 47.
inſt. de act. cum alijs relatis ab Ant. Gab.
in d. tract. in lib. 2. in tit. de iure iurand.
4. concl.

Non obſtat, quod Ill. Dux Seminariæ
recipit pecuniam in argento, quia atten-
ditur obligatio, quando non excedat, vel
ſapiat vſuram; poteſt enim vna ſpecies
pro alia conſtitui, vt in dictis iuribus
Docto. conſiderant, præſertim Abb. in
d. cap. quanto, dum dicit, quod obligatio
5 quæ fit de reſtituendo aurum, eſt ad red
dendum tutum creditorem in eius mu-
tuo in argento iam conſtituto, vt etiam
conſideratur à DD. in d. l. cum quid, & in
l. vinum ff. ſi cer. pet. quinimò dicit Iaſ. in
l. quod te ff. eod. poteſt dari aliquod ven
dendum, vt pretium recipiatur in vim
mutui, adeò vt conſtituatur mutuum, &
in materia penitus diuerſa.

6 Non obſtat, quod ſit difficultas in
auro, quia vt alias fuit dictum, non excu
ſat, l. continuus §. illud ff. de verb. oblig.

7 Non obſtat pragmatica Regni ſuper
valore aurei, quia non petitur valor au-
rei, ſed aureum, & quatenus aliquo reſpe
ctu videatur S.R.C. faciendam etiam
ſolutionem in argento; non tamen in ca
ſu noſtro attenditur pragmatica illa,
propter quam non fieret reſtitutio inte-
8 gra Magno Duci (prout decet) & eſſet
contra naturam mutui per d. l. 2. §. mu-
tui datio ff. ſi cer. pet. Præterea illa non
trahitur retro ad tempus inhitæ obliga
tionis, ac contractus, qui fuit factus de
9 anno 1572. & pragmatica de anno 1573.
clem. 1. §. præmiſſis vbi Cardi. de ſequeſt.
poſſeſ. ſcribentes in l. omnes populi de
iuſt. & iur. & præſertim Alex. col. 8. per l.
leges C. de legib. §. ſi. in auth. hæc conſti-
tutio, etiam ſi dicatur, quod extendi de-
beat, vt per Card. in d. loco. & in clem. 1.
§. 1. q. 7. de reb. eccl. non alien.

Secundò reſpondetur, quod non ligat
10 forenſes, & ignorantes, Specul. in tit. de
conſt. §. 1. Innocen. in cap. 1. de conſt. per
DD. in l. omnes populi, & Canon. in cap.
ſtatuta canonum de conſt. Nec per eam
præiudicari poteſt contractui inhito in-
ter partes, in quo hoc expreſsè fuit actũ
l. ſi fundus vbi Bar. ff. de euict. & l. ſemper
vbi Dec. ff. de reg. iur.

Tertiò reſpondetur, quod pragmati-
11 ca non cogit habentes ad dandum, ſed
ad inducendam copiam auri, inuitat om
nes ad illud in Regno conducendum, &
auget valorem reſpectu monetæ argen-
teæ, quæ eſt longè minoris bonitatis, &
valoris, quàm extra Regnum.

Quartò, dicta pragmatica non atten-
ditur inter Mercatores, quorum extant
12 in actis fides authenticæ, quibus proba-
tur, quod ſi contingerit ab eiſdem ſolui
aliquod debitum extra Regnum contra-
ctum in ſcutis aureis de auro, & credi-
tor contentetur eorũ valorem recipere

Nea-

Digitized by Google

Neapolim in moneta argentea, ſoluitur aureum ſcutum ad rationem carolen. 13. & non 12. cum dimidio, vt à pragmat. diſponitur.

Non obſtat, quod alias (vt aſſeritur) in
13 alia cauſa fuerit per S.C. latum decretũ quoad valorem prædictum in fauorem pragmaticæ.

Quia obſtat regul. res inter alios acta:
14 nec poteſt dici, quod faciat ius inter alias perſonas, quia nouem requiſita adeſſe debẽt, relata ab Alex. in l. ſæpè de re iud. nu. 178. & ſeq. Nec ſumus in caſibus de quibus per Tiraq. in tract. res inter alios acta in 19. lim. & per eundem in vltima miſcell. in tract. de nobil. nu. 2. & 14. ſcilicet in actione præiudiciali, vel ſtatus, vt nobilitatis, ciuilitatis, infamiæ, & ſimilibus, in quibus quatuor ſolùm requiruntur relata à Tiraq. poſt illos, quos in dictis locis refert, quorum neutrum in hac cauſa adeſt. Præterea diuerſa militat ratio in præſenti cauſa reſpectu iuratę obligationis inhitæ extra Regnum, per illum ad cuius merum commodum fuit factum mutuum abſq; commodo Sereniſſimi mutuantis non ſubditi. Meritò concludendum eſt, deberi aureum obligatũ, ne in alia ſpecie Sereniſſimus mutuans poſt tot annos, & multas in recu-
15 perãdo expenſas, quod gratis (vt ſolet) conceſſit, damnum ſentiret, contra naturam mutui, de qua in d. l. 2. §. mutui datio cum ibi not. ff. ſi cert. pet. quod non ſic eſſet in reſtitutione facienda in auro, prout cautè ſtipulatus fuit per alleg. caut. Hoſt. & Abb. in d. cap. quanto de iure iur. & hæc ad ſaturitatem ex abundanti allegata ſufficiant.

Aſcanius Raſius.
Aretinus I.C. Min.

16 *Die 23. Martij 79. fuit votatum contra Magnum Ducem.*

ADDITIO.

AN obligatus ſoluere in ſcut. aureis in auro boni, & iuſti ponderis, poterit ſoluere in moneta alterius materiæ, vel ſoluendi ſcuta aurea boni, & iuſti ponderis, latè Cenc. in tract. de cenſib. 2. p. c. 2. q. 4. ar. 4. nu. 23. cẽſuit ſoluenda eſſe iuxta conuentionem, quam limitat dupliciter in antecedẽti nu. 10. & 11. & melius in dec. 119. n. 3. & ſeq. poſt d. tract. ſed Gaſp. Ant. Theſ. in tract. de augm. monet. p. j. nu. 83. pro debitore concludit in hoc caſu iuxta hanc deciſionẽ, & ita pluries iudicatum, & reliqua ad idem pertinentia in 2. p. à nu. 16. cum ſeq. proſequitur, & an creditor in pecunia teneatur accipere aurum, vel argentum in maſſa, negatiuè reſpondit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 3. nu. 30. cum ſint diuerſa, vel in alia moneta, optimè Theſſ. d. p. 1. num. 79. & 80. docet qualiter vna moneta ſolui debeat pro altera; verumtamen quoad augmentum monetarum pertinere videatur cui illud debeat applicari, an creditori, vel debitori, extat optima deciſio Griuelli 110. vbi erit videre, reliquum erit videre, ſi Pragmaticæ Regni ligẽt exteros, videatur Maur. Iun. in alleg. 29. nu. 2.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Emanatio Bannorum ne quis vadat armatus, vel de nocte ſine igne ſufficit ad probandum generalem poſſeſſionem terræ.*
2 *Procuratoris conſtitutio Dominum in poſſeſſione rei ſupponit.*
3 *Poſſeſſor vt obtineat in poſſeſſione, oportet quod non poſſideat vi, clam, vel precario, alias turbaret potius.*
4 *Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quã habet.*
5 *Poſſeſſio inualida redditur ex titulorum inualiditate.*
6 *Poſſeſſio antiqua in iudicio poſſeſſorio, præualere debet.*
7 *Præſcriptio minori ſpatio 40. annorum contra Eccleſiam non datur.*
8 *Iuriſdictio criminalis penès vnum, & ciuilis apud alium, operatur vt circa caſus mixtos lex ciuilem habenti aſſiſtere, & reſiſtere habenti criminalem.*
9 *Cauſæ de mixto imperio quænam ſint.*
10 *Dictio (omnis) quid denotet.*
11 *Qui omne dicit, nihil excipit.*
12 *Conſtitutio Regni, locorum baiuli, an in feudalibus procedat.*

13 *Baiulus habet coerctionem in modicis delictis ad inſtar defenſorum Ciuitatis.*
14 *Iuriſdictio ciuilis quoſnam caſus comprehendit.*
15 *Pragm. de iuriſd. non turb. facit ius in toto Regno.*
16 *Declaratio conſimilis deducitur in facto vertente tempore Regis Ludouici de caſibus contentis in iuriſdictione ciuili.*
17 *Minime mutanda ſunt quæ certam ſemper habuerunt interpretationem.*
18 *Cauſarum ciuilium quædam ſunt mixti imperij.*
19 *Dominus propriè dicitur qui habet iuriſdictionem ciuilem.*
20 *Iuriſdictio cohæret territorio, ſicut nebula ſupra paludem.*
21 *Iuriſdictio eſt in territorio materialiter, & paſſiuè, in magiſtratu formaliter.*
22 *Iuramentum fidelitatis, & ſubuentiones à vaſſalis debita, Domino ciuilem iuriſdictionem habenti applicantur, non habenti criminalem.*
23 *Iuſtitiarij dicuntur qui habent criminalem iuriſdictionem.*
24 *Imperium merum conſiſtit habendo gladij poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines.*
25 *Delicta punienda ab habente merum imperium, venit mortis, vel membri abſciſſionis pœna.*
26 *Imperium merum in ſe continet pœnas mortis, & abſciſſionis membri, cætera verò habenti iuriſdictionem pertinent.*
27 *Iura incorporalia habent mixtam cauſam proprietatis.*
28 *Appellatione caſtri, & villæ iuriſdictio, honor, & diſtrictus continentur.*
29 *Venditio petræ non adiecto verbo prædiorum, vel caſtro, idem contineret, quæ continent nomina caſtrorũ, & villæ quoad iuriſdictionẽ.*
30 *Conceſſio caſtri facta eccleſiæ, operatur vt omnimoda iuriſdictio data, ac merum imperiũ conceſſum, non ſic in priuato.*
31 *Eccleſia habet intentionem fundatam ratione loci, & temporis de iuriſdictione temporali.*
32 *Iuriſdictio temporalis, quæ ratione certæ cauſæ per legem tribuitur alicui, etiam eccleſiam comprehendit, in quibus viget qualitas illa in feudo, & caſtro ineſt iuriſdictio actiuè, et paſſiuè.*
33 *Eccleſia habens iuriſdictionem, & dominium caſtri, etiam ad pœnam vltimi ſupplicij ſe extendit, ſed per alium officialem poteſtas exerceri debet.*
34 *Probatio liquida fit ex duabus ſcripturis coniunctis.*
35 *Dominium antiquum eccleſiæ probatur per famam, & generalem opinionem.*
36 *Priuilegia Pontificum declarari per Reges, proprium ſit ipſorum.*
37 *Verba enunciatiua in antiquis plenè probant etiam inter alios in præiudicium tertij, etiam ſi eſſent incidenter, & propter aliud prolata, num. 38.*
39 *Notoriam inducunt verba enunciatiua in antiquis.*
40 *Poſſeſſio ſubſequens declarat caſus, non tamen exceptos.*
41 *Poſſeſſor præſumitur poſſidere virtute tituli præcedentis.*
42 *Conſtitutio Regni, ea quæ ad decus, an ad præterita extendatur.*
43 *Conceſſo caſtro, venit omnimoda iuriſdictio.*
44 *Rex poteſt caſale auferre, & in dominium eccleſiæ transferre.*
45 *Rex nominans terram, ſeu caſale, vel ciuitatẽ non amplius pro villa erit habenda.*
46 *Pronomen, ſuum, dominium etiam vtile denotat.*
47 *Argumentum, eſt caſale, ergo ſubeſt alterius iuriſdictioni.*
48 *Villæ dicuntur Caſalia in Regno.*
49 *Reſolutio controuerſiæ varijs rationibus comprobatur.*
50 *Conceſſo Caſtro an veniat merum imperium.*
51 *Iudicium criminale, & ciuile tam de iure communi, quam Regni, diſcutitur.*
52 *Deciſio eiuſdem controuerſiæ adducitur.*

## PRO REVERENDISS. EPISCOPO Monopolitano.

## ALLEGATIO XXV.

PRæſens cauſa Reuerendiſſ. Epiſcopi Monopolitani petentis manuteneri in poſſeſſione omniũ caſuũ in Terra Ciſternini, exceptis tribus, videlicet; qñ venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel membri abſciſſionis, conſiſtit in tribus capitibus.

Primò, quis conduxit potiora iura ad poſſeſſionem probandam.

Secũdò, circumſcripta poſſeſſione, cui ex partibus aſſiſtit, vel reſiſtit ius.

Tertiò, Epiſcopũ non ſolùm iuſtè poſſe prætendere omnes caſus, exceptis tribus; ſed & dictos tres caſus, & omnimodam iuriſdictionem, quamuis hodie non prętendat prędictos tres caſus.

Quo-

Quorūm quodlibet caput eſt ſufficiēs ad victoriam Epiſcopi,tā in poſſeſſorio, quàm in petitorio,& in quolibet clariſſimam Epiſcopi iuſtitiam demonſtrabimus.

Primum caput indubitatum eſt,tā per teſtes,quàm per ſcripturas; Nam,tā teſtes examinati in anno 1521.quàm examinati in anno 1563. in maximo numero,vt in facto adnotauimus dictam poſſeſſionem concludunt: & quamuis non cōcludant omnia requiſita immemorialis,tamen de antiquiſſimo tempore de viſu deponunt,& multi ipſorum audiuiſſe ab eorū antiquioribus ; & hi qui examinantur in anno 1521.vniti cū examinatis in anno 1563. non eſt dubium centenariam,& vltra concludere,& non ſolùm concludunt,Dominū criminalis non poſſediſſe, niſi tres caſus prædictos, & alios poſſediſſe Eccleſiam,ſed particularitèr multos numerant caſus, in quibus Epiſcopus ſtetit in poſſeſſione,vt ſūt inter reliquos,emanatio bānorum,ne quis vadat armatus , vel de nocte ſine igne,

1 & ſimilia ; Banna enim publica ſufficiunt ad probandam generalem poſſeſſionem Ciuitatis, Innoc. in cap.dilectus nu.2.de capel.monac.Bal.in l.2.C.de ſeruitut.nu.54.verſ.ſed quis probant etiam officiales Epiſcopi de furtis,offenſis,iniurijs, & vulneribus cognouiſſe.

Sed omnia prædicta ſuperflua ſunt in hoc iudicio retinendæ poſſeſſionis , in quo ſufficit, poſſeſſionem tempore litis motæ, vel præparatæ habere, prout habet Epiſcopus tàm in anno 1521. quàm in anno 1563. quibus temporibus dictæ duæ lites per ipſum mouentur,quàm ēt in anno 1573. quod Iulius Caraſa petijt idem,in quo iudicio eſt conteſtata lis,& de eo hodie tractamus,vt in facto. Quibus temporibus etiam per ſcripturas eā corroborat,nā in anno 1521. Galeottus Fonſeca Regius Auditor in Prouincijs Hidrunti, & cauſæ Commiſſarius expediuit prouiſiones directas Capitaneo Monopolis,cui mandabat,ne ſe intromitteret in iuriſdictione criminali, niſi tantū in illis tribus caſibus , & ab anno 1563. quo tēpore fuit mota ſecūda lis,producimus innumeras informationes,& proceſſus, ac iudicia fabricata per Capitaneos Epiſcoporū ſuper caſibus mixtis, quæ acta incipiunt ab anno 1563.vſq;ad annum 1579.& ſic includunt tempus anni 1573. quo vltima lis mouetur, de quo iudicio hodie tractamus.

Interruptiones per partē prætenſæ nō obſtāt,quas abſq; teſtibus vult probare, & certè ex hoc ſolùm poteſt eius iniuſtitia cognoſci,quod habuerit tres terminos, & non fuerit auſus vnum ſolum teſtem producere; nā aut loquimur de ea interruptione,quæ præſupponitur tēpore Fonſechę,qui in anno 1528.habuit cōceſſionem criminalis Ciſternini , aut de ea,quæ præſupponitur tempore Regentis Albertini,qui ſimiliter dictum criminale poſſedit,quarum neutra obſtant.

Prima,non,cum in facto probauimus Fōſecam fuiſſe Procuratorem Epiſcopi Monopolitani,tunc tēporis exiſtentis,&

2 vti Procurator conſtituiſſe Capitaneum in dicta terra,& ſic non iure proprio,ſed ex perſona dicti Epiſcopi, videtur Epiſcopum in poſſeſſione conſtituiſſe, l.1.§. per procuratorem ff.de acqui.poſſ. vt p Dec.in conſ.56.nu.4.aut fundatur ſuper conuentione inhita inter Fonſecā,& Epiſcopum Octauianū,qua prouenctus mixtorū conceduntur Fonſechæ,vt in proceſſu inter Epiſcopū, & Fōſecam in Reg. Cam.nā non tenet, vt infra dicemus, dū de alia ſimili conuentione inita cum Albertino tractabimus, vltra ꝙ dicta poſſeſſio nec neceſſaria,cum ſufficiat ipſam probare in anno 1573. quo fuit præſens lis inchoata per Iulium Caraſam, vt ſupra diximus.

Secunda,nequaquam militat eſi in facto ſit oſtēſa potētia,ac terribilitas Reg. Albertini, & conqueſtus Epi Octauiani, Vltra quod non pōt aliqua interruptio conſiderari , ſtante lite mota per Epm, qui coram Iudice ordinario fuit conqueſtus,quærelam expoſuit,ac litem mouit; quibus ſtantibus;nec obſtant actus producti per partem,quibus conſtat tempore dicti Regētis Albertini ab anno 1559. Capitaneum criminalem adminiſtraſſe iuriſdictionem ſuper caſibus mixtis, vt .n.quis obtineat in hoc iudicio eſt opus,

3 vt nō poſſideat vi,clam,vel pcario, alias non poſſidet,ſed turbat,vt per Bart.in l. vnic.§.ne ſatiſdationis nu.3.C.vti poſſid. Affl.in dec.394.nu.1.ſed vltra prædicta quę ratio haberi poterit de dictis actis, cùm ſint fundati ſuper titulis inualidis, videlicet ſuper emptione dicti criminalis facta per dictum Regentem in anno 1557. & ſuper conuentione inhita in eodem anno inter Regentem, & Epiſcopum , quorum neutrum ſubſiſtit,

ſtit. Titulus emptionis non, quia in eo reſeruantur iura Epiſcopo, & ēt quia Rex non habens dictos caſus mixtos, vt
4 in facto, & in iure demonſtratur, plus iuris, quam ipſe habebat, in alium transferre non potuit, l. nemo plus iuris, cum ſimil. ff. de regul. iur. debet etiam tempus conſiderari, quod dictum criminale fuit venditum, nam fuit vrgente bello contra Regem noſtrum in confinibus Regni, quo tempore ob imminentem neceſſitatem, Regia Curia ſatis procliua fuit ad vendendum, conuentio inhita cum Epiſcopo, nec valida eſt, cum in ea non adſint requiſita à iure, cum ſit facta, durante ipſorum vita, & citra præiudicium ſucceſſorum, vltra ea, quæ producuntur circa Regentis Albertini poten-
5 tiam, Ex quibus ſequitur, quod data titulorum inualiditate, poſſeſsio, quæ ipſis innititur, & ipſa inualida redditur, vt eſt doctr. Magiſtralis Innoc. in cap. dudum nu. 2. extra de decim. Afflict. in §. ſi quis per triginta verſ. 2. nota nu. 4. ſi de feu. defunct. mil.

Ex quibus accedat antiquior poſſeſſio Eccleſiæ, quæ præualere debet in iu-
6 dicio poſſeſſorio, Dec. poſt alios quos allegat in conſ. 56. num. 4. Suares in alleg. 6. num. 18. vbi etiam debet inferri habentem iuſtum titulum, Alba. in conſ. 64. nu. 20. vt eſt tex. & ibi Fely. in cap. licet ext. de prob. Iunior autem poſſeſsio iuriſdictionis præſumitur clandeſtina, vel violenta, vt præſenti caſu Bart. in l. ſi duo col. 2. ff. vti poſſid. Alexa. conſ. 88. in 5. vol. in fin.

Nec prætermittam priuilegium Eccleſiæ, contra quam non datur præſcrip-
7 tio minoris ſpatij 40. annorum, cap. de quarta ext. de pręſcr. auth. quas actiones C. de ſacroſ. eccl. quod tempus pars aduerſa non habet.

Secundus punctus, & indubitatus eſt pro Epiſcopo, nam circumſcripta poſſeſſione, & dato, & non conceſſo, quod Epi-
8 ſcopus habeat ſolū ciuilem; Aduerſarius verò criminalem, & diſceptetur de mixtis, non eſt dubium in iure legem aſſiſtere Epiſcopo, & reſiſtere aduerſario, vt ad literam determinauit Imperator Federicus in Conſt. Regni locorum Baiuli, vbi Baiuli, quibus tantum ciuiles cauſæ om-
9 nes competunt de mixto imperio, & omnibus cauſis cognoſcere poſſunt, exceptis illis, in quibus pœna corporis, & mēbri mutilationis venit, vbi glo. Mari. de Caramanico circa princ. verſ. & qui om-
10 ne debet, idem annuit, dum interpretatur dictum verbum (omne) id eſt omnis generis, ad quod allegat inſt. de ſuſpect. tuto. §. 1. vbi etiam glo. not. in verb. om-
11 nes, & etiam dum ponit regulam, quod qui omne dicit, nihil excipit, l. ſi ſeruus de ſeruit. vrb. pręd. & And. in ead. Conſt. verſ. item ſi tantum, vbi interpretatur
12 dictam Conſtitutionem, dum ponit fallentiam, id non procedere in cauſis feudalibus, dicit enim ibi Andr. ſi tantum cauſas feudales excipit, in omnibus alijs permittit, l ſi maritus C. de procurat. & ibidem Affli. nu. 3. ſed quid opus eſt interpretatione? ſi verba Conſtitutionis
13 clara ſunt, Baiulus verò habet cohertionem in modicis delictis ad inſtar defenſorum ciuitatis, §. audient in auth. de defenſ. ciuit.

Quæ Cōſtitutio ſemper habuit *iſtam* interpretationem in Regno, iuriſdictionem ciuilem comprehendere omnes ca-
14 ſus, pręter dictos tres, vt diſpoſuit per viam declarationis Sereniſſimus, ac Prudentiſſimus ille Ferdinandus Catholicus Rex, cum voto Conſilij penès ipſum aſſiſtentis, vt patet ex Regia Pragmatica inſerta à Ioan. Antonio de Nigris inter Capitula Regni fol. mihi 201. quæ declaratio licet ſit facta ſuper differentia Hoſpitalis S. Catherinę Ordinis S. Benedicti
15 in Caſtro S. Petri in Galatina, ius tamen generale in Regno conſtituit, tex. eſt in l. ſi. C. de leg. Rom. conſ. 260. in propoſito caſu nu. 2. Fely. in rubr. de reſcrip. nu. 1. & in cap. in cauſis num. 3. de re iud. Aym. conſ. 135. verba decreti nu. 35. Rebuf. ſuper concord. in rub. de collat. §. ſtatuimus 2. verb. non, Pariſ. conſ. 75. omnis difficultas nu. 29. lib. 4. & id ipſum ſcilicet, vt dicta Regia Pragmatica ius generale faciat in Regno, fatetur Io. Arno. ſoliloq. 24. & alijs rationibus nititur probare Niger in illius comment. num. 9. ſimilemq; declarationem fecit in hoc Regno, mentionē faciens de prędicta Conſt. Regni Ludouicus III. adoptatus per Reginam Ioan. II. in anno 1433. in cauſa Epi Caſſani, cū Capitaneis Tribiſacij, & Miromanni; & quamuis reſpondeatur, dictū Ludouicum legitimum Regem nō fuiſſe, nō tollitur, quod ſemper ita ſit interpretata Conſtit. prædicta; ſicq. interpretati fuere dictam Conſtitutionem Capyc. in dec. 27. n. 12. & Io. Ant. de Nigr. ſuper Cap. Regn. in cap. ad peruerſorum nu. 22. f. 213

qui

Digitized by Google

q̃ui cum prędicta declaratione tranſie-
runt. Nec eſt mirum, cum ipſam non fun
dauerunt rationibus; ſed ſic ſimpliciter
tranſierunt, nam id peruenit ex eo, quia
prædicti *DD.* non habuerunt aliquam
difficultatem in hoc, poſtquam legem
Regni, & Regis interpretationem in ſpe-
cie habebant; minimè enim ſunt immu-
17 tanda, quæ interpretationem certam
ſemper habuerunt, Paul. in l. minimè ff. de
legib. Et non ſolum in Regno hæc inter-
pretatio ſic communiter recepta fuit,
ſed etiam in Hiſpania, in Regno enim
Valentiæ ſic obſeruari aſſerit Petr. Bellu-
ca maximę authoritatis Doctor in Spec.
Princ. rubr. 24. §. mixtum in fi. fol. 124.

Poteſt etiam de iure communi prædi-
18 cta opinio fulgiri, cum cauſarum ciui-
lium, quædam ſint mixti imperij, vt dixit
ſingulariter Bal. in l. placet nu. 12. C. de
pedan. iud. & habens iuriſdictionem cri-
minalem, non ſit propriè Dominus, nec
ſemper, ſed eius iuriſdictio dependet ab
euentu: Dum enim committuntur deli-
cta, eſt *Dominus*, & non aliter, habens ve
rò ciuilem eſt propriè Dominus, cum ſit
Dominus territorij habet iuriſdictionẽ,
19 quæ eſt in terrendo, ſiue monendo, & co-
hercendo, ita Andr. in §. præterea ſi inter
duos nu. 89. de prohib. feu. alien. per Fed.
per tex. in l. pupillus §. territorium ff. de
verb. ſign. Bal. in l. 1. §. in initio nu. 4. verſ.
ſed pone ff. de off. præf. vrb. & in d. l. pla-
cet nu. 12. C. de pedan. iud. & Roma. conſ.
444. nu. 7. cui territorio cohęret iuriſdi-
20 ctio, ſic vt nebula ſupra padulẽ, vt vtar
verbis Bal. in c. 3. de allod. & in l. j. §. in ini
tio nu. 2. ff. de off. pręf. vrb. dicit, quod iu-
riſdictio eſt in territorio materialiter, &
21 paſſiuè, in magiſtratu verò formaliter,
& actiuè, & Oldr. conſ. 252. nu. 7. dicit, q
habet ſimilitudinem ſeruitutum, quæ
debentur à re, vel debentur rei, ipſam
rem comitantur, quocumque alienetur,
Dominum ciuilis, & Dominum Territo-
22 rij vaſſallorum, & ſibi præſtari iuramen-
tum fidelitatis, & ſubuẽtionis à vaſſallis,
& non Domino criminalis, dixit Frecc.
lib. 1. de off. Mag. Iuſt. fol. 25. nu. 26. & ſi id
procedit de iure in cæteris, tanto ma-
gis procedit in Epiſcopo Monopolita-
no, qui tot, & tantas ſpecies iuriſdictio-
num habere in Ciſternino; demonſtrauit
in facto, ſed particulariter firmabimus
iuris cõmunis diſpoſitione Domino cri-
minalis Ciſternini non niſi illos tres ca-
ſus competere, & cæteros omnes Reue-
rendiſſimo Epiſcopo, non eſt dubium in
Regno is, qui habet criminalem iuriſ-
dictionem, Iuſtitiarium vocari, vt ex ple
23 riſque *C*onſtitutionibus habetur, maxi-
mè in Conſtit. Iuſtitiarij, non per calen-
das, & in dicta *C*onſtitu. locorum Baiuli,
& merum imperium tantum Iuſtitiaria-
tus continet, vt declaratur per Federi-
cum *C*onſtitutione ea, quæ ad ſpeciale
24 decus, ſed merum imperium eſt habere
gladij poteſtatem ad animaduertendum
in facinoroſos homines, tex. in l. imperiũ
ff. de iuriſd. omn. iud. vbi glo. in verb. ani-
maduertẽdum debet animatum corpus
totum, vel partem, & ſic DD. omnes ibi-
dem poſt Bar. concludunt, delicta caſti-
ganda per habentem merum imperium
25 eſſe, in quibus venit mortis, vel membri
abſciſſionis pęna, ad quod accedit text.
in §. ad hoc prohibemus in auth. de col-
lation. Specul. in tit. de iuriſd. omn. iudic.
nu. 12. §. 1. per quem quidem tex. conclu-
dit Petr. Belluc. in Specul. Princip. in tit.
de mixto imperio rubr. 24. verb. poſtre-
mò ſub num. 2. fol. 127. circa princ. quod
ſi Rex habet merum imperium, ſeu Iuſti
tiariatum in Terra Baronis, tręs illos
caſus tantum reſetuaſſe videtur: Cæte-
ra Baronis, ſed quid plura, poſtquam
26 habemus in terminis noſtris conſil. 161.
Oldr. de Ponte antiquiſſimi, & celeberri-
mi Doctoris, vbi firmat, quod cũ Abbas
Ananiæ haberet iuriſdictionẽ Villæ Cel-
læ nouæ, eiuſque dominium, exceptis ca
ſibus meri imperij ad Regem Maiori-
carum pertinentibus, in dicta Villa fuit
declaratum per terminos iuris, quod ad
Regem, non niſi caſus, in quibus veni-
ret pœna mortis, vel membri abſciſſio-
nis ſpectabant ſub nomine meri imperij,
quodq; pariter in præſenti caſu punctua
liter procedit.

Tertius punctus, nec aliquid dubij ha-
bere poteſt, & ſatis prodeſt in hoc iudi-
cio, quod cũ tractetur de iuribus incor-
poralibus, habet mixtã cauſam proprie
27 tatis, l. 2. §. quædam ff. de interd. & facit
tex. in cap. cum Eccleſia Sutrina ext. de
cau. poſſ. cum appareat Bulla Papæ Ale-
xandri III. in anno 1180. qua confirmat
multa bona Epiſcopo Monopolitano, &
28 præſertim Eccleſiam Sancti Nicolai de
Ciſternino, cum Caſali ſuo, vtitur ijs
propriæ verbis, Appellatione Caſtri,
& Villæ iuriſdictio, honor, & diſtri-
ctus continetur, vt eſt doctrina magi-
ſtralis Inno. in cap. ex literis nu. 2. ext. de



Digitized by Google

iur.patron.& poſt ipſum Bal. in l.1.§. in
initio num.2.ff.de off.pręfect.vrb.& in l.
cum multa nu.4.C.de bon.quę lib.& in l.
penul.num.8.C.de cond.inſer. & in l.fin.
nu.3.ff.de cõſtit.princ. & in l. placet nu.
12.C.de ped.iud.Bar.in l. ſi quãdo nu.6.
C.de bon.vacan.lib.10. & in l. poſſideri
num.5.ff.de acquir.poſſ. & in l.inter eos
ff.de acqui.rer.dom.& in l.1.§. cũ vrbem
num.5.& 9.ff.de off.pręf.vrb.& in d.nu.5.
loquitur etiam in villa,Rom.in conſ.444
num.7 tenet idem optimis rationibus,&
29 præſertim,quia nomina,caſtrum,villa,&
ſimilia, iuriſdictionem in ſe continent,
immò firmat idem, etiam ſi fuiſſet ven-
dita medietas petræ, non adiecto verbo
prædiorum,vel caſtro num.9.Oldra.op-
timè etiam,& latè in conſ.252 qui loqui-
tur facta eccleſiæ num. 7. & in caſtro,&
villa nu.8.Pari.in conſ.9.nu.17.& 18. p.1.
Paris de reintegr.fol.107.C.Baro habens
feudum in ſi.Iacob.de inueſt.in verb.de
caſtro nu.4. Alcia.in §.vrbis ff.verb.ſign.
latè Couar. lib.1.c.1. nu.10. pract.quæſt.
Alba in conſ.64.nu.67. vbi etiam loqui-
tur de eccleſia,Suar.in alleg.6. n.5.vbi,&
de villa loquitur,& dum donatur caſtrũ
30 eccleſiæ à Principe, videtur conceſſa
omnimoda iuriſdictio, & merum impe-
rium,& nihil ſibi reſeruaſſe, quod non
ita ſi cõceditur priuato, videtur namq;
reſeruaſſe ſuperioritatem, Ioa.Andr.in
add.ad Spec.in tit.de iuriſd.omn.iud.nu.
16.in verb.paſtoralis verſ. ex p̃dictis,ſe-
quitur Affl.in proem.Conſt.q.22. melius
comprobat Guglielm.Bened.in rep.cap.
Raynũtius verb.& vxorem nomine Ade-
laſiam 2.deciſ.nu.24. fol. mihi 60. à ter.
4.colu. & dum agimus de iuriſdictione
31 temporali,eccleſia habet intentionem
fundatam ratione loci,vel terræ quam
poſſidet,Gemin.in cap.Romana §.debet
autem de appell.in 6.1.notab. per illum
tex.nam cum ratione certæ cauſæ per le
32 gem tribuitur iuriſdictio temporalis,&
eccleſiam comprehendit,in quibus viget
illa qualitas in feudo, & caſtro ineſt iu-
riſdictio actiuè, & paſſiuè, Gugliel.in d.
repet.verb.& vxorem dec.3.num.18.f.90
per doctrinam Innoc. in cap. verum de
foro comp.& Abb.in cap. cæterum nu.7.
33 de iudic. & cum eccleſia iuriſdictio-
nem,& dominium caſtri habet, etiam ad
pęnam vltimi ſupplicij ſe extendit, ſed
gladij poteſtatem exercere debet per of
ficialem, ita ad literam diſponitur per
Summ.Pont. in cap.fin. ext. ne cler. vel
mon.vbi gloſ.notab.in lib.6.magiſt. pro-
ſequitur Card Zab.in cle.1. §.1 qui incip.
eiſdem de for.comp.q.6.nu.2.

Nec obſtat,dictum priuilegium fuiſſe
Summi Pontificis, nam declaratur per
priuilegium Regis Ferdinandi Primi in
anno 1464.in quo inſerit de verbo ad ver
bum priuilegium dicti Summi Pontifi-
cis,ipſum cõfirmat,& quatenus opus eſt
de nouo concedit, & inſimul confirmat
vnum capitulum conceſſum per eundem
Regem,quod Caſale Ciſternini reſtitua-
tur eccleſiæ Monopolitanæ, & in eodem
anno 1464. profertur ſententia per eum-
dem Regem Ferdinandum confirmando
ſententiam prolatam per Regem Fede-
ricum eius filium, tunc Gubernatorem
Prouinciæ Hidruntinæ;qua fuit prouiſũ
quod Nicolaus de Indello priuetur iu-
riſdictione Ciſternini, & ipſam transfe-
rendam eſſe in Epiſcopum cum Turri,
Portilitio, hominibus, vaſſallis, & alijs
quibuſcumque iuribus ad Caſale ſpe-
ctantibus:& in anno 1510. fuerunt expe-
ditæ prouiſiones per eamdem Regiam
Audientiam,quod Epiſcopo conſignetur
poſſeſſio Terræ Ciſternini cum omnibus
vaſſallis,fructibus,redditibus,& omni alia
re, & bonis ad Epiſcopatum ſpectanti-
bus: & in anno 1468.idem Rex Ferdinã-
dus Primus mandauit, quod liceat Ca-
pitaneo Monopolis exercere officium
Ciſternini, quoad iuriſdictionem crimi-
nalem dumtaxat. & in anno 1528. Prin-
ceps Orangiæ conceſſit Galeotto Fon-
ſechæ criminale Ciſternini ſimpliciter.
Vnum enim priuilegium declaratur per
aliud,& originale declarat confirmato-
34 rium,& ex duabus ſcripturis coniunctis
fit liquida probatio, Bal.in cap.audiuis
de præſcrip.quem ſequitur Alba in cõſ.
64.nu.33.ad probandum dominium anti
quum eccleſiæ in ſuis Caſtris, & Ciuita-
35 tibus ſatis eſt generalis opinio, & fama,
Bal.eſt dictum in l.conuenticulas ſub nu.
6.verſ.quod licet eccleſ.C.de epiſ.& cle-
ric. etiam ſi ſcripturas non haberet, id
ſufficere cõcludunt DD.in cap.cum cau-
ſam per illum tex. de prob.

Quæ omnia confirmat dictum priui-
36 legium Alexandri III.Summi Pontificis,
cum proprium ſit Pontificum, priuile-
gia declarari per Reges, Bal. in cap.au-
diuis de præſcrip.colu.1. per illum tex.
quẽ ſequitur Alba conſ.64.n.32.ſed quis
37 dubitat,dictam Bullam Summi Pontifi-
cis ſolam ſufficere? cùm verba enuncia-
tiua

Digitized by Google

tiua plenè probent etiam inter alios, &
in præiudicium tertij, vt per omnes Scri
bentes in l. cum aliquis C. de iur. delib.
& in cap. cum cauſam de prob. etiam ſi
38 eſſent incidentèr, & propter aliud pro-
lata, vt enunciatio confinium, Ant. Butr.
in cap. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt.
& in clem. ſi Summus Pontifex per illum
tex. de ſent. excom. latè Iaſ. in repet. l. ad-
monendi num. 240. cum ſeq. ff. de iur. iur.
39 licet hic propter ſe emiſſa videatur, quo
caſu notorium inducunt, Aym. in tract.
de antiquit. temp. 1. par. num. 77. fol. 22. &
id maximè procedit in verbis Summi
Pontificis, iuxta tex. in clemen. vnica de
prob.

Quod & poſſeſſio ſubſequens declara
40 uit in omnibus caſibus, exceptis illis tri
bus, vt in primo capite diximus, argum.
l. ſi de interpretatione ff. de leg. Abb. cōſ.
62. quamuis nu. 40. cum probauerimus
omnium caſuum permanſiſſe in poſſeſ-
ſione præter illos tres, vt in facto, & ſu-
pra diximus; præſumitur enim omnia poſ
41 ſediſſe virtute tituli præcedentis, l. 2. &
ibi Bar. & alij C. de acquir. poſſ. gloſ. in l.
quadā mulier ff. de rei vend. Bar. in l. cū
ſolus col. vlt. ad fin. ff. de vſucap. Roman.
conſ. 218. pro plena num. 6. Socci. conſ. 15
inſignis Doctor col. vlt. lib. 4. Hippol. in
l. ſtatuliber. num. 8. ff. de quæſt. Alciat. in
tract. præſump. regul. 2. præſ. 24. Aym. cōſ.
91. Nobilis Ioannes nu. 9. conſ. 158. viſis
actis nu. 13. & fuſius conſ. 226. nu. 5. Ioan.
Cæphal. conſ. 315. ſcripſi nu. 8. conſ. 325.
ſimulatio nu. 4. lib. 3.

Quibus duo tantum opponit pars ad-
uerſa.

Primò, in Regno abſque ſpeciali titu-
lo non poſſe Regalia poſſideri, & ſic me-
rum imperium.

Secundò, ſupradictas deciſiones, & do
ctrinas procedere in conceſſione caſtri,
quod non eſt ſubditum alterius iuriſdi-
ctioni, ſecus autem in verb. caſale, vt in
caſu noſtro, quo conceſſo, non venit me-
rum, & mixtum imperium, cum ſit ſub
aliena iuriſdictione, & territorio.

Primum non meretur allegari, nam
42 conſtitutio ea, quæ ad decus prohibens
ſupradicta non poſſe ſine titulo poſſide-
ri, fuit edita ab Imperatore Federico, q
fuit in anno 1221. vt in d. Conſti. fol. 283.
Bulla verò prædicta Alexandri III. fuit
in anno 1180. & ſic ante Conſtitutionem
prædictam, quæ propterea dictam Bul-
lam non tollit, cū lex prouideat futuris,
& non præteritis, l. humanitatis C. de
nat. lib.

Secundum nec militat, nam quamuis
multi ex Doctoribus ſupra allegatis, di-
cant rationem (qua conceſſo caſtro ve-
43 niat omnimoda iuriſdictio) eſſe cauſam,
quia ſub caſtro ineſt territorium cui
adhæret iuriſdictio, quæ ab eo ſeparari
non poteſt, tamen dantur infraſcriptæ
reſponſiones clariſſimæ; quarum.

Prima eſt, quia multi ex dictis Docto-
ribus loquuntur etiam in villis, vt ſupra
adnotauimus.

Secunda, quia quamuis in Bulla Papæ
Alexandri, dicatur Caſale, tamen in alijs
ſcripturis, de quibus ſupra Ciſternum,
vocatur Terra, vel Caſtrum, vt in priui-
legio Ferdinandi Primi in anno 1468. &
in prouiſione Galeotti Fonſechæ, & da-
to, quod antiquiſſimo tempore Ciſter-
ninum Caſale fuiſſet, & ſubditum Mono
politanæ Ciuitati; nonne Rex dum Ter-
ram nominauit, & eccleſiæ confirmauit,
& cōceſſit, à iuriſdictione alterius ſegre-
gauit, & eccleſiæ Monopolitanæ tradi-
dit, poſtquam Ferdinandus iuriſdictionē
tantum criminalem ad ipſum dixit ſpe-
ctare, & reliqua ad eccleſiam; Potuit
namq; Rex, & Pontifex Caſale Ciſternini
44 à Monopolitana Ciuitate auferre, & in
dominium eccleſiæ transferre, vt firmat
Suar. alleg. 7. num. 11. per dictum Bal. in l.
ſacra §. ſciendum ff. de rer. diuiſ. Bart. in
l. 1. in princ. ff. ne quid in loco publ. qui in
vico ciuitatis loquitur, cum Rex Caſa-
45 le, vel Villam, Terram nominat, vel Ciui
tatem, non amplius pro Villa habenda
erit, ſed pro Terra, argum. tex. in l. vnica
C. de metrop. Berith. lib. 10. And. in c. 1. de
his, qui feu. dar. poſſ. nu. 10.

Tertiò, quis reuelauit parti Ciſterni-
num non habere Territorium in actis ip
ſa nil produxit ad hoc, & nos cōtrarium
oſtendimus, poſtquam Epiſcopus in ip-
ſius Territorio habet damna data, & ſic
baiulationem, vt apparet ex conuen-
tione inhita inter Epiſcopum, & Vni-
uerſitatem, quomodo poteſt exerceri Ba
iulatio abſque Territorio, & ſic etiam
decima, quæ ſoluitur Epiſcopo de fructi
bus intus territorium, & quintadecima
quæ ſoluitur de fructibus extra territo-
rium, quomodo poſſunt eſſe abſque ter-
ritorio; imò Ciſterninum, cum alijs Ter-
ris conuicinis fecerunt conuentionem
in anno 1566. cum Ciuitate Monopolis,
q diuiſio territorij fieret ſolum quoad
cuſto-

Digitized by Google

cuſtodiam,& baiulationem tantum,quo verò ad communionem, remaneant cõmunia ſicut antea, vt in proceſſu Regiæ Cameræ ad inſtantiam dictarum Vniuerſitatum contra Monopol.in 2.cap. fol 8. & in eodẽ proceſſ.ſupra tres teſtes probant dictam communionem à fol.39.

Quartò,dato & non conceſſo,quod nõ haberet territorium, nonne ratione vaſſallorum veniret omnimoda iuriſdictio, & quod adſint vaſſalli, & ſint Epiſcopi, non eſt dubium ex eademmet Bulla, & alijs ſupradictis,& præſertim ex decreto,quod ſoluãt tarenum *delle opere*,quod non deberent niſi ratione vaſſallagij.

Quintò,ceſſat omnis difficultas ex illo verbo, ſuo, dicit Summus Pontifex in dicta Bulla, Eccleſiam S. Nicolai de Ciſternino,cum Caſali ſuo,pronomen illud
46 ſuum dominium etiam vtile ſignificat,l. indebiti §.ſed & ſi nũmi,& ibi not.Iaſ.6. not.nu.6.ff.de cond.indeb. latè Rebuff.in l.meorum ff de verb.ſign.

Sextò,non ſequitur,eſt Caſale, ergo
47 ſubeſt alterius iuriſdictioni,vt per Alex. poſt alios,quos allegat in conſ. 16. nu.2. vol.5.qui quamuis loquatur in Villa, Capyc.qui ipſum alleg.in inueſt.in verb.villa fol.101. dicit, quod in Regno noſtro Villæ dicuntur caſalia, & idem videtur dicere in verb.vicis fol.eod.& non ſubeſ
48 ſe alterius iuriſdictinoi,cõſtat ex ſupradictis priuilegijs,quibus Reges ipſum vocant noſtræ Curiæ.

Ex quibus poteſt etiam optimè fundari,exequutionem Regiæ Pragmaticæ ſtante poſſeſſione tempore ipſius pragmaticæ, & titulo præcedente, quæ duo requiruntur ad fundandam dictam exequutionem.Meritò ex prædictis, & alijs in facto adnotatis venit manutenenda Eccleſia Monopolitana in poſſeſſione omnimodę poteſtatis,ſiue iuriſdictionis exceptis illis tribus caſibus criminalis ditionis.

Scipio Garganus.
Aſcanius Ruffus.
Io. Marcus Aquilinus.
Innocentius Paulutius.

## PRO RESOLVTIONE HVIVS cauſæ.

49 PRæſupponendum non eſſe dubitandum,iuriſdictionem criminalem eſſe Regij fiſci,& conſequenter Io.Vincentij & iuriſdictionem ciuilem eſſe Eccleſiæ, hoc fundat priuilegium Federici anni 1464.cum inſerto tenore Bullæ Alexandri Tertij,& priuilegium eiuſdem Regis anni 1468.& ſi quis vellet contrarium attentari,obſtaret exceptio Regiæ pragmaticæ,ſtante diſpoſitione Regis,& poteſtate.

Quæſtio igitur incidit qui caſus ſunt ſub iuriſdictione ciuili, & qui ſub iuriſdictione criminali.

Hic ſumus extra amaritudines DD.
50 an conceſſo Caſtro veniat merum imperium,vt per Scrib. poſt Bar.in l. 1. ff. de iuriſd.omn.iud.& qui ſunt caſus meri imperij,vt in l. Imperium eod.tit. quia ſũt termini diuerſi à terminis caſus noſtri in quo non eſt quærendum, an conceſſo Caſtro veniat merum imperium,& quid de Villa, quæ non habet territorium, & pariter qui ſunt caſus meri imperij; q̃a vt dixi,exploratum eſt in Ciſternino Eccleſiam habere ciuilem iuriſdictionem, Regem habere criminalem tantum, videndum igitur,quod ſit iudicium criminale,& quod ciuile.

De iure communi variæ ſunt opi-
51 niones, tamen vera, & cõmunis eſt opinio glo in l.3 ff de ſepul.viol quam ibi ſequitur Bar.alios congerit Iaſ. in rub. C. de iudic.& Fely.in rub.ext. eod.tit. de iudic.ſi pœna fiſco criminale,ſi parti ciuile,ſi vtrique mixtum.

De iure Regni idem,quia Conſtitutio locorum baiuli,licet dicat,quod baiulus cognoſcit de minimis furtis, & alijs offenſis,de quibus conuicti pęnam ſui corporis, vel ablationem membrorum non incurrunt, tamen vera eſt opinio, vt ibi per glo.Andr.& Affl.intelligitur,quando non agitur criminaliter,ſed ciuiliter, & hoc videtur conforme diſpoſitioni iuris communis, ſed adeſt declaratio Regis Catholici, eſt lex, non video reuocatam maximè concurrentibus probationibus.

Si dicitur, quod non fuit recepta, dico,id proceſſiſſe, quia ſemper fuerunt in cõtrouerſia,ſunt res Eccleſiæ, mutationes Prælatorum, quomodo in damnum Eccleſiæ recedam à declaratione factas ideo contra eam ſentio, quod caſus in quibus pœna eſt certa, & eſt cõtra illos tres caſus,& ſpectat ad ciuilem,aut ſũt infra illos,& ſpectat ad criminalem,vnũ addo,& eſt incluſus in declaratione, q̃ ſi caſus ſubiacet pœnæ arbitrarię, tunc in modo procedẽdi æquiparatur capitali, &

& ideo ad criminalem, idem dicitur de prohibitione delationis armorum, quia tendit ad compeſcendum, ne crimina patrentur.

Si eſt petitorium hoc modo determinãdum, ſi eſt poſſeſſorium, præualet probatio, quę eſt conformis diſpoſitioni legis, vt iuribus vulg.

32 *Die 22. Iunij 1579 Fuit votatum in Collaterali Conſil. pro Eccleſia, fuit Relator D. Franciſcus Antonius Dauid, alij qui interfuerunt fuerunt D. Reg. Reuerterius, D. Regens Salazar, D. Anibal Moles, D. Franciſcus Aluarez de Ribera Præſidentes, & Ego.*

## ADDITIO.

IN contrarium de iure reſpondit his allegationibus Camill. de Medic. in conſil. 57. Epiſcopus ciuitatis &c. vbi additio pro comprobatione alios adduxit Doct. quamquam prius in eadem re contigiſſet vendi Terram ipſam à Barone illius, & Epiſcopus prętendiſſet ſtare in poſſeſſione iuriſdictionis criminalis, ſcilicet meri, & mixti imperij, virtute Bullæ Alexandri Papæ Tertij, & confirmatæ per Regem Ferdinandum in anno 1180. ſuper quo optimè allegauit in iure Anna alleg. 120. vbi in fine retulit, deciſum fuiſſe in Collaterali Conſilio, ꝙ procederetur ad venditionem, ſaluis iuribus Reuerend. Epiſcopi Monop. inde ſuccedente venditione fuit Epiſcopus prælatus in venditione, vti cõſocius in iuriſdictione, de anno 1581. vt retulit Proſp. Rendella in tract. de iure prothomi. verb. ſub eodem ſeruitio ſub num. 54. fol. 156. licet ad conualidationem rationum huiuſmodi caſus etiam conueniant diſcuſſa per Ann. alleg. 52. ſi conceſſa Terra veniat merum, ac mixtum imperium, & cauſæ appellationum, prout contingit in conceſſione Terræ Griptaliarum facta Eccleſiæ Tarentinæ, vt ibi per eum, & concludere videtur in beneficium ipſius Eccleſiæ, cuius cauſæ Commiſſarius fuit Auctor noſter, & quid in conceſſione iuriſdictionis cum reſeruatione cauſarum criminalium, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, membri abſciſſionis, & exilij, an per illud verbũ (exilij) intelligi debeat de perpetuo, vel temporali, latiſſimè agit Dñs meus Reges Tapia deci. S. C. 10. de conſimili conceſſione facta Eccleſiæ Barenſi de Terris Rutiliani, & Sancti Nicandri, & refert iunctis Aulis fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, vt in conceſſione Caſtri cum iuriſdictione, inſpecto iure communi venire merum, & mixtum imperium ſub num. 27. ſubdens num 49. deciſum eſſe, verbum (exilij) in iure accipi ſecundum ſubiectam materiam: & in caſu tunc occurſo de perpetuo tantum intelligendum fore, & non de omni exilio, & pro coronide copioſè Iudex Capiblancus in 2. tom. ſui tract. de Baronib. cap. 36. diſputat articulum illum, quid enim importet merum, & quid mixtum imperium, & quas pœnas contineat vnum, & quas alterum pro diſtinctione iuriſdictionum diuiſè conceſſarũ, prout in caſu ibidem relato latiſſimè proſequitur, cui iuhærendum, ne prolixitatis vitio redargui poſſim in hoc.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Res iudicata dicitur quoad ea de quibus cognitum, & iudicatum eſt.*

2 *Sententia non habet ſupire iurgia non ventilata.*

3 *Cauſa eſt illius procuratoris, qui eam praeoccupauit, quando ſunt plures procuratores.*

4 *Sententia in cauſis fiſcalibus præſente aduocato fiſci erit ferenda, alias non valeret.*

5 *Abſens dicitur etiam ille, qui præſens ſit, non tamen citatus, vel monitus ad illum actum.*

6 *Negatiua probatur per inſpectionem ſcripturæ, in qua id, de quo agitur, non apparet.*

7 *Quod non reperitur ſcriptum, non præſumitur actum, & per rimationem actorum probatur negatiua.*

8 *Procurator victus tenetur appellare.*



Digitized by Google

9 Ius fiſci ſaluum eſt, quando fraus, vel prauaricatio interuenit.
10 Prauaricatio dicitur in aduocato, & procuratore, ſed in priuato fraus.
11 Appellatio operatur, vt res abſque damno more perſiſtet.
12 Lex reſpicit futura.
13 Sententia lata ſuper re feudali perpetuò reuideri pot eſt.
14 Fiſcus ſaccus dicitur, & quare.
15 Dolus committitur etiam tacendo.
16 Vaſſallus non certiorans dominum, dicitur in fraudem verſare.
17 Dolus eſt ſi quis non facit id, ad quod ſcit ſe teneri.
18 Reſtitutio perpetuò competit, quando fraus interuenit ex clauſula generali.
19 Qui commodum ſentit complacere videtur.
20 Exceptio rei iudicatæ cum ſua cauſa vti debet
21 Lucrari ex dolo, & fraude non debet.
22 Reſtitutio conceditur ei, qui reperit inſtrumenta de nouo, quibus non potuit vti in prima cauſa.
23 Officiales ob multitudinem negotiorum præſumuntur aliquando ignoraſſe rationes eorum.
24 Sufficit de nouo produci, licet ſcitum, & ob negligentiam omiſſum in Fiſco, Eccleſia, & Republica.
25 Fiſcus habet quadriennium aduerſus ſententias.
26 Fiſcus non debet eſſe deterioris conditionis, quã priuatus.
27 Quadriennium à quo die incipit currere.
28 Reſtituitur is, qui non potuit producere inſtrumenta, quæ prius erant in poſſe alterius.
29 Reſtitutio vſquequo erit concedenda, & à quo die.
30 Tex. in l. 1. C. de ſent. aduerſ. fiſc. qualiter intelligatur.
31 Exceptionis rei iudicatæ vigor ceſſat, quando ſentẽtia ritè, & rectè eſt lata, & tranſiuerit in rem iudicatam, ſi is pro quo lata ſit, pateretur diſcuti.
32 Effectus exceptionis rei iudicatæ importat exceptionem deſertionis.
33 Pragmatica edita Thori quos fouet.
34 Verbum præſentis temporis facit quod requiratur, quod tunc ſit.
35 Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.
36 Clauſula præcedens refertur ad ſubſequens capud.
37 Proemium denotat cauſam finalem.
38 Ratio regulat, ampliat, & reſtringit diſpoſitionem legis.
39 Mens eſt ſicut anima, verba ſicut ſuperficies.
40 Mens arguitur ex ratione non expreſſa, etiam in correctorijs.
41 Mens legis, & non verba attenduntur, quando aliter dictarent.
42 Obliuio inducitur diſcordiarum ob bella inde ſequuta.
43 Locus Ciceronis perpenditur, circa conceſſiones donatorum, an turbari debeant.
44 Cap. Regni, Et ſi frequenter corroboratur ex pragmatica de poſſeſſ. non turb.
45 Pragm. 1. de poſſeſſ. non turb. comprobatur diſpoſitione iuris.
46 Lis eſt cauſa malorum.
47 Fiſcus ſuccedens priuato vtitur iure priuati.
48 Pragm. edita Thori an ad futura extendatur.
49 Pragmatica edita Thori ad quem finem inducta, quid etiam de iure probatur.
50 Beneficium præſentiã tantum continet, præſertim in diſpoſitionibus grauis præiudicij.
51 Conceſſio iuris operatur id, quod ſecundũ potentiam diſponentis, & aptitudinis ſuſcipientis eſt diſpoſitum.
52 Alienare ſemper quis præſumitur ius, quod habet.
53 Non entis nullæ ſunt partes.
54 Qualitas non eſt ſine ſubiecto.
55 Impoſſibile eſt intelligere antecedentia extra ſubiectum.
56 Non poteſt probari memoria, quæ eſt qualitas, ſi non conſtat manufactum, quod eſt ſubiectum.
57 Agens petitorio dicit, aduerſarium poſſidere.
58 Inuerſimile habet imaginem falſitatis.
59 Regula l. tale pactum §. fin. ff. de pact. procedit etiam in regali conceſſione.
60 Tex. in l. cum ſeruus ff. mand. ponderatur.
61 Vaſſallus liberto æquiparatur.
62 Contra odioſos eſt præſumptio voluntatis, & ibi multa contra odioſos adducuntur.
63 Multiplicatio tituli ad cautelam nil immutat.
64 Appellatio reducit rem ad terminos litis conteſtatæ.
65 Reſtitutio importat ſolum quod integrum ius ſuum quis recipiat.
66 Statutum reſtitutionem concedens, intelligitur quoad hoc, vt conſeruetur indemnis, non vt conſequatur lucrum.
67 Error eſt contrarius conſenſui.
68 Qui errat nil transfert.
69 Factũ à Principe non dicitur, dum ipſe errans concedit.
70 Error magis inficit, quando eſt ad aſſertionem aduerſarij.
71 Verba vbi non poſſunt adaptari, nec diſpoſitio locum habet.
72 Clauſula reſeruationis habet vim conditionis, &

Digitized by Google

*& quid operentur verba, vim conditionis habentia, nu. 73.*

74 *Diſpoſitio conditionalis nil ponit in eſſe.*

75 *Conceſſio facta per aliquem, meram translationem iuris, quod habet, importat.*

76 *Aſſenſus ſuper conceſſione præſtitus, quid importet.*

77 *Scriptura priuata, etiam regiſtrata, tertio non præiudicat.*

78 *Scriptura vt probet contra tertium, quodnam exigat.*

79 *Exceptio contra ſtatutum tollens omnes exceptiones, admitti etiam debet, quod non adſit ſcriptura, ſimiliter quod non ſit laudum, vel inſtrumentum, nu. 80.*

81 *Pragmatica edita Thori, an locũ habeat quando quis haberet titulum, & poſſeſſionem à Rege.*

82 *Ius quod ex alio capite eiuſdem ſtatuti competit, an intelligatur ſublatum.*

83 *Princeps non præſumitur ſe velle corrigere.*

84 *Cauſam habentes à diuerſis Regibus concedẽtibus, quis eorum erit tuendus.*

85 *Donatio remuneratoria eſt titulus oneroſus, & habet vim permutationis.*

86 *Donatio remuneratoria ſimilis eſt emptioni.*

87 *Præfertur ille, qui vel tractat de damno, vel iuſtiorem cauſam fouet ex duobus priuilegiatis.*

88 *Præfertur ex duobus Bannitis litigantibus, & inuicem opponentibus exceptionem Banni denegantis audientiam is, qui tractat de damno, & ratio deducitur.*

89 *Appellatio eſt defenſio.*

90 *Argumentum ab abſurdo, bonum eſt in iure.*

91 *Clauſulæ, ſaluis iuribus alienis, & ſi ritè, ac rectè proceſſerunt, vim conditionis habent.*

92 *Rex non præſumitur vnico verbo, omnibus derogare.*

93 *Ius ciuile calumniari non debet, aut eius verba carpi.*

94 *Deciſio quæſtionis affertur.*

## PRO REGIO FISCO, in cauſa Latronici.

## ALLEGATIO XXVI.

**I**LLuſtriſſ. Princeps Biſiniani Menſe Martij 1468. impetrauit aſſenſum ad vendendum caſtrum Latronici per priuilegium. Poſtea de Menſe Octobris 1472. declarauit, quod tenens caſtrum prædictum pleno iure cum iuribus, rationibus, & pertinentijs omnibus, francum, exemptum ab omni ſeruitio, & præſtatione quacumque, excepto feudali ſeruitio debito Reg. Curię, vigore aſſenſus prædicti vendiderat caſtrum ipſum cum integro eius ſtatu, & cum omnibus iuribus ipſius quond. Nicolao Ritio, confirmauit venditionem prædictam ſic liberam; ac de nouo vendidit, reſeruans tamen in hoc ſecundo actu venditionis, cauſas appellationum, ac ſubuentiones dari ſolitas per Vniuerſitatem.

Succeſſiuè Rex Ferdinandus I. in anno 1488. conceſſit caſtrum ipſum tenendum in capite à Rege q. Iulio Palmerio ſuo conductorio, vt rem propriam deuolutã ob culpam Principis eius ſequacium adhęrentium, & ſubfeudatariorum, per priuilegium. Poſtea Bernardinus ſucceſſor dicti Principis, olim ſimiliter rei, reuertens ad obedientiam, obtinuit reſtitutionem à Ferdinando Secundo, de quo defuncto, impetrauit priuilegium à Rege Federico, in quo ipſe Princeps enumerat Terras, & Caſtra ſui ſtatus, & inter alia aſcribit erroneè, ſeu dolo Caſtrum Latronici, ſub die 3. Octob. 1496.

Et conceſſit (vt aſſeritur) caſtrum ipſum eidem Palmerio in ſubfeudum tamquam rem propriam ipſius Principis, & ad eum apertum, reſeruando ſibi cauſas appellationum, & iuſtitiæ retardatæ, & denegatæ, & quod teneretur ab ipſo Principe in capite, ac teneatur ei ſeruire, & ſoluere adhoã; narrans, quod Iulius ipſe iam tenebat illud ex conceſſione ſibi facta per Regem Ferdinandum prædictum qui erepſerat ipſum à poſſe Nicolai Ritij emptoris, ac attendens ad ius quod habebat prædictus Iulius in caſtro ipſo; patet ex cartula, quam aſſerunt eſſe cõceſſionem Principis, non tamen eſt ſcriptura publica, nec habet requiſita ſcripturæ priuatæ, ſub 7. Iulij 1498.

Mortuo dicto Iulio Palmerio, Io. Antonius eius filius continuando poſſeſſionem caſtri prædicti, taliter in capite à Regia Curia, per priuilegium 15. Martij 1507.

Et poſtea ſpiritu nequam ductus callido commento, aſſerens incendio S. Claræ vbi conſeruauerat ſcripturas propter bella, perdidiſſe aſſenſum Federici ſuper conceſſione facta ſuo patri per Principem, petijt declarari prædictum aſſenſum fuiſſe præſtitum 16. Decemb. 1512.

In qua cauſa producta dicta cartula

prę

prætenſę conceſſionis per Principem prædictum in ſubfeudum, ac præſentata copia memorialis aſſenſus, dictantis de ſimplici donatione,& conceſſione expediti per verbum fiat,factiſq; probationibus per verborum inuolucra, & machinationes, obtentum fuit,declarari aſſenſum fuiſſe expeditum, & prędictum Baronem remanere ſubfeudatarium, per decretum 28. Octob.1513.

Mortuo dicto Io.Antonio ſine hærede in feudo,cum Fiſcus cępiſſet poſſeſſionē caſtri prædicti, vigore cap. ex pręſumptuoſæ,comparuit Princeps,dicēs, ipſum præoccupaſſe,& turbari per fiſcum,28. Ianuarij 64.

Et editis dictis reſtitutione Federici, cartulis prætenſæ conceſſionis,inueſtituræ,ac dicti obreptitij decreti obtenti in anno 13. qui neſciebatur quod caſtrum prædictum dicto anno 1468. fuerat venditum Ritio prædicto,& ob eius culpam ereptum,& conceſſum Iulio, obtinuit per decretum 16. Decemb.1564.

Fiſcus reclamauit 7. Ianuar. 1565. & Princeps oppoſuit exceptionem rei iudicatæ in anno 1512.voluit forſan dicere 1513. & in hoc teritur tempus per aliquas reſponſiones.

Nouiſſimè fiſcus, & pro eo Magnif. à Mangrellis de nouo compertis, aſſenſu, & inſtrumento venditionis prædictis,ex quibus patet rei veritate,dictum caſtrū numquam fuiſſe ſubfeudum Principis, nullumq; ius ſibi in eo competere,producendo in promptu inſtrumentum, & aſſenſum prædictum, petit cogi Principem reſtituere caſtrum prædictum vnà cum fructibus, etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus prædicta.

Et demonſtrat,quod rei veritate ſemper fuerit poſſeſſum per prædictos de Palmerio à Reg.Curia in capite, per cōceſſionem prædictam factam Iulio per Ferdinandum in anno 88.& inueſtituram prædictam Regis Catholici, Mart. 1507. ad quod & ponderat verba aſſertionis dicti Priuilegij Principis.

Princeps defendit cauſam,Primò,exceptione rei iudicatæ per ſentētias prędictas pro ſe latas in anno 1513.& 1564.

Secundò, quia etiam circumſcripta exceptione rei iudicatæ,obſtet exceptio Reg. Pragmaticę editę Thori in anno 1505. dictantis in effectu,quod poſſidentes ex cauſis à Regibus Ferdinando, & Alphonſo Primis, non moleſtentur modo aliquo, & habentes cauſam à Ferdinando II.& Federico,nonniſi ſeruata certa forma.

Tertiò, quia etiam circūſcriptis, omnibus prædictis ſententię ſubſiſtant,quia verè ſit ſubfeudum.

Duæ primę exceptiones tendunt ad impediendum, & perimendum iudiciū, vltima verò tendit ad iuſtitiam cauſæ.

Circa primum, videlicet exceptionē rei iudicatæ quoad ſententiam anni 13. dicitur, quod de ea nulla ratio haberi debet.

Primò, quia res iudicata dicitur ſolū
1 quoad ea de quibus cognitum,& iudicatum ſit,l.2.C.de excep. cuius verba ſunt videlicet; nam exceptio rei iudicatæ ei demum obſtat, vel ſucceſſoribus eis inter quos cognitum ſuper ea re, & pronunciatum ſit; ſententia enim non habet
2 ſopire iurgia non ventilata, *Bal.in cap.in noſtra num.6.*de renunc. ad *quod*, & l.licet C.de iudic. & Baro egit ſolum petēs declarari aſſenſum fuiſſe præſtitum ſuper donatione ſibi facta per Principem, & combuſtum,& in articulis id tantum, & ſtrictius perſequitur dicēs, aſſenſum fuiſſe impetratum pro ſimplici iure, quod Princeps pręτendebat ad maiorem cautelam; & iterum poſtea inſtante Principe declarauit, quod id tantum petebat, ſub 24.Martij 1512. & memoriale aſſenſus prędicti eſt ſuper mera conceſſione, & donatione iuris,quod Princeps prętēdebat,vt inf.dicam; ſicq; non fuit deducta qualitas ſubfeudatariatus in *libello*, declaratione,vel articulis, nec de ea *fuit* cognitum; proptereaq. licet fuerit iudicatum,nihil eſt,quia exceptio rei iudicatę iuuat ſolum ſuper his de quibus fuerit cognitum,& iudicatum copulatiuè, vt dixi.

Secūdò,quia proceſſus totus fuit agitatus cum Io.Antonio de Stefano Procuratore Reg. fiſci vſque ad concluſi*onem* prædictam, & ab inde citra *fuit nulliter* citatus ad dicendum quida*m de Aſtel*lis aſſertus Procurator,qui dixit, ſe non informatum,& ad ſententiam ſimiliter fuit citatus, quæ citationes ſunt nullæ, quia quando ſunt plures Procuratores
3 cauſa eſt illius qui præoccupauit, l.pluribus de procurat. conſequenterq. quoad fiſcum ſententia eſt nulla, quia ſententia in cauſis fiſcalibus debet ferri præſente Aduocato fiſci,alias non tenet,l.fi. C.de aduoc.fiſ.l.velamento C.de poſtul. l.fi.

poſtulan. l.fiſcus, de iure fiſc. Bar. in l.1. in 1.quæſt. C. de ſenten. aduerſ. fiſc.Lucanus de priuileg. fiſc. priuileg. 66. in quo & illud aduertendum eſt, quod in iudicialibus abſens dicitur etiam qui
5 præſens ſit, tamen non ſit citatus, vel monitus ad illum actum,Bar.in l.furioſo ad fin.ff.de re iud.ſicq; etiam ſi aduocatus fiſci fuiſſet compertus in Banca tempore prolationis non releuaret,quia non erat præſens ad id, cum non fuiſſet citatus verus procurator, quod & eo magis attendendum eſt, quia rei veritate nec adfuit quia Actuarius ad calcem ipſius ſententię aſcribit eos qui fuerunt præſentes, inter quos non aſcribit aduocatum fiſci, qui eo tempore erat Magnificus de Baldaxi, principalis au-
6 tem modus probandi negatiuam, eſt per inſpectionem ſcripturæ in qua id,de quo agitur,non apparet, Paul. de Caſtr. in l.ſi per alium §.docere ad fin. ne quis eum,Bal.in cap.quoniam contra colum. antepenul. verſ. quæro nunquid negati-
7 ua,de proba. vbi quod id, quod non reperitur ſcriptum,nõ præſumitur actum. & per rimationem actorum probatur negatiua,Felyn.in cap.fin.4.not.de probat. inſurgens ex antiquitate ex inſpectione actorum,Areti.in c.1. num. 17. de iudi.Dec.conſ.483.num.4. & 627.ad fin. Affl.dec.107.col.1.Socci.158.nu.11.lib.2. Aym.157.nu.11.

Rurſus & ſi diceremus, procuratotorem,vel aduocatum fiſci fuiſſe præſentem,& non appellaſſe infereretur præua-
8 ricatio, quia procurator victus tenetur appellare, l.inuitus C. de procuratorib. cap. non iniuſtè extra eod. At quando
9 interuenit præuaricatio,vel fraus,perpetuò eſt ſaluum ius fiſci,per l.1. C.de ſenten.aduerſ.fiſ.lib.10.& aduertatur, quod id,quod in priuato dicitur fraus,in aduo-
10 cato, vel procuratore dicitur præuaricatio,vt notat ibi glo. & fraus idem eſt, quod dolus; (vt ſtatim dicam) Nec poteſt dici, quod ſententia ſit tàm iſta, quàm potuerit agnoſcere bonam fidem, quod contrarium patet ex actis, & in Regia Camera apparebat ſolutio releuij, & in Regia Cancellaria inueſtitura,
11 & ſi appellaſſet,res fuiſſet abſq; damno morę in perpetuũ, per auth.ſed lis C.de tempo.appella.& latè Affli.dec.78.licet in Sacro Conſilio per decretum generale hodie ſit prouiſum, quod currant fatalia; ſed hoc neque reſpicit cauſam
12 iſtam,quæ erat multis annis ante, & lex reſpicit futura,cap.2.de Conſti. Nec Sacrum Conſilium per decretum ſuum potuit indicere legem Regiæ Cameræ,immò nuſquam memini per Regiam Cameram fuiſſe ſeruatum contra dictam auth. ſed perpetuò cauſæ reuidentur, & meritò quia tractantur cauſæ feudales, quę accedunt liberalibus (vt ſtatim dicam)ſicq; aſſumat aduerſarius, quam partem velit, videlicet, quod vel fiſcus fuerit abſens,& nunc appellat,quia nunc ſcit,vel fuerit præſens,& quia interuenit procuratoris præuaricatio, ſemper ſit ſaluum ius, vel fraus etiam cuiuſcumq; & ſimiliter ſemper ſit ſaluum ius(vt ſtatim dicam) & quoad hanc ſecundam reſponſionem erit diſcuſſio habens bifrontem aciem in eo,videlicet,quia cognoſcetur de iuſtitia cauſæ, vt ſciatur, an procurator debuerit amittere appellationem, & ex eodem res ſerpit, vt quia cauſa eſt iuſta debet fiſcus obtinere.

Secundò principaliter non obſtat dicta exactio,quia quatenus fuiſſet cognitum de ſubfeudatariatu(prout non fuit) & ſententia fuiſſet rectè lata citato eo procuratore,cum quo cauſa acta fuerat (prout non fuit)ac præſente ad id aduocato fiſci,prout nõ fuit,& quod non fuiſſet præuaricatus,tamen competit petita reſtitutio ex infraſcriptis.

Primò, quia cauſa eſt de re feudali, & ſentẽtia lata ſuper re feudali perpetuò
13 reuidetur,quia accedit cauſæ liberali, Cato Saccus in l.admonendi nu.9. & 41. ad fin. de iure iur. dicens ita obtinuiſſe, & meritò hoc nouum dictum proceſſit à
14 Sacco,qui latinè dicitur fiſcus, nam fiſcus Saccus eſt ad reponendas pecunias exemplo eorundem, de quibus ad præmenda in torcularibus olea meminit l. ſi vno §.fiſcus ff.loca.& sũt fiſci Fiſcinę, & Feſcinellæ,Berolad.ad Sueto.in Augu. c.15.

Secundò, quia interuenit fraus nunc detecta,cum prędictus Palmerius ſciens tenere in capite à Regia Curia per Priuilegium conceſſionis à Ferdinando Primo in anno 88.& inueſtituram, quam ipſe iam iam impetrauerat à Rege Catholico in anno 1507. & penès ſe habebat,



Digitized by Google

egit per verborum inuolucrum, quaſi obiter, fingendo incendium, & petendo declarari aſſenſum fuiſſe præſtitum per Federicum ſuper conceſſione ſibi prætenſa facta per Principem, aſſerens impetraſſe ad cautelæ abundantiam conceſſionem iuris, quod Princeps prætendebat, prout in petitione,& articulis, ac comparente Principe poſt publicatũ,& petente declarari eſſe ſubfeudum, ſemper fuit tacitum dictum priuilegium, dictaq. inueſtitura;ex quibus patebat,& patet, quod tenebat in capite à Rege, ſicq. fuit commiſſus dolus,qui & per cal
15 liditatem tacendo committitur,glo.in l.iuriſgentium §.pactorum in verbo calliditate ff.de pact.hinc dixit Bal.in cap.j. §.ſi vaſſallus lo 2.verſ.adde quod ego intelligo,ſi de feu.fue.contro,quod eo ip
16 ſo,quod vaſſallus non certiorat dominum,dicitur eſſe in fraude,quæ idem eſt, quod dolus,Bar.in l.quid Nerua col.2.ff. depoſ. & eſt caſus in d.l. iuriſgentium §.ſed ſi ad fin. ad quod & tendit,quod dolus eſt ſi quis non facit, ad id, quod ſciſe teneri, l.dolus ff.mand. tenebatur au
17 tem certiorare dominum per contenta in iuramento fidelitatis, vt ſtatim di
18 cam,& quando interuenerit fraus abſq; dubio perpetuò competit reſtitutio, nõ ſolum fiſco,ſed & omnibus,& etiã maioribus ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa,vt poſt Bar.Bal.Angel.& Imol. ſcribit Alexand.in l.Imperatores col. 2. in prin.verſ.in ea glo. ibi perpetuò nu.7. & 8. Iaſ.ibi in 5.lim.col.fi. verſ.in ea glo. nu.12.de re iud.

Nec poteſt dici, quod hoc non obſtet Principi, quaſi ipſe non commiſerit dolum,ſed Palmerius.

Primò, quia rei veritate dicta ſententia fuit obtenta taliter per ipſum principem colludentem cum Palmerio, licet in petitione,& articulis ſe reſtrinxerit ad declarationem ammiſſionis Priuilegij ſuper conceſſione iuris, quod Princeps prætendebat, per vtroſque fuit obtentum taliter ſententiari, & ſi verum amamus, luce clarius patet ipſum Principem fuiſſe principalem in dicta machinatione, eo quia fuit ad ſui lucrum tantum, & Palmerius nil vtilitatis participauit niſi complacere dicto Principi, vt haberet eum beneuolum, quia Caſtrum eſt inter Terras ſtatus Principis, & forſan fuerunt ſibi remiſſæ adohæ, quas non apparet ſoluiſſe Regi, nec Principi; Nam is videtur fe
19 ciſſe, qui commodum ſentit, Albericus omninò videndus in l.2.§.ſi quis ita ne quid in loco publico, ad quod & Angel.in leg.final colum.2. C.de quæſtion. Bar.in leg.final.colum.2.ff.eod.Dec.175. num.4.

Secundò,quia etiam ſi machinatio,& impetratio ſententiæ prædictæ non fuiſſet facta per vtrumque, prout rei veritate apparet vtrumque id molitum fuiſſe, ſed fuiſſet taliter obtenta per ipſum Palmerium ſolum, tamen adhuc ſatis eſt, quod ſententia ipſa laboret hoc defectu, quia ipſe Princeps, qui ea vti vult ad lucrandum, ex ea exceptionem rei iudicatæ, neceſſè eſt cum ſua cauſa vtatur, Dec. conſil.532. num.7. Soccin.conſil.91.num.6.lib.4. *præſertim*
20 cum prætendat cauſam *lucratiuam*, volens ex dolo,& fraude ita lucrari ſubfeudatariatum ſuper Caſtro per eum
21 alienato iam, ad quod l.apud Celſum, §. ſi quis autem de doli except. l. ex qua perſona de regul.iur. Dec.ibi,& in l.ſecundum naturam eodem titulo, ad quod & facit quod non debet *Princeps* eſſe melioris conditionis quam Palmerius auctor ſuus, cuius facto prætendit ab eo lucrari ſubfeudatariatum ſuper Caſtro,quod in capite tenetur à Rege, l.in omnibus la 4. §. non debeo de regul. iur. & non eundo per mendicata ſuffragia, quod etiam ſi ſolus Baro fuiſſet in dolo, tamen quia in tota cauſa *ipſa* tenuit occultum priuilegium *prædictum* conceſſionis in capite à Rege Ferdinando Primo, & inueſtituram Regis Catholici, & Fiſcus non potuit eiſdem iuuari, & ipſe Baro mortuus eſt notoriè non ſoluendo, vt patet ex proceſſu vltimo loco agitato ſuper præſtatione aſſenſus; ſuccedit deciſ.Angel. dicta l.Imperatores in princip. dicentis in fortioribus,quod reſtituitur *etiam*
22 priuatus quilibet qui reperit *inſtrumẽta* de nouo, quibus non *potuit* vti in prima cauſa, etiam ſi facto tertij omninò extranei non potuerit vti, quod dictum ante eum fuit, Specul. in titul. de exequen. ſenten. §.final. & poſt Bart. Imol. Alexand. & alios ſcribit Iaſ. *ibi* colum.1. verſic. tertio limita, Curtius Senior in l.admonendi col.4. verſ. tertio fallit (vt dicam ſtatim) verſic. ſecundo

&

Digitized by Google

& circumſcripto, quæ omnia eo fortius vigent, quia non ſit in conſideratione, quod dictum priuilegium anni 88.& inueſtitura anni 7. fortè eſſent in regiſtris (prout non erant) quia regiſtrum dicti anni 88.eſt deperditum, tamen non propterea rectè dicetur, procuratorem fiſci, vel officiales Cameræ, ea nota habuiſſe,quia propter multitudinem nego
23 tiorum, & implicitas fiſci rationes præſumuntur ignoraſſe, ſcribit in ſpecie Alexan.conſ.84.colum.fin. verſ.quinimò non conſtat lib.1.quinimò in Fiſco, Eccleſia,& Republica ſpeciale eſt, quod ſufficit, quod de nouo producat, licet &
24 fuerit ſcitum, & ob negligentiam ommiſſum,ita ſatis eleganter Paul. de Caſt. conſ. 257. in cauſa quæ vertitur Parmæ col.3.n.3.verſ.tertio videtur lib.2.omninò videndus,quia tractat diuerſa antitoda comperta per leges contra dictam l. Imperatores, quam venenum vocat, & aptè declarat, quod eo magis vrget in re præſenti, quia de nouo fuerit compertum inſtrumentum alienationis in Ritium anni 1468 & aſſenſus,quorum vigore nunc cauſa tractatur, ſine quibus non ſufficiebant ad victoriam dicta cõceſſio Palmerij in anno 88.& inueſtitura in anno 1507.

Tertiò dicitur, quod etiam circumſcripto,quod non fuit de hoc cognitũ,& quod tractatur de re feudali,& quod interuenit machinatio pdicta per vtroſq; vel etiam per alterum,& quod non affuiſſet impedimentum ſcripturarum, quæ erant penès Baronem, tamen per ſcripturas nouiter compertas competit reſtitutio ex priuilegio fiſci, quia ſecundum omnium indubitabilem opinionem
25 hodie fiſcus habet quadriennium ad reſtitutionem aduerſus ſententiam,ex regula l. fin.C.de tempor. in integrum reſtitu. idque ea ratione,ne ſit peioris cõditionis, quàm cæteri, vt poſt Bart. & Ioan.de Plate.in l.1.C.de ſentent.aduerſ. fiſc.ſcribit Paul.de Caſtr. in d.l.Impera-
26 tores 1. colum. verſ. hodie verò non debet eſſe deterioris conditionis, & ibi Raphael.colum.fin.num.5.verſ.in ea glo. & Alexan. colum.1. verſ.ſed Bart. hic. & ibi quadriennium autem prædictum,
27 quod hodie ſtatutum eſt per d.l.fin.loco vtilis anni, qui olim ad id dabatur incipit currere à die ſcientiæ, à quo olim incipiebat annus vtilis, vt expreſsè dicitur in d.l.fin. & in ſpecie, quod Reipublicæ non currat tempus petendæ reſtitutionis aduerſus ſententiam niſi à die quo cõperit inſtrumenta,etiam poſt longiſſima tempora ſcribit Socc.cõſ.66.per tot.lib.4.ad quod,& quæ infra ſtatim ſubijcio de reſtitutione omnium aduerſus longiſsima tempora.

Quartò, & circumſcripto priuilegio fiſci, adhuc fiſcus communi omnium iure debet reſtitui, quia & ſimiliter ex omnium opinione receptum ſit etiam maioribus aduerſus ſentẽtiam ſuccurri per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa,&c.quã-
28 do non potuit producere inſtrumenta per prius,quia erant in poſſe alterius,latè Affliſt.deciſ.329.Capyc.dec.52. Curt. Senior in l.admonendi colum.11.verſ.ex præmiſſis,& Caccialup.ibi col.9.num.21. verſ.in ea gloſ. in cauſa publica de iure iuran. vbi poſt Bart.in d.l.1. verſ. item illud ſcribit inter fiſcum, & alios eam eſſe differentiam, videlicet,quod priuatus neceſsè habet allegare,& probare, quod in prima cauſa non habuit facultatem producendi, ſecus autem in fiſco, ad quod, & quæ ſupra verſ. ſecundo quia etiam, & quod reſtitutio concedatur etiam poſt longiſſima tempo-
29 ra,& etiam poſt centum annos,nec tempus incipiat currere niſi à die ſcientiæ, poſt Bald.in l.falſam C.ſi ex falſis inſtrumentis, qui loquitur de reſtitutione aduerſus ſententiam, eum ſequendo ſcribunt Alex.conſ.89.colum.3.num.11. verſ.& tempus petendi,& conſil.4. num. 39. verſ. nec obſtat ſi diceretur lib. 2. & conſil.116.colu.1. verſ.nec obſtat lib.5. Soccin.conſil.80.num.5. verſ. & præmitto quod tempus lib. 3. Balbus in tract. præſcrip. par. 4. in 12. principali quæſt. ipſius 4.par.quæſt.29. verſus finem num. 18.Dec.36.colum.final. num.9. verſ.nec obſtat, & 303.num.7.& verſ.non obſtat, idem 282. num.7. Paul. in l.final. C. de dolo, Iaſ.in authen. quas actiones num. 35.C.de ſacroſanct.eccleſ.Loffred.conſil. 16.ad fin. Affliſt.deciſ.37.in 1.dub. Boer, dec.39.

Nec omiſerim licet obiter, quod nemo intellexit dictam l. 1. C. de ſentent. aduerſ.fiſc.niſi Bald.in l.ſub ſpecie C.de
30 re iudic.qui aduertit,quod illa lex non loquitur de reſtitutione in integrum, nec de inſtrumẽtis repertis de nouo,ſed

L 2 aliter

aliter,vt ex eius lectura patet,ſed priui-
legiat fiſcum , vt indifferenter infra
triennium poſſit agere iure proprio ad
retractationem ſententię , & ſi fraus,vel
præuaricatio arguatur ſimiliter poſſit
agere poſt triennium, & cum Bal. tenet
Rafael.Cuma. in d.l. Imperatores col.2.
num.5.verſ.in ea glo. & Ioan.de Plat.in
d.l.1. de ſenten. aduerſ. fiſc. & Alexand.
qui diſſidet à Bal.allegat rationem diſſi-
dendi ſatis erroneam videlicet,quod dũ
text.dicit infra triennium,& poſt ſi prę-
uaricatio,vel fraus probetur, neceſſario
ſit intelligendus per inſtrumẽta de nouo
comperta,& per reſtitutionem, vt pari-
formis ſit determinatio , in quo errauit
non aduertens, quod pariformior, &
amica literæ, determinatio eſt, quod fi-
ſcus indifferenter ſuo iure , & priuilegio
audiatur infra triennium,vtcumque lata
30 ſit ſententia, & ſi interueniat fraus , vel
præuaricatio ſimiliter indifferenter ſuo
iure, & priuilegio, audiatur etiam poſt
triennium,& quidem non video,quo ne-
quam ſpiritu Scribentes diuinauerunt
dicendo,quod illa lex prima loquitur de
reſtitutione, & per inſtrumenta comper
ta de nouo, cum ibi nec de reſtitutione,
vel inſtrumentis verbum aliquod , & ta-
liter intelligendo lex illa, quæ emanauit
fauore fiſci induceret eius diſpriuile-
gium,& diſfauorem videlicet, quod fi-
ſcus infra triennium tantum reſtitue-
retur , cum alijs in caſibus quibus reſti-
tur concedatur quadriennium conti-
nuum, incipiens tamen à die ſcientiæ in
locum vtilis anni , qui olim compete-
bat per dictam legem fin. C. de tempor.
in integr. reſtit. quem intellectum Bald.
excitationis cauſa adduxi ſuperuacuò
cum ſtantibus ſuperius adductis, non ſit
neceſſaria talis diſcuſſio.

Rurſus , & dicitur etiam, quod cir-
cumſcriptis omnibus prædictis , ta-
men adhuc poteſt reuideri cauſa non
obſtante executione rei iudicatæ ex eo,
quia ipſe Princeps videns , quod di-
31 cta ſententia eum non tuebatur , paſſus
fuit, immò & petijt de nouo diſcuti , &
obtinuit aliam . Nec eſt dubium , quod
etiam ſi ſententia ſit ritè, & rectè lata ,
& tranſiuerit in rem iudicatam , adhuc
tamen , ſi is pro quo lata ſit ſententia
patiatur diſcuti , ceſſat vigor rei iudi-
catæ , Roman. in l. admonendi num.39.
poſt Innocent. in cap.cum dilecta de re-
ſcript. pro quo Felyn. in cap. cum inter
Monaſterium colum. 8. num.16. verſ. li-
mita 1. de re iudic. Et poſtquam fuit
iam cognitum , nunc per appellationem
redacta eſſe ad terminos litis conteſta-
tæ , l. ita demum, C. de procur.

Quo verò ad ſententiam Decembris
64. dicuntur prædicta, & vltra dicuntur
etiam , quod fuit reclamatum, contra
tempus,videlicet 7.Februarij 65.& Prin-
ceps oppoſuit non poſſe reclamari,quia
contineat exequutionem ſententiæ latæ
in anno 1512. & iterum oppoſuit , pro-
32 pter quæ dicendum , quod ſtante dicta
oppoſitione exequutionis rei iudicatæ ,
quæ in effectu importat exequutionem
deſertionis non fuerint lapſa fatalia ,
vulgata deciſ.Paul.de Caſtr.conſ.135. in
cauſa deſertionis lib.2. de quo Det.356.
ad ſi.quod poſt oppoſititionem de deſer
tione non currunt fatalia.

Circa exequutionem Regiæ Pragma-
ticæ dicitur , quod ſiue Princeps præ-
tendat ſe iuuari quaſi ſibi præſtet titu-
lum à Regibus Aragonum reſtitutio Sta
tus obtenta à Rege Federico ; in cuius
exequutione ipſe narrat , Latronicum
eſſe de ſtatu ſuo,vel pro titulo ſibi deſer
uiat aſſenſus præſtitus per prædictum
Regem in conceſsione , quam ipſe nunc
per cartulas baptizat priuilegium da-
tionis in ſubfeudum prætenſæ factæ q.
Iulio Palmerio in anno 98. neutrum
proficit.

Secundò,quia pragmatica tuetur eos
qui habeant titulum ab aliquo ex Regi-
bus Aragonum, & poſſideant tempore
33 editionis ipſius pragmaticæ poſſeſſori-
bus tantum fouet, Afflict.deciſ.306. in
2.dub. iubet enim ſine aliqua innouatio-
ne teneri bona ab habentibus cauſam
à Regibus Ferdinando , & Alphonſo,
prout illis viuentibus tenebantur,& ob-
ſeruabantur,ſicque refertur ad tempus
editionis,ipſius dicẽs ſic teneri,&c. *Illud*
34 enim verbum præſentis temporis, *facit*
quod requiratur, quod tunc *ſit*, Dec.
conſ.222.num.2.& 3. & huc tendit,quod
35 qualitas adiecta verbo, intelligitur , ſe-
cundum tempus verbi l. in delictis §. ſi
extraneus de noxal. Soccin.16. num. 38.
lib.4. Det. 114. num.5. quæ clauſula re-
fertur etiam ad ſubſequens capud lo-
36 quens de diſpoſitis per Ferdinandum
Secundum, & Federicum , per regulam
l.talis §.hanc autem de lega.primo,cum
quali-

Digitized by Google

qualificatione tamen in 2.cap.videlicet, quod poſſeſſores non ſint ex omni parte tuti, prout in princ.vt ibi ſubditur, & prohemium ipſius pragmaticæ demonſtrat tueri ſolùm eos habentes titulum à Regibus Aragonum,qui tempore editionis ipſius pragmaticæ poſſidebant, dum dicit, quod ſunt plures qui à Regibus prædeceſſoribus bonis burgenſaticis,& feudalibus iure,vel iniuria ſpoliatos eſſe prætendunt,& lites contra præſentes poſſeſſores eſſent moturi,& volẽtes obuiare huic rei. Prohemium enim
37 denotat cauſam fin.l.regula §.fi. de iur. & fact.ignor.Dec.conſ. 115. col. fin. 573. num.12.502.num.3.4.& 5.& 600. in prin. Loſtr.34. num.1. & eleganter Curt. Iun. 20.num.7. Cagno.in l.1.num.36.de origi. iur. & huc tendit etiam ratio expreſſa in ipſa pragmatica dum ſubdit; quapropter
38 ab eodem Regno lites,cõtrouerſias, & tumultus amoueri ſtatuimus;nam ratio regulat,ampliat,& reſtringit diſpoſitionem legis, l.cum pater §. dulciſſimis de leg.3.& ratio legis eſt ipſa lex,& mẽs ipſius, l.non dubium C.de legib. l.nominis, & rei §. verbum ex legibus de verb.
39 ſign.& mens eſt ſicut anima,verba ſicut ſuperficies,Curt.Iun.conſ.5.nu.28.& etiã
40 ex ratione non expreſſa,quæ tamen vnica reddi poſſit, arguitur gl.in l.quamuis C.de fideicom.Dec.337. ad fi. & etiam in correctorijs,idem 372.num.3. vſq; ad 8. Aym.33.num.9.& 10.& 25. Tiraquell.de retract.tit.1.§.1.glo.9. num.71. & etiam quando verba aliter dictant, adhuc mẽs legis,& non verba attenduntur, l.ſcire oportet §.aliud ibi,& ſi maximè verba
41 legis hunc habeant intellectum,tamen mens legiſlatoris aliud vult,de excuſat. tuto.idq;ex vetuſtiſſimis inſtitutis procedit, cum poſt bella apud Lacedemo-
42 nes,& Athenienſes amneſtia, idem diſcordiarum obliuio incidebatur,Beroal. ad Sueton.in Tiberio c.4.& meminit Iuſtinus lib.5. ad fin. & exinde de lege per omnia verba ſimili huic pragmaticæ Cicero orat.17.contra Rullum tractat de conceſſis donatis, quæ tunc poſſideban-
43 tur per cõceſſionarios Luculli in Bello, Mitridatico,quod non poſſint per Pompeium deturbari,& Senatum poſt mortem C.Cæſaris idem ſtatuiſſe ſcribit Appia.lib.2.in prin.ſic & alias denegabatur audientia, olim ex cauſis inobedientiæ, iuxta ſcripta per Plato.de legi.lib.9. ad fin.& in ſimili per Cæſarem 6.bell. gallic. & hodie iux.l.ſed ſi per Prætorẽ ff.quib. ex cauſ.maio.ac olim dum aquæ, & igni interdicebatur, in cuius locum hodie in ſecularibus ſucceſſit deportatio, ſecundum Aret.in l.fi.in prin. de duob.reis, & per l.omnes, & l.bene à Zenone denega-
44 tur audientia prætendentibus ius in bonis certa forma alienatis per Principẽ, quibus conforme pinguis tamen eſt Capitulum Regni & ſi frequenter, quorum diſpoſitioni accedit pragmatica de qua agitur,vt in ſpecie ſcribit Curt.Iun.cõſ. 143. & in anno 1444. Alphonſus Primus per pragmaticam Pentimi, & decretum ſubſequutum ſtatuit ſimiliter, quod poſſeſſores qui habuerant cauſam à prædeceſſoribus, ac tunc poſſiderent,non moleſtarentur, & idem in alia pragmatica edita propè Spitalectum in anno 1448.de quibus meminit Capy.deciſ.86. & ſimilia prædictis ſunt l. 1. de
45 oper.nou.nunc.ibi ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè, l.1.§.& parui quod vi,aut clam, & licet perquam durum ſit, quod de talibus habentibus titulum à dictis Regibus, qui poſſideant, non poſſit diſcuti, an iuſtè, vel iniuſtè poſſiderent, tamen quia fuit id ſtatutum ad tollendas lites, publicè interfuit, quia lis eſt cauſa malorum,
46 Ariſt.1.meth. & habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum,quod pro publica vtilitate [illegible]penditur, Tacit.lib.14. in diſput.Syllan. at pars aduerſa contra mentem, & verba dictę pragmaticæ innititur,volens ea iuuari per contrarium in mouendo litem contra poſſeſſorem habentem titulum à Ferdinando Primo, qui erat Palmerius,& per eius mortem, & ex eius perſona fiſcus,nam fiſcus ſuc-
47 cedens priuato vtitur iure ipſius priuati, l. fiſci de iur. fiſ. ſicq; res eſt expedita ex hac vna reſponſione,quod pragmatica tuetur habentes titulum à Regibus Aragonum,qui poſſideant tempore editionis ipſius pragmaticæ in anno 1505. nam apparet,quod ipſe,vel ſui Prædeceſſores non habeant titulum à dictis Regibus,nec poſſidebant tempore pragmaticæ,vel vnquam à tempore alienationis factę Ritio;nam vendidit eius prædeceſſor Nicolao Ritio in anno 68, per aſſenſenſum, & inſtrumentum prædictum nouiter comperta,& ſucceſſiuè Rex Ferdinandus Primus in anno 88. dictum caſtrum ereptum à dicto Ritio emptore, conceſſit dicto Iulio Palmerio per priuilegium prædictũ, & de ipſa ereptione



Digitized by Google

à dicto emptore,& reatu ipſius, conſtat etiam ex cartula priuilegij prędicti Principis Bernardini in perſonam eiuſdem Iulij in anno 98. & Iulius prędictus taliter à Rege poſſedit vſque ad eius mortē in anno 1507. quo anno per eius mortem fuit inueſtitus per Regem Catholicum dictus Io. Antonius eius filius, de cuius ſucceſſione nunc agitur; propter quæ nō ſolum dicta pragmatica non tuetur Principem, qui nec habet cauſam ab aliquo ex Regibus, nec ipſe, nec ſui prædeceſſores poſſidebāt tempore pragmaticæ de anno 1505. ſed & pragmatica prædicta in primo capite tuetur fiſcum, qui venit ex perſonis Iulij prædicti, & Io. Antonij eius filij conceſſionariorum Regis Ferdinandi Primi, & poſſeſſorum vtens iure ipſorū de Palmerio, per dictam l. fiſcus. & non video cur Affl. in hoc pacis æmulus, d. dec. 396. obiter dixerit, ipſum ſolū aliquādo per quietem vidiſſe, quod prag

48 matica compræhendat etiam futuros poſt eam poſſeſſores, vt ſic fuiſſet per dictam pragmaticam data licentia, & materia inuadendi bona omnium, ſub ſpe, quod non poſſint ipſi ſpoliati agere contra ipſos inuaſores, conſequenterq; emanaſſet ad turbationem quietis contra eius verba, & mentem, & contra elegantem regulam l. 2. §. ſed ſi agant ibi alioquin,

49 vt Iulianus eleganter ait impunè contumelijs, & damnis afficerentur, de iudic. & l. is qui dolo, & l. ſequen. ibi nè in poteſtate cuiuſquam ſit per rapinam ab inuito Domino, de rei vend. ſuccederetq; illud Lucani, videlicet, menſuramq; iuris visierat, & contra Affli. in hoc facit

50 etiam quod beneficium præſentia tantum continet, ex regula l. ſi ita de aur. & arg. lega. idq; præſertim in diſpoſitionibus grauis præiudicij, prout eſt res pręſens, l. mādauero §. is cuius ff. mand. Dec. 502. num. 8. colum. 3. verſ. venio ad ſecundam, ad quæ Floria. in l. ſeruitutes §. modum de ſerui. Papę de reſcrip. num. 36. & Dec. 109. Anchara. 37. ad fin. Bologn. in tract. indulg. nu. 65. Iaſ. conſ. 73. nu. 5. lib. 4. Dec. 523. nu. 4.

Nec obſtat, ſi cauilletur prætendendo, quod Princeps prædictus tempore pragmaticæ in anno 1505. fuiſſet in poſſeſſione, ſeu quaſi ſubfeudatariatus, ideſt illius iuris, quod competit Baroni in ſubfeudatarium, ſecundum ea quæ tradit Iſernia in c. 1. §. præterea de Capit. Corra.

Primò, quia dictus Baro fuit declaratus ſubfeudatarius Principis in anno 1513. quo anno callido commento ſub verborum inuolucro cępta lite per Baronem ſuper declaratione, quod aſſenſus fuiſſet expeditus, & poſtea miraculosè combuſtus in incendio S. Claræ, & præſentata copia memorialis aſſenſus prædicti, quæ cantat de ſimplici conceſſione, quæ importat meram translatio-

51 nem eius iuris, quod concedens habeat, idq. ſecundum potentiam diſponentis, & aptitudinem ſuſcipientis, ſcribit notanter Bar. in l. non ambigitur ad fi. ff. de legi. prout ſic eſt ſemper, quod quis cenſetur alienare ius, quod habet, l. qui tabernas de contrah. empt. l. ſi domus §. fin.

52 de leg. 1. & quia nihil habebat, nil tranſtulerat, l. ſi ſic eod. tit. factisq. aliquibus fictis mutuis obiectionibus inter ipſum, & Principem controuerſantem; ſed verius ſimulantem controuerſari intentionem Baronis, fabricato ſuper prædictis proceſſu, Princeps qui vſque tunc inficiabatur, tamen per comparitionem ſub 21. Iulij petijt caſu quo declararetur pro Barone, declarari etiam eſſe ſubfeudatarium, & fuit ſubſequutum decretum in menſe Octobris, ſicq; tēpore editæ pragmaticæ in anno 1505. adhuc non erat in eſſe deductus prætenſus ſubfeudatariatus, nec de eo vnquam fuerat loquutum, imò fuerat, & erat controuerſatus vſq;

53 tunc, conſequenterq; nec poſſideri per antea potuerat, quia nō entis nullæ ſunt partes, l. ſi ſeruum §. ſi modis ibi, non poteſt extimari bonitas loci, qui non extat ff. de act. empt. Oportet enim prius ali-

54 quid ſubſtantiari, quam ſubijci qualitatibus, quia qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto, vt ibi dicit Bal. in l. lectu. noua, & antiqua, nec poteſt probari qualitas

55 niſi probetur ſubſtantia, quia impoſſibile eſt intelligere antecedentia extra ſubiectum, Bald. in l. omnium col. 1. verſ. & ſic duplex ratio C. de teſtam. pro *quo gl.* magna ad fin. in l. ſi arbiter ff. de *proba.* vbi dicitur, antea tamen debet *probare* quod ſi non cōſtat manifactum, quod eſt principale, non poteſt probari memoria, quod eſt ſubiectum, quæ gloſ. proprius dixiſſet, ſi non conſtat manu factum, quod eſt ſubiectum, non poteſt probari

56 memoria, quæ eſt qualitas, ad quæ Dec. in l. eius §. fi. 4. nota. ſi cer. pet. vbi videtur caſus pro re præſenti, dum dicitur, quod non poſſunt videri bonæ fidei poſſeſſio-

ſeſſo-

Digitized by Google

ſeſſores, qui nec poſſidendi animum habent, ad quod & facit, quod agens peti-
57 torio dicit aduerſarium poſſidere. Bart. in §. nihil commune col. 4. verſ. quæro p declaratione huius lectu. de acqui. poſſ. prædictus autem Princeps in dicto menſe Iulij 13. poſt fabricatum proceſſum petijt declarari Palmerium eſſe ſuum ſubfeudatarium, ſicq. aſſeruit eſſe in poſſeſſione libertatis, quod et præſumitur l. altius, vbi glo. C. de ſerui. & certo certius ſi Federicus præſtitiſſet aſſenſum, vt haberetur in ſubfeudum à Principe oſtēderetur priuilegium ipſius aſſenſus; nec enim cadit in ſenſum ſani capitis, q ſi prædictus Baro conſeruaſſet prædictū priuilegium aſſenſus in Monaſterio, non ibidem ſimul priuilegium conceſſionis ſuper qua fuerat præſtitus dictus aſſenſus, & ſic ſi fuiſſet combuſtum vnum, fuiſſet ſimul & alterum; illud autem quod eſt inueriſimile habet imaginem falſitatis, Bald. in l. 3. C. de ſeru. fug. ſed veritas eſt, quod aſſenſus prædictus qui erat in
58 forma, vt teſtes de eo deponentes dicūt, habebat clauſulas ſolitas, videlicet, quo ad expreſſa tantum, ita quod à nobis in capite teneat, & nullum alium in ſuperiorem recognoſcat, quatenus ritè, rectèq; proceſſerint, parteſq. tanguntur, natura feudi in aliquo non mutata, iuribus noſtris, noſtræ Curiæ, & cuiuſlibet alterius ſemper ſaluis; quæ clauſula ſaluis iuribus, facit quod actus ſit conditionalis, & nihil ponit in eſſe, ſed eo ipſo, quod de iuribus appareat, euaneſcat, vt dicā infra §. nec ſimiliter ei probat titulum. Nec dictæ clauſulæ patiuntur cauillationem in re præſenti, per vulg. dictum Andr. in c. 1. qui ſucceſſ. ten. dum dicit, q non referuntur ad ea quæ expreſſim in ipſo aſſenſu ſint conceſſa, vel donata; loquitur enim Andr. quando aſſenſus, vel memoriale ipſius contineat aliqua contraria primis; ſed in caſu iſto, neq; aſſenſus, neque memoriale in aliquo diſſentit à clauſulis prædictis communis formæ, quę & eo magis attendendæ ſunt, quia veriſimile eſt, quod ſi fuiſſet ſupplicatū Regi, quod faceret ſubfeudatariū Principis ſibi odioſi Iulium ſuum conducterium, fidelem, & dilectum, vtique non eſt dicendum, quod id permiſiſſet, quia volebat Iulium permanere ſuum vaſſallum immędiatum, quod & apertè, etiam patet ex depoſitione Antonij de Ianuario, ſucceditq; regula l. tale pactum §. fi. de
59 pact. vbi glo. videlicet, quod non eſt veſimile, quod Rex ſi fuiſſet interrogatus, id conceſſiſſet, & quatenus etiam Palmerius, taliter ſe ſubfeudatarium tunc fa-
60 cere voluiſſet; ſimiliter non eſt veriſimile, quia Rex id conceſſiſſet, tex. eſt ad id in l. cum ſeruus in fi. princ. ibi, quia videtur cogitaſſe de his contractibus per quos ſeipſos, mala ratione Dominis auferrent ff. mand. omnino penſandus, quia
61 videtur ibi caſus pro præſenti argumēto, præſupponendo quod vaſſallus ęquiparatur liberto, glo. in c. 1. in verb. ſalua de milite vaſſallo, qui contu. eſt, & hæc eſt realitas huius negotij; nā & Baro in 2. art. articulat. quod ad maiorem cautelam impetrauit etiam à Principe propter ius, quod prętendebat prędictus Princeps, & Excell. Antonius de Ianuario deponit, Regem dixiſſe, quod diceret Principi, quod non habebat ius, quia per antea alienauerat, & corroborantur prædicta ex eo, videlicet, q contra odio-
62 ſos eſt præſumptio voluntatis, l. Lutius Titius §. Lutius Titius dāna de leg. 2. l. 3. §. fi. de adimen. lega. ad quod, quæ contra odioſos, ſcribunt Dec. 361. nu. 4. Calde. 8. in tit. de re iudic. Ancharan. 211. num. 2. Bal. in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir ſolut. matr. Alciat. de verb. ſignif. lib. 1. ſ. 3. & de præſumption. regul. 1. pręſump. 24. Anan. 80. num. 2. Hippol. in l. 1. §. pręterea num. 32. de quęſt. Dec. 286. num. 3. quod etiam in leui odio ſcribit Soccin. 37. num. 4. 5. & 7. lib. 3. Bald. in c. 1. in princ. num. 10. de pa. coſtan. Roman. 459. & in odioſo ex rebellione, Gramma. dec. 46. num. 10. ad quod & Cicer. orat. 4. dicens, quod cum quis ſemel à Republica defecerit, nec beneficijs continere, nec metu coercere poſſit, & Eccleſ. c. 12. dicitur: Si beneficieris ſcito cui benefeceris, & ſtatim ſubditur: non credas inimico tuo in ęternum, ſicut enim ęramentum ęruginat nequitia illius, his conſequens eſt, quod hęc conceſſio ſecunda taliter obtenta per Pal-
63 merium à Principe nihil importat per prędicta, & quia fuit multiplicatio tituli, ad cautelam, quę nihil immutato, vulgata deciſ. Abb. in cap. cum olim el 2. colum. 3. verſ. in glo. in verb. de gratia de priuil. & in cap. poſt electionem colu. 2. de pręb. vbi Imol. & in cap. cum olim colum. antepen. de re iud. & Fely. in cap. in noſtra de reſcrip. & in ſpecie de conceſſionario feudi à Principe, qui poſtea impetret ab alio qui ptendat ius, prout in

in re præſenti omninò videndus Dec.cõſ. 302.col.3. verſ.concurrit etiam conceſſio, ad quod & Calde.conſ.7. in titul.de elect.

Nec dicatur poſſe iuuari iſta poſſeſſione quam in anno 64.iniuſtè,& obreptitiè habuit per ſententiam,tempore quo non fuerant compertæ ſcripturæ prædictæ,quia nunc agitur,an iuſtè fuerit ſen-
64 tentiatum, & appellatio reponit rem ad terminos litis conteſtatæ,l.ita demũ, vbi Bar.in princ. C.de procur. Felyn.in cap.ad audientiam el 2. colu.8. num.13. verſ.omittens dilatoriam de reſcrip.litis autem conteſtatæ tempore fiſcus tenebat vigore cap.ex præſumptuoſę,& etiã ſi poſſideret nõ iuuaretur,quia pragmatica expreſſim cantat de poſſeſſoribus tempore editionis ipſius, & habentibus titulum,vt dixi ſupra.

Secundò dicitur,quod etiam ſi tempore editionis ipſius pragmaticæ Princeps poſſediſſet, ſeu quaſi ſubfeudatariatum, ſeu ipſum caſtrum,prout rei veritate nõ poſſidebat,adhuc ea non iuuatur, quia pragmatica ipſa tuetur eos, qui habeãt titulum ab aliquo ex Regibus Aragonum , & poſſidebant tempore editionis ipſius, ſicque requirit duo , nec ſufficit alterum , l. ſi hæredi plures de condit. inſti.ipſe autem Princeps non habet titulum, nec ei titulum præbet reſtitutio obtenta à Ferdinando Secundo, & Fede-
65 rico , quia reſtitutio importat ſolum quod integrum ius ſuum quis recipiat, l. quod ſi minor §. reſtitutio de minor. l. ſi.C.de ſent.paſſ. & ſtatutum, vel alia diſpoſitio reſtituens aliquem, intelligitur,
66 quoad hoc,vt conſeruetur indemnis,nõ autem vt conſequatur lucrum , Ang.l.1. §.qui vi ff.de vi,& vi armat.Tiraq.de retract.tit.1.§.32.glo.1.nu.69.& ſic licet in reſtitutione prædicta in ſupplicatione Princeps ipſe annumeret inter alia ſui ſtatus caſtrum Latronici , & Federicus reſtituat ipſum,non venit in ea dictum caſtrum,quod non erat de ſtatu,quia fuerat alienatum in anno 68. per patrem ipſius Principis, & etiam ſi in ſpecie fuiſſet reſtitutum caſtrum prædictum, non releuaret,quia fuiſſet per ipſum Federicum erratum reſtituendo , vt rem ipſius Principis,quod non erat verum; & pro-
67 pterea rectè dicetur non reſtituiſſe,quia deficiat conſenſus,cui nihil eſt tam contrarium, quam error, l.ſi per errorem de iuriſd.omn.iud.& qui errat,nihil trãſfert,l.ſi procurator meus de acqui.rer.
68 dom. Nec poteſt dici factum à Principe,id quod Princeps errans, facit l.1. in princ.ibi,ſi enim docuerit, vel falſa, vel
69 non, ita ſe habere , nihil à nobis præcognitum eſſe videbitur , qui quaſi aliter habentibus ſcriptis reſcripſimus, ff. de appell.quod & fortius vrget, quia error
70 magis inficit,quando eſt ad aſſertionem aduerſarij,prout in re præſenti,glo.vulgata in l.2.in verb.rectè ad fin.ff.quando actio.de pecu. anna. eſt , quem ad id ibi notat Bar.conſequenterq. non poteſt dici,quod dicta erronea reſtitutio cõprehendatur in verbis dictæ Pragmaticæ in 2.cap.quę dictat de captis,ereptis,confiſcatis,donatis,& quouis modo conceſſis; in nullo enim capitum prędictorum continetur,cum non fuerit captum,ereptum,confiſcatum,donatum, vel cõceſſum alicui caſtrum ipſum , ſed perſtiterit apud prædictos patrem , & filium de Palmerio fideles,& meritos conceſſionarios, & inueſtitos per dictos Ferdinandũ Primum , & ſucceſſiuè per Regem Catholicum, ac propterea ſuccedit etiam regul.l.4.§.totiens de damn.infect.quod
71 vbi verba non poſſunt adaptari , nę diſpoſitio locum habeat, Bar.ibi in vltim. not.ad quod l.ſi ſeruum §.non dixit Prætor de acquir.hęred. l.ita autem in prin. ibi, & cum cauſa diſpoſitionis exprimatur de admin.tuto. Fely.in cap.nonnulli in princ.col.34. §.vbi verba de reſcript. Dec.201.num.2.259.num.3.299 num.10. 338.num.7.358.ad fin. quod & quæ *infra* ſtatim ſubijcio circa aſſenſum.

Nec ſimiliter ei prębet titulum dictus aſſenſus ſuper cõceſſione per eum facta quond.Iulio, quia conceſſio de qua memoriale cantat,importat meram tranſlationem eius iuris , quod concedens habeat , idq; ſecundum potentiam diſponentis , & aptitudinem ſuſcipientis ,& fuit multiplicatio tituli ad cautelam, quæ nihil immutat , vt dixi *ſupra verſ.* nec obſtat ſi cauilletur,quę & *hic* repetantur,& eo magis,quia teſtes dicunt,ꝙ exinde fuerit expeditus aſſenſus in forma,quę eſt quoad expreſſa tantum,ita quod à nobis in capite teneat,& nullum alium ſuperiorem recognoſcat , quatenus ritè, rectèq; proceſſerint, parteſq; tanguntur, natura feudi in aliquo non mutata,iuribus noſtris, noſtrę Curię, & cuiuſ-

Digitized by Google

cuiuslibet alterius ſemper ſaluis , in quo ponderetur clauſula, ſaluis iuribus, quæ ſola fuit , quod etiam conceſſio ſecundum formam l. benè à Zenone , quæ habet plura verba denegationis audientiæ , quam iſta pragmatica non repellit quando in priuilegio eſt clauſula, ſaluis iuribus, vt Affl. in Conſt. exceptionem filiationis col. 2. verſ. rurſus quærit hic Andr. num. 7. & col. 3. verſ. ſed ſi contra dictam exceptionem, vbi quod & facit, quod nō obſtet exceptio denegationis Audiētiæ, & in re præſenti ſimul cum dicta clauſula reſeruationis iurium adſunt , & aliæ clauſulæ ſpecificæ, idem & plus importantes, videlicet, quod feudū ipſum teneatur in capite à Rege, & neminem aliū recognoſcat, & c. ſicq. nominatim dicit, nolle, quod ſit ſubfeudatarius Principis, & vltra hoc, clauſula re-
72 ſeruationis habet vim conditionis, Bal. in l. fin. col. 9. num. 41. in 4. quæſt. ibi, tum Iudex in commiſſione debet dicere, ſaluo iure legitimi poſſeſſoris, quæ verba vim conditionis habent, vt ſi aliquis le-
73 gitimè poſſideat, miſſio facta non ſit C. de edict. Diu. Adr. & omnino Paul. conſil. 311. circa id quod primò quæritur colu. 3. num. 4. verſ. circa tertium lib. 1. Nec
74 eſt dubium, quod diſpoſitio conditionalis nil ponit in eſſe, l. 2. & ibi glo. de in diem adiectio. & quia conceſſio facta dicto Iulio ꝑ Principem, importat propterea meram trāslationem iuris, quod
75 Princeps prætendebat, iux. ea quæ communiter in l. ſi pro fundo C. de tranſact. & in feudis, Capy. dec. 156 Alexand. conſ. 95. num. 6. & 7. lib. 6. & Affl. dec. 306. aſſenſus ſuper ea præſtitus non importat da-
76 re, vel diſponere, ſed alienantem non impedire, vt ſcribit Bal. in cap. quæ in eccleſiarum colu. 4. nu. 19. verſ. domino autem conſentiente de Conſtitu. qui hoc caſu intelligi debet; nec contradicat Andr. errando, & quia expreſſim dicitur in eo, ꝙ teneat in capite à Rege, & neminem aliū recognoſcat, & quia reſeruauit iura Curiæ, & aliorum, non præbet titulum ſubfeudatariatus , vt ex vnoquoque prædictorum infertur, vt & latius dixi in dicto verſ. nec obſtat ſi cauilletur.

Rurſus & illud aduertendum eſt, quod & de prætenſo ſubfeudatariatu non apparet aliqua ſcriptura publica, vel priuata faciens fidem, ſed tantum quædam cartula, quæ aſſeritur exemplata ab alia originali cartula prætenſa Principis, quę eſt contraria de directo verbis prædicti memorialis aſſenſus dictātis de ſimplici conceſſione ; ac articulo ſecundo ipſius Baronis dictantis, quod ipſo iuſtè, & legitimè tenente, & poſſidente ex conceſſione Ferdinandi Primi, quia Princeps prætendebat ius, impetrauit donationem, & teſtibus deſuper examinatis, qui idem dicunt , & ſignanter 7. teſtis Pudericus, 1. teſt. Albericus Pudericus. Nec reperitur iure cautum, quod ſcriptura priuata cuiuſuis etiam recognita probet in præiudicium tertij, qui erat fiſcus, de cuius intereſſe tractabitur in faciendo , ꝙ feudum quod tenebatur in capite à Rege teneretur à Barone, & regula eſt, ꝙ ſcriptura priuata cuiuſuis etiam recognita tertio non præiudicat, cap. 1. vbi Dec. num. 3. de fid. inſtrum. Socc. 78. nu. 2. lib. 4. & vt probet contra tertium requi-
77 ritur, quod ſit ſubſcripta à partibus, & à tribus teſtibus, qui omnes tres ſint probatæ opinionis, recognoſcant eorū ſub-
78 ſcriptionem, & deponant vidiſſe ſcribere, Socci. 274. lib. 2. Ripa in d. l. admonendi num. 104. Dec. 615. num. 3. Affl. dec. 150 & dec. 114. Areti. 64. vbi quod nec ſufficit, quod duo ex teſtibus deponant, Neguſan. de pigno. col. 5. fol. 223. nu. 47. Dec. in cap. poſt ceſſionem num. 2. de prob. & etiam ſi manu Notarij ſit ſcriptura priuata, requiruntur prædicta , vt probet Alexan. 48. lib. 5. & in hoc argumento res ſimiliter habet bifrontem aciem, videlicet , quod excludit exceptionem Regiæ pragmaticæ , ac etiam totalem prętendentiam Principis, quia ex eo patet nullum ius fouere.

In numerato autem eſt, quod contra ſtatutū tollens omnes oppoſitiones po-
79 teſt allegari , quod caſus de quo agitur in eo non cōtinetur, Bal. in l. 2. ff. de pact. dotal. ad fin. 2. lect. ad quod & tendit qđ aduerſus ſtatutum, quod non poſſit opponi aliquid contra laudum, vel inſtru-
87 mentum, poteſt opponi, quod non ſit laudum, vel inſtrumentum, Bar. in d. l. 1. §. & parui col. 2. & eſt tex. in l. Diuus Traianus ibi prius cōſtare debet eſſe teſtamētum, de mili. teſta. & l. 1. §. item illud ad Sillan. vbi Roman. tradit, quod ſemper vbi aliquid præſupponitur , illud prius probandum eſt, ad quod quæ ſupra verſ. ſecundò principaliter reſpondetur ad fi. quæ & hic repetantur.

Tertiò principaliter reſpondetur , ꝙ etiam ſi Princeps haberet titulum , &

poſ-

poſſeſſionem (prout neutrum habet) tamen adhuc non iuuaretur pragmatica,
81 quæ non viget quando vtraque pars habet cauſam à Rege; ſic in ſpecie in conſi milli lege Mantuæ ſcribit Cur. Iun. conſ. 143. omninò videndus, quia tractat caſũ de quo agitur, pro prima contra ſecundam conceſſionem, & ante eum Roman. 298. ſimiliter videndus, & dictum conſilium Curtij ſequitur Gramma. dec. 65. num. 3. clarum autem quod Iulius, & filius cui fiſcus ſucceſſit, habeant cauſam à Rege Ferdinando Primo, per conceſſionem principaliter factam in dicto anno 88. & Princeps à nullo Regum Aragoniæ, de quibus in pragmatica, ſed vult extorquere cauſam à cartula prætenſæ conceſſionis, & aſſenſus, ac reſtitutione ſtatus, quæ nullum titulum præbent, vt dixi, & ſi ipſe etiam haberet cauſam ab eis non prodeſſet per prædicta, & huc tendit vulgatum dictũ Bar. in d. §. & parui, poſt glo. ibi in verb. nulla quod vi, aut clam, quem ſequitur Alexand. conſil. 56. col. 3. verſ. probat magis lib. 2. videlicet, quod nõ intelligatur ſublatum ius, quod
82 ex alio capite eiuſdem ſtatuti competit, & certè videtur abſurdum dicere, q pragmatica quæ habet duo capita, alterum videlicet de ereptis, & cõceſſis per Ferdinandum Primum, quod non poſſint conceſſionarij poſſidentes moleſtari; aliud quod de ereptis, & conceſſis per Federicum non poſſit cõtra poſſeſſores occaſione ipſarum conceſſionum cognoſci, niſi ſeruata certa forma, intelligatur vt ſecundum capud primum excludat, & corrigat, & quod peius habẽtes cauſam poſteriorẽ à Federico excludant habentes cauſam à Ferdinando Primo contra regulam l. quotiens de rei vend. & omnia
83 iura mundi, & ponderat etiam Alexand. quod non ſit dicendum, quod voluerit ſe corrigere per l. nam ad ea de condi. & demon. & eſſet contra verba, & mentem ipſius pragmaticæ, quæ magis fauet habentibus cauſam à Ferdinando Primo, dum ſtatuit, quod habentes ab eo cauſam ſint ex toto tuti, & habentes cauſam à Federico, & Ferdinando Secundo, non ſic, ſed ſolũm, quod deberet conſuli Rex, & eſſent deterioris conditionis habentes cauſam à Ferdinando Primo,
84 qui ſunt potiores, & magis priuilegiati, contra regulam notabilẽ l. ſcire oportet §. aliud de excuſ. tuto. & l. ſi viua matre C. de bon. matern. & pro Cur. facit regula, quod priuilegia; vel conquaſſentur, vel verius, quia Princeps tractat de lucro volens lucrari rem quam vendiderat, & Baro, & Fiſcus de eius perſona de damno, quia Latronicum fuit conceſſum Baroni ob merita, & donatio remunera-
85 toria eſt titulus onerosus, ac vim permutationis habet. l. ſed ſi lege §. conſuluit, ibi velut genus quodam hoc eſſe permutationis de peti. here. l. Attilius ibi, non meram donationem, de dona. Iaſ. 73. col. 2. lib. 3. Areti. 17. col. 5. Loffre. in §. Titius ſi de feu. fue. contro. Cur. Iun. 67. col. fin. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. donatione, de reuoc. don. num. 9. vſque 11. qui omnes, & omiſerunt dicere, quod eſt etiam ſimilis emptioni, l. fi. quib. ex cau.
86 in poſſ. ea. Eſtq. irreuocabilis, l. ſi pater §. vlt. de dona. vbi Roman, Ang. & Alb. & in feudis eſt tex. in cap. 1. §. notandum, & ibi Bal. col. 1. verſ. item nota *de his qui* feu. dar. poſſ. & fiſcus ſuccedens priuato vtitur iure ipſius priuati, per dictam legem fiſcus, ſuccedit regula, q ex duobus
87 priuilegiatis præfertur ille, qui vel tractat de damno, vel iuſtiorem cauſam fouet, Bar. in auth. quas actiones colum. 2. verſ. ſi verò C. de ſacroſ. eccl. & in l. verũ §. fi. de mino. Areti. in §. rurſus col. 2. verſ. quod eſt verum inſt. de act. & eſt caſus in l. fin. quib. ex cau. maio. ad idem l. apud Celſum §. Marcellus de dol. excep. quem tex. Bar. in l. cum mulier ſolu. matr. & ibi Imol. Alex. & alij, ac Canoniſtæ in cap. dilecti, & in cap. cum inter de excep. expen-
88 dunt ad queſtionem penè eandem cum re præſenti de duobus bannitis litigantibus, & inuicem opponentibus exequutionem banni denegantis audientiam bannito, & concludunt præferri eum, qui tractat de damno, quæ ſatisfaciunt, & penè abſque alio decidunt hunc articulum de duobus habentibus titulum ab eiſdem Regibus Aragonum, ad quod latius omnes in d. l. cum mulier, & in d. cap. dilecti, & cap. cũ inter, quæ ex abundanti ſcripſi, quia claudatur os parti, ex eo, quod non ſolum nõ erat poſſeſſor, ſed & nec eſt, nec vnquam fuit à tempore venditionis citra, nec habet titulum aliquem, vt dixi, & hoc argumentum ſimiliter, & exequutionem Regiæ pragmaticæ, & totale ius Principis reſpuit.

Quartò dicitur, quod etiam ſi Princeps poſſediſſet tempore pragmaticæ, & haberet titulum, Fiſcusq; non haberet titulum, ad huc pragmatica non obſtat, quia

Digitized by Google

quia cauſa,quæ tractatur eſt cauſa appellationis,ſiue quia adhuc fiſcus eſt infra tempora appellandi à prima ſententia lata in anno 13. propter adducta ſupra contra exequutionem rei iudicatæ à litera A. vſque ad literam H. ſiue quia ſaltim Princeps paſſus fuit diſcuti,vt dixi ibidem in litera I. Nec eſt dubium,quod iura denegantia audientiam quantumcumq; generaliter, tamen non impediũt
89 appellare, quia appellatio eſt defenſio, Imol.in cap.ſignificauit ad fin.per illum tex.de except.allegans ad id ſcripta per Bar.in d.l.cum mulier ſolu.matrim. omnino videnda,& Socci.195.colum.2.verſ. confirmatur,quia appellatio lib.2.& rectè penſanti eſt caſus in ratione ſui in d.l.2.§.ſed ſi agant de iud. & l. nec quaſi ibi ne in poteſtate cuiuſquam ſit de rei vend.

Quintò & vltimò, quoad aſſenſum dicendum eſt, quod pragmatica prædicta, quæ loquitur de principaliter conceſſis diſpoſitis,&c. per Reges Aragonum, & cauſa,& ratio ipſius pragmaticæ expreſsè in eius prohemio non comprehendũt contractus geſtos inter partes temporibus dictorum Regum,ex eo,quia fomententur aſſenſu Regio, immò ridiculum eſt non ſolum dicere, ſed cogitare,quod de omnibus cõtractibus factis cum Regio aſſenſu ab anno 22. vſque ad annum 1501.quo defecit domus Aragonum,ſiue meticuloſis,ſiue doloſis re,vel ex propoſito, vel alijs nollis, ſeu annullandis, & alienationibus factis per non dominos, vel per dominos in præiudicium creditorum, & aliorum iura prætendentium non poſſit ius dici,& domini,vel alij iura
90 prætendentes eſſent priuati eorum dominijs,& iuribus,bonum autem eſt argumentum ab abſurdo,l.nam abſurdum de bon.liber.Imò & Tribunalia Sacri Conſilij,& Regiæ Cameræ plena ſunt proceſſibus litium temporum prædictorum, ad quod & facit, quod aſſenſus dictat, quatenus ritè,rectèq; proceſſerint, par-
91 teſq; tanguntur iuribus alienis ſemper ſaluis, quæ clauſulæ reſoluuntur in vim cõditionis,ac excludunt iura continẽtia
92 audientiam ( vt ſupra dixi ) ex Andr. & Afflict. Nec cenſendum eſt voluiſſe Regem vnico verbo omninò derogare, l. ſi quando C.de inoffic.teſta. ciuili enim modo res intellectum capit l. ſi cui de
93 ſerui. Nec enim ius ciuile calumniari debet, aut eius verba carpi, l.pe. ad exhiben.& huc tendit elegans ratio, l. Offidius de leg. 3.

Io.Petrus à Mangrellis.

94 *Fuit iudicatum pro Principe.*

## ADDITIO.

VLtra alia relata per Zanger. in tract. de except. par. 3. cap. 17. per totum, etiam his accedunt, quæ conueniunt ad opponendum exceptionem rei iudicatæ, vt tria potiſſimum ſint neceſſaria, ſcilicet rei, perſonæ,ac agendi indemnitatis, de quo latius per Annam alleg.8. & per eius filium Fabium conſ.99. Reg. de Ponte lection.feud.19.num.6. & in conſil.30.num.2. volum.2. & de conſimili exceptione rei iudicatæ oppoſita per ſubfeudatarios, eo quia fuerant abſoluti, licet per fiſcum prætenſum eſſet abſolutiones illas fuiſſe fraudulentas, & mediante pecunia compoſitas Principi Salerni, qui carebat prole, & feudum de breui eſſet recaſurum, & feudum reintegratum, deciſum fuit,quod procederetur in cauſa reintegrationis exceptione rei iudicatæ, vna cum replicatis ad merita reſeruata, teſtatur Anna ſing. 210. & reſpectu alterius exceptionis pragmaticæ editæ Thori, multa congeſſit Regens de Curte in ſuo diuerſ. feud. S. relata igitur per totum, quæ ſatis conferunt allegatis, vltra alias deciſiones conferentes per me recollectas in 1.& 2.par. noſtri Compendij deciſ.Regni verb.exceptio, ac etiam in verbo pragmatica, & an ipſa pragmatica procedat ſi adeſſet error, & exceptio illorum Regũ,& vetuit lites & abdicauit iuriſdictionem,& finis illius legis qui fuerit, tradit Camill.de Medic.conſil.158.num.27. cum ſeq. quod etiam confert dictis in allegationibus, neque erit ommittenda altera controuerſia poſtmodum ſubſequuta ad inſtantiam eiuſdem Illuſt. Principis, contra Flaminium Caſtrocuc-

cucchum, ſi pragmatica edita Thori, ceſſet, quando ambo litigantes haberent titulum ab eodem Rege, & in quibus alijs caſibus ceſſet, & ex inueſtitura veteri non tribuatur ius in feudo, ſed conſeruetur acquiſitum longius proſequitur Paul. Staiban. conſil. 38.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Pragmatica contingit ſepè de ordin. iudic. quid ſtatuit.*

2 *Probationes nouæ per teſtes ſuper eiſdem articulis, vel de directo contrarijs poſt didicita teſtificata non admittuntur, fallit quando ad confirmationem prioris obligationis producerentur præuio iuramento calumniæ, num. 3. & refertur de hoc praxis nu. 4.*

5 *Probationes nouæ ad corroborationem primæ probationis etiam in termino repulſæ repulſæ admittuntur, & ita ſe habet communis opinio, nu. 7.*

6 *Repulſa an concedenda ſit ei, qui non illam petierat, quia credebat, quod ſui teſtes releuaſſent contra probationem aduerſarij, deciſio affertur.*

8 *Teſtes de nouo admittuntur, quando ceſſaret timor ſubornationis.*

9 *Acceſſus Iudicis ſuper faciem loci, non erit denegandus.*

10 *Probatio per euidentiam rei admittitur.*

11 *Probatio per acceſſum Iudicis, & teſtes ſimul admitti poterit.*

12 *Acceſſus Iudicis tunc concedendus, quatenus ſuper peritia artis erit tractandum, qualiter procedat.*

13 *Iudex ſtudioſiſſimus eſſe debet, ne pereat ius partis.*

14 *Probationum facultas non erit anguſtianda, aut reſtringenda.*

15 *Aequalitas inter partes ſeruanda, ne quid illicitum contingat.*

16 *Iudex ſemper debet perquirere veritatem.*

17 *Veritas erit elucidanda, & omni mendacio carere debet.*

18 *Deciſio S.C. refertur.*

PRO SERENIS. MAGNO HETRVRIAE Duce, contra Sereniſſimam Margaritam ab Auſtria. Super acceſſu, ac admiſſione articulorum.

ALLEGATIO XXVII.

IN termino repulſæ (præcedente reſeruatione opponendi contra teſtes, & dicenda per eos tempore nominationis de eiſdem facta iuxta practicam Regni, de qua per Maran. in ſuo tract. in 6. par. in 13. act. nu. 2.) fuerunt dati articuli, concernentes repulſam teſtium, & eorum dicta. Necnon fuit petitus acceſſus Domini cauſæ Commiſſarij ad habendam veritatem ſuper probatis, & ſuper facto, quod controuertitur: & vtrumque poſſe fieri, ac deberi cõcedi, ex infraſcriptis ſuadetur.

Et quoad primum (præſuppoſita pra-
1 gmatica 12. in antiq. incip. Contingit ſæpè, per quam articuli impertinentes, vel ijdem, vel de directo contrarij in cauſa appellationis, vel in termino repulſę reijciuntur) licet regula ſit per DD. vtriuſque
2 cenſuræ communiter recepta, quòd in termino repulſæ poſt didicita, & teſtificata nouæ probationes habendæ per teſtes ſuper ijſdem, vel de directo contrarijs non admittantur; de qua in cap. fraternitatis extra de teſtib. & in auth. at qui ſemel C. de prob. latiſſimè per Socc. in regul. 403. & eo minus in Regno vbi expreſſius hoc cauetur. Tamen regula prædicta multas recipit limitationes à Moder. in dictis locis relatas, & ab eodem Socci. in dicta regula congeſtas; inter quas vna potiſſimum ſuadet, regu-
3 lam prædictam nõ impedire nouas probationes. Quando videlicet ad confirmandum priorem obligationem noui teſtes inducuntur, præſtito calumniæ iuramento cum admitti eo caſu debeant, vt per Abb. poſt Innoc. Butrig. & alios in cap. cum clamor extra eodem, notatur per eundem in cap. cum in tua, & cap. ex tenore eodem, per Salyc. & Bal. in d. auth. at qui ſemel (licet Bal. intelligat dictum Innoc. in d. cap. cum clamor habere locum quando Iudex ex officio teſtes admittat, Abb. tamen ibi dicit, loqui etiam quando ad inſtantiam partis) ſequitur Soocin. in dicta regula in 30. lim. Hoc idem in terminis pragmaticę teſtatur

tur fuiſſe practicatum, Affl. in dec.216. ſub nu.4.inquiens,non poſſe mihi imputari, quare in primo termino non produxi: ex quo confidebam primos teſtes ſufficere, cum præuidere non potuerim, quid probare vellet aduerſarius, per dictum cap.ex tenore extra eodem; Adeò vt in caſu omnis ſubornationis timor ceſſare videatur, quæ ratio ab omnibus ſupra relatis tangitur, quam etiam ſequitur Capyc.in dec.62. vbi hoc extendit
5 etiam in repulſa repulſæ,& dicit nòn eſſe imputandum ob negatam in Regno copiam articulorum, idem in dec. 157. vbi ideo fuit conceſſa repulſa per Sa-
6 crum Conſilium cuidam Vniuerſitati, quæ non petijt repulſam, quia credebat quod ſui teſtes releuaſſent contra probationem Aduerſarij, hanc eandem
7 opinionem teſtatur communem Anton. Gabriel. in ſuis communibus concluſionibus lib.1.in titul.de teſtib. concluſ.21. num.39. verſic.ſeptimo limita, quando ſcilicet teſtes in termino repulſæ inducuntur ad concomitandum dicta priorũ teſtium, & impugnandum contrarios, vbi ſupradictos refert Add. Bald. & Capram in dicto cap.cum clamor, Anton. & Mar. in dicto cap. cum in tua extra de teſtib.colum.23. Corn. conſil.27. colum penul.3.volum. Petrum de Anchar. in clemen.2.4.colum.de teſtib. Angel. in dicta authen. at qui ſemel 2.colum. Salycet. in l. per hanc de tempor. appell. Imol. in dicto cap. fraternitatis colum. penul.Cœpoll.conſil.55. Aymon. conſil. 65.colum.1 ſequitur nouiſſimè Menoch. in tract.de arb.iud.lib.1.q.34.nu.15. verſ. declaratur ſextò.

Vnde cum in caſu noſtro iam teſtes fuerint examinati pro veritate probantes factum ad cõcomitantiam illorum, & contrariorum impugnationem, ex hoc ſolo capite per prędicta admitti poſſent.

Quod etiam ex alio ſuadetur, quia
8 ceſſante cauſa impeditiua, videlicet ſubornationis, videtur etiam ceſſare impedimentum, quia dicta per teſtes contrarios impugnari petuntur non ſolum per teſtes, ſed etiam per ſcripturas, & partitas librorum multorum, in quibus ſparſim ſunt deſcripti annui fructus, qui à die mortis Sereniſſimi Magni Ducis Coſmi, ex bonis prætenſis percepti fuerunt ab Illuſtriſſimo Domino Petro Medices, ac etiam per alias probationes habendas ex publicis, & authenticis ſcripturis, quo caſu ceſſat ſubornationis timor, ſic etiam cum eiſdem alij teſtes admitti poſſunt, vt per Soccin.in dicto loco in lim.47. cum alijs ibi relatis.

Quo verò ad acceſſum petitum Domini Commiſſarij illud ſimiliter negari
9 non poſſe, teſtatur Affl. ſupra relatus in eadem deciſ.216.num.3. verſic.item fuit practicatum,quod pars fuit admiſ-
10 ſa ad probandum per euidentiam rei, per doctrinam Bal. in l. ſi quis teſtibus C.de teſtib. & in l.de quibus penul.colu. ff.de legib.Bart.in l.1.§.final.ff.quemadmodum teſtamen.aper.Cyn.in l.2.C.quę ſit longa conſuetudo.Bartholom.Socci. in dicta regul. 19. fallen.vbi refert Bald. in dicta authen. at qui ſemel, & in l.1.C. vt quæ deſunt aduoc.Ludoui.in rubr.de arbi. & Florian.in l.qui ſeruum in princ. ff.de interrogat. act. refert, & ſequitur Anton. Gabriel. in dicto loco commun. concluſ.lib.1. de teſtib.concluſ.21.num. 91.in 29. limit. vbi dicit, quod poſſum
11 etiam ſimul examinare teſtes, & vltra allegatos refert Vincen.& Goffr. in cap. cauſam matrimonij de prob. Felyn. in dicto cap.fraternitatis colum.7.Rom.in l.ſi vero §.de viro ff.ſolu.matr. in 31.fall. Petr.de Anchar.in cap.cauſam quæ de teſtib.Caſſan.in Conſuet.Burgu. f.71. Tiraquell.de retract. f.121.

Et ſi diceretur,acceſſum,ita demum eſſe concedendum, & ita inſpectionem
12 loci habendam, quatenus ſuper peritia artis tractandum ſit, vt ſtatim ſublimitat ibi Gabriel. num.92. ex dictis Abb. in dicto cap.cauſã matrimonij in 2.col. de proba. Reſpondetur,quod cum controuertatur poſſeſſio bonorum prætenſorum, an per Sereniſſimum Magnum Ducem Franciſcum ſit (ſicut Sereniſſima Actrix prætendit) an verò penès Illuſtriſſimum D. Petrum, prout re vera eſt, idq; tamquam ex notorio facti permanentis conſtat. Acceſſus prædictus neceſſarius eſt ad habendam ſuper hoc (quod in facto permanente conſiſtit) veritatem modis omnibus, ex arbitrio Domini Commiſſarij, vel alterius Domini Conſiliarij adhibendi, tum ex teſtibus ſecreto recipiendis, & ab eodem eligendis, ex libris publicis, ac ex libris negotiorum geſtorum, in quibus annui fru-



Digitized by Google

ctus deſcribuntur. Qui cum multi ſint, & multorum annorum, ac etiam bonorum prouentus contineant, aliter videri nequeunt per Sacrum Regium Conſilium, vel Dominum cauſæ Commiſſarium, quàm per acceſſum, cum Neapolim non ſolum difficile, ac periculoſum eſſet adducere, ſed etiam impoſſibile (non permittente Illuſtriſſimo Domino Petro eius prouentus, ac redditus propalari.) Ergo neceſſarius eſt acceſſus, ita inſtantiſſimè petitus ad habendam veritatem, cuius rei quilibet ius dicens
13 ſtudioſiſſimus eſſe deberet, ne pereat, vt per Specul. in tit. de teſte §. qualiter verſ. deinde, ſi rectè velit iudicare (vt decet) l. vbi gloſ. & Bart. C. de edend. gloſ. in authen. de tabell. in princ. cum ſit mater iuſtitiæ, Bal. in l. Libertini ff. de ſtat. hom.
14 & propterea eſt ſemper adiuuanda, nec probationibus reſtringenda, Innoc. in cap. quoad conſultationem in 1. colo. de re iudi. & per inueſtigationem reperitur, cap. occidit 38. q. 8. Idque maximè faciendum eſt in præſenti cauſa, in qua iam ad inſtantiam Sereniſſimæ Actricis, fuit à Domino cauſæ Commiſſario miſſus alius Commiſſarius, cum literis hortatorialibus ad recipiendum depoſitionem Præfati Sereniſſimi Magni Ducis ſuper articulis ꝑ parte Sereniſſimæ Actricis exhibitis, ſuper quibus medio iuramento veritatem depoſuit, contra quam reperti ſunt teſtes Sereniſs. Actricis falſum depoſuiſſe, vt ergo æqualitas inter partes ſeruetur, & Sereniſſimo Magno Duci tanquam iuſta petenti mo-
15 rem geratur ad vtrumque effectum negari non debere ſperatur, ne licitum fuiſſe dicatur Sereniſſimæ Actrici, quod illicitum poſtea Sereniſs. Conuento aſſeratur contra omnes iuris regulas, vt per Innoc. in cap. accedit ext. vt lit. non conteſt. Specul. in titul. de dilat. §. 4. verſ. in ſumma nota, & ratio habendæ veritatis militat in vtroque termino, cum illam ſemper Iudex perquirere debeat,
16 vbi maximè æquitas ſuggerit, l. vbicunque ff. de interroga. action. vbi gloſ. & Scribent. & paſſim ab omnibus. Et ſi æquitas vrgeat, ex ea ratione intermultas poteſt conſiderari, quia agitur de elucidanda veritate à Sereniſſimo Conuento depoſita, & per teſtes aduerſarios
17 negata. Ne vllo vnquam tempore de eius depoſitione iuramento vallata ſuſpitio aliqua, Sacro Regio Conſilio, vel cuicunque eſſe poſſit, cum omni mendacio penitus carere debeat, vt per Soc. in conſ. 32. circa med. verſ. nunc enim conueniens in 1. vol.

Aſcanius Raſius
Aretinus I. C. Min.

18 *Die 23. Martij 79. fuit votatum contra Magnum Ducem.*

## ADDITIO.

RESpectu primi aſſumpti, ſi poſſint teſtes examinari poſt didicita teſtificata latius proſequitur Muſcatell. in prax. S. C. lib. 1. p. 6. gloſ. 1. num. 9. & 10. vbi poſuit aliquas limitationes Iulius Cæſar Imbrianus meritiſſimus Auditor Prouinciæ Calabriæ Citra in ſuo tract. de repulſa conſid. 2. num. 122. ſed melius Alexan. Trentacinq. variar. reſol. vol. j. lib. 2. titul. de prob. reſol. 4. per tot. hanc intuetur materiam, latiſſimè DD. inter commun. opin. lib. 4. titul. de teſtib. num. 298. & ſeq. Viuius in ſylua commun. opin. in opin. 896. ad quod notanter ſubdit Faber in eius Codic. lib. 4. titul. de teſtib. defin. 61. teſtes nouos admitti debere etiam ſuper eiſdem, aut contrarijs articulis poſt didicita teſtificata, vel quãdo nulliter eſſent publicati, aut recepti, vel ad concomitantiam ſcripturæ, aut ſi de probatione contraria non potuerit pars inſtrui ante publicationem, & ita deciſum retulit vltra alios caſus per eundem relatos in defin. 5. Cæterum autem reſpectu alterius capitis acceſſus Iudicis ſuper faciem loci, quo tempore & infra quem terminum ſit faciendus erit videre apud Regentem Rouitum in pragm. 63. num. 3. de offic. S. C. ibiq; num. 6. notandum dixit, acceſſum eſſe Iudicibus prohibitum, vbi non

Digitized by Google

non adeſſet manifeſta vtilitas, vel neceſſitas cauſæ, alioquin teneretur ad reſtitutionem, quam nec partes ipſæ poſſint donare, & ibi plura conſerentia deduxit.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio in re certa dato cohærede vniuerſali loco legatarii habetur.*
2 *Inſtitutus in re certa, an verè legatarius dicatur.*
3 *Rei appellatione iura continentur.*
4 *Tutor quando poſſet hæreditatem pupilla repudiare.*
5 *Aestimatio debetur quoad legatum feudi, & num. 9.*
6 *Deciſio S.C. adducitur, vt debeatur æſtimatio legato feudo.*
7 *Forma inueſtitura principaliter in feudis conſideratur.*
8 *Feudum in petitione hæreditatis venit, & quando.*
9 *Qualitas hæreditaria in feudo attenditur.*
10 *Differentia notatur inter feudum hæreditariũ, & ex pacto.*
11 *Feudatarius emens feuda ex propria pecunia, an de illis diſponere poſſit.*
12 *Diſpoſitio teſtatoris in feudalibus, an valeat ſaltim quoad æſtimationem.*
13 *Verbum (volens) actum perfectum voluntatis demonſtrat.*
14 *Gerundium cur ita vocatur.*
15 *Gerundium relatum ad verbum præteriti, vel præſentis temporis, actum perfectum ſignificat.*
16 *Gerundium ſi infinito adiungatur, omnia cõplectit tempora.*
17 *Imputandum erit ſibi, qui clarè non loquutus eſt.*
18 *Interpretatio lata fit in validitate teſtamenti.*
19 *Vnum faciens alio conſenſit.*
20 *Qui vult conſequens etiam vult neceſſarium antecedens.*
21 *Electionem acceptans, videtur acceptare omnia, quæ ad eam perueniuntur.*
22 *Verba* douendo, & volendo, *an etiam ad præſens tempus referantur.*
23 *Actus ex interuallo factus, cenſeri an debeat exiſtentibus verbis intermedijs.*
24 *Dictio (vero) eſt aduerſatiua ad præcedentia.*
25 *Dictio (videlicet) declaratiuè, aut reſtrictiuè ponitur.*
26 *Correctio non præſumitur in continenti inducta.*
27 *Verba aſſertiua inter eaſdem partes probant.*
28 *Narrata in præfatione, tanquam cauſa formalis conſiderantur.*
29 *Deciſio controuerſia adducitur.*

## PRO ILL. DVCE TERMVLARVM.

## ALLEGATIO XXVIII.

DVM tractabatur deciſio cauſæ inter Illuſtr. Ducem Termularum, Regium Fiſcum, & Ciuitatem Capuæ ſuper Caſali Marcianiſi, ſuperuenit Illuſtriſſ. Cæſar Gonſaga prætendens iudicium per Ducem motum in eius beneficium determinari debere, quod per quatuor, vel quinque annos, ipſo, & ſuis agentibus, & Aduocatis ſcientibus, fuit cęptum, & proſequutum, & ſuam pretenſionem prætendit fundare, cum deſcendat ex Illuſt. Iſabella de Capua Principiſſa Melficti Primogenita Ill. Ducis Ferdinandi, & cũ hoc ius intentatum ſit feudale ad ipſum tanquam ex primogenita deſcendẽtem ſpectat: Cui prætenſioni pluribus rationibus reſpondetur ad eius excluſionem: Et primò, hoc ratione primogenituræ prætendere non poteſt; cum iure Francorum viuere non probauerit, & hoc ius in Regno ſit ſpeciale, & non commune, vt in Conſt. vt de ſucceſſionibus, & ex hac ratione excluderetur ſaltim in partem.

Secundò, & fortius ad totalem excluſionem adducitur teſtamentum Ducis Ferdinandi patris, qui inſtituta hærede Illuſt. Iſabella Primogenita in rebus particularibus, inſtituit in reſiduo ſtatus, & rerum ad ipſum ſpectantium Illuſt. Mariam de Capua Secundogenitam, quæ inſtitutio in re certa reſpectu Primogenitæ, data cohęrede Secundogenita fine
1 parte, operatur, quod loco legatariæ habeatur, & cohæres data, ſit hæres vniuerſalis, l. quoties C. de hæred. inſt. Bar. in l. ex facto ff. eod. qui dicit, non hæredem
2 vniuerſalem inſtitutum in re certa eſſe, nec vere legatarium, ſed eſt quędam tertia ſpecies, qui cohęrede dato, in alijs nõ ſuccedit, quem communiter ſequuntur DD. in locis præallegatis, quod fortificatur ex verbis in eodem teſtamẽto appoſitis. ſ. reliquum ſtatus, l. qui non militabat

bat in §.ſi cum duab.ſeq. ff.de hære.inſt. l.cæterorum ff.de verb.ſign.l.2.C.de her. inſti.ex quibus probatur per hāc dictionem *reliquum*, hæredem vniuerſalem demonſtrari.

Cum igitur Ill. Maria Secondogenita hæres vniuerſalis dicatur, hoc ius recuperandi Caſale Marcianiſi ad ipſam ſpectat, etiam vlterius conſideratis verbis teſtamenti, ibi, *& ſopra tutte altre coſe ſpettanti à noi*, rei enim appellatione, & iura
3 continentur, l.rei appellatione la 2.ff.de verb.ſign.l.ſi mater.§.eandem in fi.ff.de excep.rei iudic.& inſt.de reb.corp.& incorp.per tot.

Et quamuis prætendatur, hanc diſpoſitionem non nocere Primogenitæ, cum hoc ius ſit feudale, & in teſtamento non adſit aſſenſus legitimus (vt prætenditur) cum ſit impetratus poſt mortem, nec adſit aſſenſus Primogenitę.

Primò, quia fundatum eſt per Dominum Collegam, poſſe impetrari validè ſine nouo conſenſu hæredis, cuius dicta non repetam.

Secundo conſidero, quod validè aſſenſus fuit impetratus ſuper teſtamento & poſt mortem, pro eo.n. ſupplicauerunt Tutores, ac etiam Illuſt. Princeps Melfiæ tunc affinis, & cuius principaliter intererat, ex quorum authoritate, & conſenſu, præiudicium (ſi ſic cōſiderari poteſt) infertur Pupillæ; ſi enim ipſi hæreditas
4 eſſet delata, Tutor cum authoritate Iudicis, cum interuentu amicorum eiuſdē Pupillæ, vtique repudiare poſſet, l. ſi ad pupillum ff.de autho.& conſ.Tuto. & ſi prohibeatur tutor repudiare hæreditatem pupillo delatam, per l.tutor ff.de bon.poſſ.hoc declaratur, quod ſolus, pōt tamen cum authoritate Iudicis, & interuentu amicorum, hæc glo.ſequēdo Azo. in d.l.tutor, quam ſequitur, & ſic declarat Bar.ibid. quem ſequitur, & firmat Franc.de Aret.in l.more §. impubes in 2.col.verſ.ſed quæritur ff.de acq.hæred. hæc requiſita in hoc aſſenſu interuenerunt; fuerunt enim Tutores non vnus, ſed quatuor omnes conſanguinei, inter quos erat mater; Interuenit etiam Princeps Melphiæ tunc temporis ſocer Ill.Iſabellæ, & pro eius intereſſe, vt in aſſenſu dicitur; fuit etiam authoritas Inuictiſſ.Caroli Imperatoris, cum conſilio aſſiſtentium doctiſſimorum virorū, inter quos erat D.Sigiſmundus Loffredus, prout ex ſubſcriptione apparet, in quo aſſenſu, p-ceditur etiā per viam decreti, vt in eo legitur; cū ergò omnia requiſita interuenerint, hic actus Ill.Iſabellæ præiudicat, & aſſenſus validus redditur.

Qui actus fuit expediens, ac vtilis eidem Primogenitæ, & ſic tutores rem vtilem geſſerūt, & ex hoc decretum ritè, & rectè fuit interpoſitum; nam omnia feuda, & iura feudalia erant antiqua cum qualitate hereditaria, in quibus filia tenebatur adimplere volūtatem defuncti, etiam ſuper diſpoſitione rerum feudalium, & non exiſtente aſſenſu, ſaltem reſpectu æſtimationis: Ad quod fundādum conſidero, quod hæc diſpoſitio, ſi ex defectu aſſenſus nō valeret reſpectu corporis feudi, valet tamen ex ſecunda inten-
5 tione reſpectu æſtimationis, ac ſi rem alienam legaſſet, l.apud Iulianum §.conſtat in 1.reſpo.l.ſed ſi res, l.filius*familias* §.ſi quid alicui ff. de leg. 1. l.*mortuo* boue §. ſi Titio, qui loquitur in *militia* ff. de leg.2. §.non ſolum inſt.de leg. & hoc cum legatum ſit factum coniunctæ perſonæ, tanto magis iudicatur, l.cum rem alienam in fi.C.de leg.

Nec quod feudum nō ſit in libera diſpoſitione Teſtatoris, hoc impedit, cum nō ſit prohibitum omninò poſſideri, ſed poſſidetur cum aſſenſu domini, qui ſolitus eſt cōcedere, & ex hoc non tāquam Campus Martius, vel Baſilica iudicatur,
5 & propter hoc æſtimationem deberi tenuit glo. in Conſtit. Conſt.Diu.Mem.in verb.ſuper feudis, Spec.in tit.de loca. in §.nunc aliqua verſ.117. And.in c.1.§.*fi.*in tit.de inueſt.de re alie.fact. Bal. *in* c.1.in 1.col. de ſucceſ.feu.Ioa.Fab.in *d.*§.nō ſolum inſt.de leg.latè Camer.in cap.Imperialem car.26.& alij quos cumulaui in
6 cauſa D.Io.Antonij de Tufo, cū Ill.Marchione Lauelli eius fratre, cuius reclamatio, nunc vertitur in eiſdem Tribunalibus, quæ omnia ad hunc punctum non tranſcribam, ne idem repetam.

Hoc.n.prouenit non tantum ea voluntate Teſtatoris, quę enixa in caſu, de quo agitur, apparet tum ex facto, tum ex diſpoſitione iuris ex ſecunda *intentione*, ſed etiam ex diſpoſitione iuris ſic interpretantis, conſiderata natura feudi ex inueſtitura alterata, à qua formā ſub-
7 ſtantialem accipit, cum ipſa principaliter in feudis conſideretur, vt in cap.1.in fin.de duob.frat. à capi.inueſti. Bal. in cap. 1. in 2.oppoſ. de eo, qui ſib. & hæred.ſuis, & in l.qui ſe patris C.vnd.lib. de qua

Digitized by Google

qua concluſione non eſt dubitandum,
cum hæc inueſtitura ſit cum qualitate
hæreditaria, quamuis pro hæredibus ex
corpore, hoc feudum propriè hæredi-
8 tarium vocatur, in tantum quod in peti
tione generali hæreditatis venit, ſecun-
dum glo. in l. item videndum §. fin. ff. de
peti. hæred. Andr. in c. 1. §. & olim de ſuc-
ceſſ. feu. & in c. 1. in fi. qui ſucceſſ. tene. &
in alijs quotis in dictis allegationibus
9 adductis, quæ qualitas hæreditaria, vt
intrinſeca conſideratur, argum. c. 1. de
feud. non hab. prop. nat. feu. hæc conſide-
rat Camer. in d. cap. imperialem §. præ-
terea in dic. E. car. 96. In hoc tantum dif-
fert feudum hæreditarium à feudo ex
10 pacto, & prouidentia; nam in ſecundo
nulla eſt diſpoſitio cuiuſcunque quali-
tatis ſit diſponens, niſi ſit primus acqui
rens, etiam dato aſſenſu; in primo verò
aſſēſu dato libera eſt diſpoſitio ēt reſpe
ctu corporis feudi, ſed ipſo ceſſante, tā-
quam obſtaculo ſublato, valet diſpoſi-
tio reſpectu æſtimationis, tanquàm res
aliena legata, cuius diſpoſitio ad hoc va
let, & hoc non ex alio, niſi ex qualitate
ſubſtantiali hæreditaria ipſius feudi,
hoc ſublato nulla pęnitus eſſet differen-
tia inter feudum hæreditarium, & feu-
dum ex pacto, & prouidentia, rationes
non repetam, cum diffusè allegauerim
in dicta cauſa, & credo nunc ad manus
Dominorum iudicantium, cum eius re-
clamatione nunc tractetur.

Præterea Ciuitas Molfictti, & Iuuena-
tij cum herbagijs earundem erant feu-
11 da noua eiuſdem *Ducis Ferdinandi* di-
ſponentis, imò ex pecunia propria em-
pta, in quibus diſponens, liberam habet
poteſtatem diſponendi, etiam ſine aſſen-
ſu reſpectu pretij, tanquam ſi idem pre-
tium in hæreditate, & in arca eſſet, ſecū-
dum Bal. in conſ. 56. incip. commune Aſ-
tenſis in 3. lib. latè proſequitur Frec. in
tract. de ſubfeu. in 3. lib. in 33. differ. valet
igitur diſpoſitio teſtatoris in feudalibus
12 ſaltim reſpectu æſtimationis ex ſupra
conſideratis; hæc conſiderauit *Doctiſſ.*
D. Loffredus in pręſtatione aſſenſus In-
uictiſſimi Caroli aſſiſtens, cum huius iu-
ridicæ opinionis ipſe idem fuerit, vt in
c. 1. in §. quid ergò in fi. p quos fiat inueſt.
in paraphr. hæc fuit cauſæ cognitio in
decreto aſſenſus habita, cum factum ex
teſtamento enarrato in ſpecie patebat,
reliquum in iure conſiſtebat notum aſſi-
ſtentibus, qui hanc veram opinionem
aſſerebant, vt in eorum ſcriptis teſtatur,
tantò magis cum etiam in beneficium
Primogenitæ diſpoſitio fuerit alterata
accipiendo Terram Serræ Caprioli cum
Caſalibus, ac Apricenæ Secundogenitā
tangentes abſque onere, vt in ipſa legi-
tur. Ex his ſatis, ſuperq; patet negotiū
vtile Tutores geſſiſſe, decretū rectè pro-
pterea interpoſitum, præſentiam amici,
ac affinis intereſſati interueniſſe, aſſen-
ſum propterea validè datum fundatur.

Tertiò fundatur conſenſum, expreſ-
ſum etiam Primogenitæ interueniſſe in
teſtamento, non ſolum per nō diſſenſum,
ſed etiam per conſenſum, dum in anno
30. non ſubſequuto matrimonio cum Pri
mogenito Principis Melfiæ, idem cōtra-
xit cum Ill. Ferdinando Gonſaga, cui in
dotem dedit omnia in aſſenſu contenta
tantum approbando teſtamentum pa-
tris, dum in eiſdem dixit, *che eſſa volendo
oſſeruare il teſtamento del padre haue l'elettio-*
13 *ne*, hoc verbum *volendo*, latinè dictum, ſci-
licet volēs, eſt præſentis temporis, quod
actum perfectum voluntatis demōſtrat,
cap. officij ibi, huiuſmodi poſtulantes,
cap. nihil ibi, volentes igitur, & in cap.
conſtitutis in §. nos autē, ibi reputantes,
extra de elect. & elect. poteſt. gl. in l. 2. in
princ. C. de repud. hæred. Si verò illud
verbum vulgare *volendo*, prout vulgare
iacet, interpretabitur, eſt verbum gerun
dij, ſi tanquam gerundium interpretari
poteſt, conſidero, quod ideo gerundium
14 vocatur, ex quo gerit verbum ad quem-
cumque intellectum partium ex alijs
coniecturis, *Bald.* in l falſus in 3. colum.
C. de furt. quod relatum ad verbum
præteriti, vel præſentis temporis, actum
15 perfectum ſignificat, ſecundum ſignifi-
cationem eorumdem temporum, Bart.
in l. 1. in fi. de condi. & demonſtra. & in
l. ſi tu ex parte ff. de acquiren. hæred. &
ſi infinito gerundium adiungitur, om-
16 nia tempora comprehendit, prout for-
ſitan in verbis huius capituli conſide-
rari poſſet, & ſic cum infinitum, etiam
actum perfectum de præterito, vel præ-
ſenti ſignificet, cum ad omnia tempo-
ra referatur, gloſ. in l. ſtipulationum
aliæ in §. ſtipulatio ff. de verborum obli-
gation. & cum verba ſint prolata à par-
te, quamuis dubia, in eius præiudi-
cium interpretantur; Clarius enim
27 debuit loqui, non fecit, ſibi impu-
tandum, l. veteribus ff. de pact. cap.
in præſentia de probation. Tanto ma-

M 3 gis

Tantò magis cum interpretentur ad va-
liditatem teſtamenti, in quo lata ſit in-
terpretatio in eius beneficium, cum ſit
18 fauorabile, l. 1. C. de ſacroſ. eccl. cap. fin.
de re iudi. Bar. in l. cum hi in princ. de
tranſact.

Corroboratur, quod fuerit perfecta
voluntas acceptandi teſtamentum; cum
in eidem primogenitæ detur electio par-
tis diuiſæ per Teſtatorem, ipſamet ſibi
reſeruat electionem tantum, quam tunc
dicit, quod facere non [illegible] debat, ſed re-
ſeruat eandem facere cum conſenſu D.
Ferdinandi eius viri, & ad hoc tantum
tendũt proteſtationes, & reſeruationes;
ſi ipſa teſtamẽtum approbare noluiſſet,
& pretendiſſet illud ſeruare non teneri,
non electionem reſeruaſſet, ſed non con-
19 ſenſum, ex hoc actu in eodem teſtamen-
to vtrumque ei forſitan liberum fuerat,
vnum fecit alij conſenſit, arg. l. cum Pre-
tor ff. de iud.

Vlterius dicit, electionem ſibi compe-
tere ex teſtamento, hanc ſibi reſeruat fa-
ciendam ex eius aſſertione, nonniſi ex te-
ſtamento ſibi competit; Acceptauit igi-
tur teſtamentum, acceptando electionẽ,
20 ad quam per teſtamentum peruenitur;
Qui enim vult conſequens, neceſſarium
antecedens etiam vult, l. illud ff. de acqu.
21 hered. cum acceptauit electionem, om-
nia per quæ ad electionem peruenitur,
videtur acceptaſſe, l. 2. ff. de iuriſdi. omni.
iud. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum
ff. de procur. quibus adiungitur, cum illa
verba *volendo oſſeruare il teſtamento*, ſint ge-
minata, quæ enixam voluntatem profe-
rentis demonſtrant.

Et in tantum hæc geminatio opera-
tur, quod & ſi hæc verba *douendo, & vo-
lendo*, intelligerentur in futurum, prout
22 fundatum eſt intelligi non poſſe, adhuc
voluntatem proferentis de præſenti de-
monſtrãt, Bal. in §. hoc quod nos in verb.
caſſentur, & in irritum reducantur de
pac. conſt. refert Fely. in c. 1. in verſ. pri-
uilegium in 1. col. in fi. verb & dicit Bal.
de pac. conſt. extra de reſcrip. & in cap.
quoniam el 2. in princ. de off. deleg. Tan-
to magis cum non in continenti, vnum
23 verbũ poſt aliud ſit expreſſum, ſed mul-
tis verbis, & reſeruationibus interie-
ctis, & ex hoc tollitur dubitatio DD. in
hoc articulo tenentium, quod fiat ex in-
teruallo, cum intelligatur alijs verbis
interiectis, licet in eo actu, cum tunc et
ex interuallo dicatur, & valeat. ad effe-
ctum prædictum, vt conſiderat idẽ Fely.
in d. c. 1. alleg. conſil. Marian. Socc. 53. in
6. col.

Cui declarationi annectitur noua pre-
tenſio poſt capitula facta, & electione
facienda iam reſeruata, dum partes di-
cunt, quod nouiter Illuſtr. Primogenita
prætendebat non teneri ad obſeruantiã
teſtamenti, ex hoc verbo *nouiter*, argui-
tur, quod per prius habuit voluntatem,
& declarauit ſeruare teſtamẽtum, quod
24 declaratur per dictionem *vero*, quæ eſt
aduerſatiua ad præcedentia, prout eſt
dictio *ſed*, vt per gl. in l. 1. §. ex his appa-
ret per illam tex. ff. de liber. agno. quarũ
natura eſt aduerſatiua, l. quicunque §. ſi
quis ita, & ibi glo. ff. de verb. obl. hæc ad-
uerſatiua aduerſatur; Primò, quod de-
clarauit Ill. Principiſſa in capitulis ma-
trimonialibus, & non in alio aduerſari
poteſt, niſi quod nunc non vult ſtare di-
ſpoſitioni paternæ, prout ſtabat, *alias*
fruſtra eſſet appoſita, & nihil operare-
tur, & ex his apparet, quod ſemper fuit
voluntas Illuſt. Principiſſæ, ſeruare teſta-
mentum patris.

Ex qua prætenſione fuit deuentum
ad tranſactionem, etiam de volunta-
te Illuſtriſſ. D. Ferdinandi, quod de to-
ta hæreditate paterna Ill. Principiſſa ca-
peret aliquas Terras, cũ augmento Ter-
ræ Campi Baſſi, & reliquum ſtatum pa-
ternum ſit Illuſtriſſ. Secundogenitæ, ap-
probando teſtamẽtum paternum in par-
tem, ſi non in totum, cum de hæreditate
prædicta elegerit tantum dictas Terras,
Illuſtriſſ. Primogenita hæres particula-
ris remanet, ſicut in teſtamento, & Secũ-
dogenita vniuerſalis hæres remanet, ex
illo verbo *reliquum*, ex ſupra conſidera-
tis, in qua hæreditate ſunt hæc iura, quã-
uis feudalia, cum ſint hæreditaria, vt ſu-
pra.

Nec enumeratio Terrarum ſtatus fa-
cit, quod non cenſeatur hęres vniuerſalis
Secundogenita, ſed in illis Terris enume-
ratis, quia illud verbum *videlicet*, reſpe-
ctu Secundogenitæ ſtat declaratiuè, non
reſtrictiuè, cum etiam de natura illius
25 dictionis *videlicet*, ſit declarare, cap. ex
literis de prob. Bart. in l. 1. ff. ad l. Aquil.
Aret. in l. ſi fundum ff. mãd. Dec. in d. cap.
ex literis in 6. not. & quod reſpectu Secũ-
dogenitæ ſtet declaratiuè; aduerto, quod
illa dictio, *videlicet*, ſubſequitur verbis,
reliquum ſtatum paternum peruenire
debuiſſet, declarat ſtatũ, non taxat, haud
ex-

Digitized by Google

excludit hæreditatem paternam, & hæc eadem dictio ponitur in electione facta per primogenitam, & ſubſequuntur verba, quod de tota hæreditate paterna habuiſſet ad ſe capere; reſpectu igitur primogenitæ reſtrictiuè intelligitur, cum aliud ex hæreditate non vult, & cum hec dictio *etiam*, reſtrictiuè intelligi poſſit, per DD. in eiſdem locis, ex conſideratis reſpectu Primogenitæ reſtrictiuè iudicatur.

Nec quod prædicta verba ponantur per partes aſſertiuè, & eadem non ſic in ſpecie ponantur in diſpoſitione, obſtat, quin non ſint ſic intelligenda; nam illa aſſertio, & enunciatio, quæ fit inter partes eſt de præſenti, non de præterito, attentis verbis in tranſactione poſitis (aſſeruerunt deueniſſe, prout coram nobis deuenerunt) verba ſubſequentia diſpoſitiua, cum non repugnent præcedentibus, ſecundum ipſam ſunt intelligenda, cum ſint in eodem actu, & in eadem ſtructura verborum, ne in continenti in-
26 ducatur correctio, quæ nõ præſumitur, l. non ad ea ff. de condi. & demonſt. Illa enim verba aſſertiua, vel enunciatiua in-
27 ter eaſdem partes probant, l. optimam C. de contrah. & commic. ſtipul. not. in l. cum aliquis C. de iur. delib. & in auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Imò verba diſpoſitiua ex ſupra narratis declarantur, & ſecundum eam intelliguntur l. fi. ff. de hæred. inſt. l. Titia §. idem reſpondit lo 1. ff. de verb. oblig. l. regula § fi. ff. de iur. & fact. ignor. Bar. & Bal. in l. cum hi, & §. eã ff. de tranſact. Oldr. in conſ. 113. circa
28 princ. & narrata prefatione tanquam cauſa finalis conſiderantur, Bal. in l. vt liberis C. de collat. Bar. in d. l. fi. Gozad. in conſ. 13. col. Caſſan. in prohem. conſuet. Burgun. in verſ. iſtud eſt prohemium, & ſic omnes dictiones in narrationes expreſſæ in diſpoſitione intelliguntur repetitæ, ex ſupradictis, tanto magis cum ex hoc partes reddantur conformes teſtamento paterno, cui omnino eſt fauendum, vt ſupra eſt fundatum: & ſi per Aduerſarium prætenderetur, quod non eſt deductum in tranſactione hoc ius feudale, cum in parte narrata Secundogenitæ, non ſit declaratum, & ſic ommiſſum: Aduerto, quod ad Primogenitam ſpectare non poteſt, cum declarauerit, quod de tota hereditate vult illas res particulares, cum hoc ius ſit in hæreditate, ipſum noluit, & hoc eſt certũ, Secundogenita verò non ſe excluſit à tota hæreditate ex illis verbis declaratis, & cum dixerint ſe conformes reddere, in partem, ſi non in totum ad teſtamentũ paternum, ex eodem ad ipſam Secundogenitam ſpectabat ad ipſam, non excluſam, ſed à diſponente ad hoc vocatam, ſpectare debet, cum ad alium ſpectare non poteſt. Ex his concluditur, validum eſſe teſtamentum Illuſtriſſ. Ducis Ferdinandi, & Illuſtriſſ. Duciſſam Secundogenitam remanſiſſe hæredem vniuerſalem, quæ omnia onera hæreditaria ſubijt, & ſoluẽdo relevium totius ſtatus, à quibus omnibus Illuſtriſſ. Primogenita penitus fuit immunis iuxta paternam diſpoſitionem, & quod ſententia proferenda contra Capuam, & Regium Fiſcum, cedat in beneficium Illuſtriſſ. Ducis Actoris eiuſdem Secundogenitæ filij Primogeniti.

Proſper Tripes.

29 *Iudicatum contra Ducem, qui ante confirmationem fuit facta reuocatio à Rege Catholico ipſius Priuilegij.*

## ADDITIO.

PAriter in eadem cauſa in iure allegauit Ioa. Vinc. de Anna in alleg. 50. vbi erit videre circa eandem materiam, inter eaſdem partes ventilatam, & ibi cumulata per eius filium, inde pro ornatu ipſarum allegationũ ſuppoſita prius demaniorum origine nouiſſimis temporibus cognita, inquit Regens de Curte in diuerſ. feud. cap. licet autem num. 55. vbi citat DD. de hac loquentes materia, aſſerentes ex conſuetudine potius inuentam eſſe petendi facultatem demanij, ab Vniuerſitatibus, & datur intra annum, vt deciſum ibidem num. 56. retulit Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. titul. vltim. §. 1. num. 7. & ſeq. Conſiliar. de Geor. alleg. 7. num. 2. taliter quod ſi non fuerit petita intra annum, denegatur reſtitutio in integrum, vt alias deciſum patet inter iſtas allegationes, & comprobatum in Regali Pragmatica edita

Digitized by Google

edita ab Excellentiſſimo olim Comite Mirandæ, vt ibidem num. 58. meminit, & tantum eſt dicere, dominij eſſe, vt demanij, Reg. Lanar. conſil. 34 num. 12. quamuis inter ſe differant, ex quo demania ſunt inalienabilia, Reg. de Pont. conſil. 131. num. 14. volum. 2. & an quoque demania eſſe cenſeantur ea, in quibus aliquis habet vtile dominium, videatur Staiban. conſ. 87. num. 6. conſiſtere enim videtur in prælatione, adeo quod peti poſſit ab vniuerſitate, & in eius petitione cuicumq; præfertur, Maur. Iun. alleg. 51. Franch. dec. 17. latè Fuluius Lanar, I.C. celebris in addit. ad cap. 1. §. ſed etiam res per quos fiat inueſt. Reg. Lanar. num. 16. vbi plura cumulauit de hoc; nam petere demanium dicitur proclamare de ſeruitute ad libertatem, Camill. de Medic. conſil. 164. num. 4. & rationes introductionis demanij adduxit Reg. Rouit. in pragm. 64. num. 23. de offic. Procur. Cæſ. & exercere videtur ex Regis voluntate ius tale prælationis Regi directo Domino competens, Reg. de Pont. vbi ſupra nu. 14. & non mirum ſi ad Regem defertur demanium Terræ petentis fieri de demanio, Regens de Ponte conſ. 158. num. 1. vol. 2. & an ſuper mutatione locum habeat, quod locum habeat, in iure allegauit Conſiliar. Ann. conſil. 55. in contrarium ſcripſit Conſiliar. de Georg. dicta alleg. 7. vbi ita deciſum retulit Reg. Rouit. ibi num. 28. ſed an vigente neceſſitate poſſit alienari, & ſi priuilegia Vniuerſitates habuerint à Rege non vendendi, prout accidit in Collaterali pluries ventilari de hoc anno 1630. dum ita fuiſſet à noſtro Inuictiſſimo Rege iuſſum per ſuas literas, vt quamplures vniuerſitates demaniales venderentur, Regens de Curte in d. diuerſ. feud. vbi ſupra nu. 24. affirmatiuè concludit, & ſubdit num. 74. conceſſionem demanij nullum afferre lucrum Curiæ, imò experientia comprobatum eſt perditionem Vniuerſitatum eſſe, vt num. 75. ſubnectit, in tantum quod ſi ſemel fuerit admiſſa Vniuerſitas ad demanium quandoq; de nouo oportuit in ſeruitutem redigi, nam & ſi nullum Regis intereſſe immineat, quia introitus Baronales nõ veniunt ad Regem, & ſeruitium militare non præſtatur ab ea, perdit fiſcus caducitatis ſpeciem, quia ipſa numquam moritur, adhuc tamen quando Vniuerſitates non habent modum, & facultatem inueniendi pecuniam, vt non poſſint ſubſtentari, fuerunt excluſæ à tali petitione, vt in Terra Lauriæ venditæ Hieronymo Xarques, teſtatur Regens Moles in ſuo tract. de Regal. Regn. Neap. titul. de iur. deuol. poſt cap. vltimum. Adeo quod demanialia Regni poſſunt à Rege ad libitum alienari, ſi alienatio non tendit in diminutionẽ Coronæ, Fului. Lanar. in addit. ad repetit. cap. 1. de ijs, qui feud. dar. poſſ. Reg. Lanar. num. 11. vbi num. 18. ad 21. plures caſus adduxit, quando Rex poſſit Priuilegium demanij reuocare, & potiſſimum ſi Rex poſſit conceſſo demanio Terram vendere, quam in demanio habere promiſit, Reg. Roui. vbi ſupra nu. 2. vbi latius hãc materiã examinat, & præſertim tradit, quid nã exigatur, vt demanium concedi poſſit num. 14. cui erit in omnibus inhærendum; adhuc tamen pendet reſolutio altercationis, & quid vendente Barone Terram, an ius petendi demanij Vniuerſitati competat, de hoc ſolemniter habetur tractatum à Reg. Moles in d. tract. manuſcripto de Regal. Regni Neap. tit. de iur. deuol. ſub art. 12 c. 5. vbi cenſuit, ſtatim facta venditione Terræ antequam traditur illius poſſeſſio, & facto depoſito pretij poſſe peti demanium, & ſic eſſe in voto.

Thoro.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Metus iuſtus, & ſufficiens à marito illatus eſt ad inualidandam diſpoſitionem vxoris.*
2 *Diſpoſitio à libera voluntate procedere debet.*
3 *Voluntas non debet eſſe coarctata, vel ab aliquo inducta.*
4 *Teſtamentum vxoris non debet depẽdere à voluntate viri.*
5 *Diſpoſitio incongruè facta num valeat.*
6 *Diſpoſitio an valeat facta ab vxore dolo ſe inducta.*
7 *Agi an poſſit ex non perfecto teſtamento.*
8 *Iactatoria loquutio diſpoſitionem non inducit.*
9 *Diſpoſitio an valeat, ſi potens illam facere, & non fecit.*
10 *Secreta facta in domo ſunt difficilis probationis.*
11 *Maritus inducens vxorem ad diſponendum in ſui beneficium, vti indignus non debet ſuccedere.*
12 *Vir non debet ob ſuum facinus dotem lucrifacere.*
13 *Dolus non præſumitur, licet ex coniecturis probetur nu.14.*
15 *Probationes leuiores ſufficiunt ad probationem doli.*
16 *Titulus ſi quis aliquem teſt. prohib. duo requirit neceſſaria.*
17 *Liberè diſponere quando non videatur.*
18 *Teſtamentum factum in loco ad quem non patebat acceſſus, an valeat.*
19 *Teſtari prohibitus quis dicatur.*
20 *Tex. in l. 2. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. qualiter procedat.*
21 *Dolus impedientis ſufficiens eſt, vt in quocumq; actu interueniat.*
22 *Impedimentum ponitur quocumque modo commiſſum ſit.*
23 *Qualitas perſonæ inſpici debet, vt metus illatus ſit, & de eo haberi debet ratio.*
24 *Probatio ſufficit per coniecturas, & indicia.*
25 *Vxor quidquid in commodum viri facit ad ſui incommodum præſumitur metu, & reuerentia maritali feciſſe, & maximè quando inſolitus eſſet, ſimilia peragere num.26. præſertim in teſtamento condito per vxorem, nu.27.*
28 *Metus an inducatur ex blanditijs maritalibus proueniens.*
29 *Interrogatio facta à perſona ſuſpecta, an validet teſtamentum.*
30 *Mulier in extremis laborans facilè annuit petentium votis.*
31 *Coactionis vim habent perſuaſiones viri.*
32 *Suaſio plus eſt, quam compulſio.*
33 *Tex. in l. ſi. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. qualiter procedat.*
34 *Preces maritorum pro iuſſu habentur.*
35 *Vir tenetur morbum ſuum detegere antequã matrimonium ſit contractum.*
36 *Teſtamentum factum ab eo, qui ſenſu caret non valet.*
37 *Dolus arguitur ex qualitate facti.*
38 *Deciſiones S.C. referuntur contra teſtamenta condita per vxores eorum viris, & alia nouiſſima, num.39.*

## PRO DOMINIS DE CVRTE.

## ALLEGATIO XXIX.

QVamuis, & cauſæ huius qualitas tam perſpicua, & in ſimilibus negocijs decidendis, S.R.C. iuxta æquitas, & iuridica conſuetudo me ab hoc ſcribendi munere immunem reddere poſſent, tamen ne commune omnium fratrum negocium negligere, & nè plus diligentiæ in defendendis alienis amicorum negocijs, quàm in proprio impendere videar: Has licet paucas, veras tamen, ac communes Iuriſconſultorum ſententias in medium afferre volui: ex quibus nullam prætenſi teſtamenti per Ioannam ſororem, in beneficium N. eius viri conditi, habendam eſſe rationem apparebit.

Soluto abſque filijs matrimonio iam contracto inter N. & Ioannam de Curte, per ipſius Ioannæ mortem, egimus in S.C. ſuper dotium, ac mobilium reſtitutione, capitulorum matrimonialium vigore: excipitur per N. reſtitutioni locum non eſſe; ex quo fuit per Ioannam vxorem conditum teſtamentum in ſui beneficium, ipſum hæredem ſuper omnibus eius bonis inſtituendo. Replicatum fuit, teſtamentum, ac prædictam diſpoſitionem, non ex mæra, ſpontanea, ac libera Teſtatricis voluntate proceſſiſſe, ſed ortum à minis viri, perfectionem verò à propinquorum acceſſus prohibitione, ac viri importunitate habuiſſe. Et quoniam tota huius cauſæ vis, ac iuſtitia, in fundanda hac replicatione conſiſtit: Ideo rogo, vt Illuſtres, & Admodum Circumſpecti Domini Iudicantes attendãt, quibus, & quãtis medijs prædicta replicatio

Digitized by Google

catio fundetur. Teſtamentum,& diſpoſitionem in beneficium N.viri, in eo contentam,non à libera, ſed à coacta Ioannæ diſponentis voluntate proceſſiſſe. Cauſa propter quam fuit ita à viro ad imperfectè, & intempeſtiuè diſponendũ prouocata, & dolus cum metu adhibitus, vt confirmaretur teſtamentum, apertè demonſtrant; cauſæ addatur tẽpus,quo fit diſpoſitio,voluntas, quæ eodem tempore non perficitur, & verba ipſius teſtamenti, dolum cum metu, vt teſtamentum confirmaretur,probat diſceſſus ab hac Ciuitate (vbi fratres aderant) tempore æſtiuo, & à Medicis prohibito remedijs incompletis, ad ipſius viri patriam: Celata fratribus immediata poſt diſceſſum prædictum mortalis infirmitas. Expreſſa Ioannæ fratrum, & matris petitio,antequã moreretur,& videndi deſiderium.Expreſſa viri,& eius propinquorum omnibus de domo, nè prædicta infirmitas,& deſideriumfratribus, & matri notificaretur prohibitio, ipſius Ioannæ teſtamentum condere volentis deſiderium,& in legando non libera voluntas.

Cauſa propter quam N. vir coegit Ioannam diſpoſitionem in ſui beneficiũ ſcribere,ſolummodo ea fuit, nè ſola relinqueretur;minabatur enim eam,ſe iturum Hiſpaniam cum Mario de Curte, cui iam promiſerat, ſi in ſui beneficium non diſponebat, & ſuper hoc quotidie rixabantur.Tandem habita prædicta diſpoſitione, verbum nullum amplius de diſceſſu fuit prolatum.

Metus hic à viro vxori illatus,iuſtus,
1 & ſufficiens ad inualidandam prędictam diſpoſitionem haberi debet,ex regul.l.j. §.quæ onerandę,iuncta gloſ. ff. quar. rer. act. dat. Cum ex hoc appareat,diſpoſi-
2 tionem à libera voluntate non proceſſiſſe,ad tex.in l.illa inſtitutio cum ſimil. ff. de hær. inſt. Deficit enim iſto caſu ſubſtantia teſtamenti,l.1.vbi Bar.& alij ff.de
3 teſtam.voluntas non debet eſſe coacta, vel ab aliquo inducta, ex regul. l.1. C.ſi quis aliq.teſta.prohib. ita in ſpecie in
4 teſtamento condito per vxorem in beneficium viri,cõſuluit Maria.Socci.Iun. conſ.156 viſo eleganti lib.2. per totum; coactam hanc à viro fuiſſe voluntatem, demõſtrat tempus,quo fuit facta diſpoſitio, decurſi penè erant decem menſes poſt contractum matrimonium, & exiſtente ipſa in ſanitate, inducitur ad diſponendum; Tempus iſtud magis erat aptum ad ludendum cum viro,quam ad diſponendum pro viro. Coacta propter cauſam prædictam à viro,maxima auiditate anelante ſanæ, & viuentis vxoris
5 bona in tempore prædicto ſatis incongruè diſpoſuit,contra tex.in l.1. §.interdum ff.de vulg.& pup.& l.fin.C.de pact. Propter quam auiditatem maximam,veriſimilè videtur; imò apparet violenta quædam præſumptio, quod doloſè, &
6 fraudulenter iuuenis illa ad diſponendũ fuerit inducta; ita in ſpecie Maria.Soc. d.conſ.156 ante num.1. Coactam quoq; voluntatem fuiſſe apparet ex imperfecta diſpoſitione. Præſupponitur enim tempore quo vir diſceſſum minabatur, Ioannam ſua manu ſcripſiſſe totum dictum teſtamentum, inſtituendo virum hæredem abſq; alia ſolemnitate; fecit hoc,non quia eius erat intentionis teſtamentum ſortiri effectum, ſed vt importunitatem, & viri diſceſſum moderaret, & retineret. Sciebat namq; ex non per-
7 fecto teſtamento,virum agere non poſſe,ex regul.l.ſi veritas C de fideicommi. l.ex ea ſcriptura C.de teſtam.l.fideicommiſſa §.quoties ff.de leg.3. Iactauit hanc voluntatem in illa ſcriptura abſque ſolemnitate,credens filios cũ eodem viro habituram,& vt viri animum tam auidũ
8 quietaret; Quæ iactatoria loquutio diſpoſitionem non inducit,ex regul.l.fin.ff. de teſtam. nec ex ea aliqua loquentis argui poteſt voluntas, tex.in l.diuus Traianus §.1.ff.de mili.teſta. Si verò tempore illo voluiſſet diſponere,perfectam feciſſet diſpoſitionem,non fecit, ergo noluit
9 ita diſponere,ad tex.in l.vnica in fi.C.de caduc.tollen. Verba denique huius imperfectæ diſpoſitionis,demonſtrant etiã coactam diſponentis voluntatem. Nam & ſi præſupponitur,diſpoſitionem ſcriptam fuiſſe per manus ipſius Ioannæ,verba certè non fuerunt ipſius, cum quilibet Notarius in hac arte peritiſſimus, validiores clauſulas apponere neſciuiſſet.vir ſcribenti vxori verba subminiſtrabat in cubiculo.Ex prædictis igitur,
10 quæ in hoc iudicio ſunt verificata,licet ſecretò in domo facta ſint, & difficilis ſint probationis,vt inquit Bal.in l.ſi quis in hoc genus verſ. adde tamen vnum C. de epiſc.& cler.& Zabar. in clem.1. in 2.not. de hæret. Patet initium huius imperf-

perfectæ diſpoſitionis,ortum habuiſſe à metu ſibi à viro illato, & non à ſpontanea,& libera eius voluntate. Reſtat modo,vt perfectionem,vel potius huius diſpoſitionis imperfectionem, ac finem conſideremus. Confirmauit Ioanna primam imperfectam diſpoſitionem in vltimis conſtituta, per decem horas antè obitum, cuius confirmationis nulla penitus ratio haberi, ex infraſcriptis debet.

Primò, nam quod habita per virum imperfecta illa ſcriptura,in qua ipſe hæres per vxorem ex cauſa ſupradicta inſtituebatur, videns vxorem malè ſe habere, adeò vt de eius vita dubitaretur, contra Medicorum expreſſam prohibitionem,ac mortis comminationem; in fine menſis Iunij, eã in Ciuitatem Sueſſæ aſportauit. Hoc fecit, nulla alia ratione motus, niſi quia Ioannam reuocaturam diſpoſitionem prædictam, vel ſaltẽ non confirmatam ſciebat,ſi in hac Ciuitate, cum fratrum, ac matris præſentia mortua fuiſſet; cumq. itinere magnum paſſa fuiſſet animi deliquium, ita vt penè mortua videretur, per quindecim dies poſt diſceſſum prædictum, ab hac vita diſceſſit. Mortis hanc cauſam abſq.
11 difficultate,certam, vir à Medicis præmonitus nè diſcederet,ꝓbuit;& ſic vt indignus,eius hẹreditate priuari debet,ex regul. tex.in l.ſi ab hoſtibus §.ſi vir vxorem, ibi,non enim æquum eſt virum, ob facinus ſuum,dotem ſperare lucrifacere ff.ſolu.matrim.Bal.in ſpecie in teſtamento condito per vxorem in beneficium viri, quæ poſtea ipſius viri culpa moritur,in conſ.16.vol.3.

Secundò, ſtatim cum infelix puella Sueſſam aduenit, graui opprimitur infirmitate, magna cum inſtantia chariſſimam matrem, ac fratres videre deſiderabat,ſuppliciter rogat virum,vt eos vocatum mittat, nè prius ex hac vita diſcedat,quam aliquẽ ex ſuis videat,nullis mouetur precibus, vir morientem vxorem non exaudit;iubet fratri,ad hoc vt ſuum conſequatur votum, vt contrarium ſcribat matri, & fratribus, nempè N. ſe malè habere, Ioannam verò eius vxorem benè ſcribitur iuxta ordinẽ datum die 29. Iunij, tẽpore quo omni Medicorum auxilio erat deſtituta.Prohibet oĩbus in domo, nè de infirmitate illius miſeræ iuuenis certiorem reddat matrem.Miſericordia,ac precibus morientis mota mulier, quæ in eius gubernio reperiebatur, iubet filio, qui cum ipſa in eadem domo morabatur, vt Ambroſio de Aversa Regio Porterio eius genero notificaret, & negocij veritatem, & qualitatem; ſcribitur Ambroſio eodem die 29. Iunij omni vitæ ſpe eſſe deſtitutam, rogatur Ambroſius, ſi aliquid matri,& fratribus dicere vellet,nè dicat quod eis certior factus erat, quia eſſet eis neceſsè, ſi hoc in domo N. ſciretur, fugam arripere,iſtæ literæ afferuntur in hanc Ciuitatem in domo N. non conſignantur Ambroſio, niſi die 2.Menſis Iulij habita, ac extorta prius per capitis annuitionem, confirmatione prędictæ imperfectæ diſpoſitionis, ſecuri iam, ꝙ eo tempore, quo literę conſignarentur, mortua eſſet. Fuerunt nobis allatæ literæ ſcriptæ à N.die primo Iulij, continentes in effectu, Ioannam non poſſe ex nouo quodam fluxu viuere; ſicq; primo mors filię,quàm infirmitas miſeræ matri (quæ eam ex corde amabat) fuit nunciata: & ſic dolus, & quidem ſatis impius in extorquenda hac confirmatione adfuit. Quid namque rogo, diſceſſus ille intempeſtiuus, tempore tã periculoſo,incompletis remedijs, reluctantibus Medicis indicat? niſi feruens deſideriũ hæreditatis habendæ,& timorem nè in hac Ciuitate moreretur, vbi confirmationem prædictam extorquere non poterat. Quid illæ literæ ſcriptæ ſub die 29.Iunij,Ioannæ ſanitatem continentes,
13 arguunt? niſi expreſſum dolum, qui licet non prẹſumatur, ex regul. l quoties §.q in dolo ff.de prob.Tamen ex indicijs, & coniecturis probatur,ad tex.in l.dolũ,
14 ibi,ex indicijs perſpicuis probari conuenit C.de dolo, Corneus latè conſil. 245. vol.2. Agitur enim de probatione doli in
15 priuatis ædibus commiſſi,in qua lẹuiores probationes ſufficiunt, Corn.conſil. 124.nu.4.in 3.vol.latè, & in ſpecie in caſu de quo agitur Marian.Socci.Iun.conſ. 59. vol.3. quid Ioannæ teſtamentum volentis condere,deſiderium, prout patet in literis Ambroſio ſcriptis, ibi, *ſe vole confeſſare, & vole fare teſtamento*, quid ſunt temporis iuxta matris,ac ſuorum acclamatio? quid mortalis infirmitatis fratribus cẹlatio? quid ne matri, & fratribus ſcriberetur facta prohibitio demõſtrant? niſi ad ſui libitum diſponere, & teſtamentũ reuocare, à viro fuiſſe prohi-
16 bitam. Duo enim requiruntur, vt tit.ſi quis

quis aliquem teſtari prohib. locus ſit, videlicet, quod voluerit teſtamentum condere, vel iam factum mutare, & quod fuerit impedita, ex regul. tex. in l. cum qui §. fi. quæ alias eſt lex, & incipit, Proculus reſpondit, ſi ſcriptis hæredibus ff. de his quib. vt indig. in l. Marcellus §. fi. ibi, ſed & ſi prohibuerit ff. ad trebell. l. 1. in princ. ibi, volente eo facere teſtamentũ. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. latè Bar. in l. vlt. nu. 13. ff. eod. Iaſ. conſ. 31. vol. 1. volebat teſtamentum condere, vt patet per literas Ambroſio ſcriptas; ergo iam factum mutare, vocabat eodem tempore
17 matrem, & fratres, eorum acceſſus fuit à viro prohibitus, & ſic liberè diſponere prohibita fuit, prout in ſpecie reſpondit Bal. conſ. 285. ſi quis iuris ciuilis lib. 3. Teſtamentum videlicet factum ab eo, qui erat in caſtro, ad quod non patebat acceſſus, impediente caſtri domino inſtituto nullius ponderis fuiſſe, cum reuocationis, atque mutationis facultas impediretur, quem ſequutus fuit Ripa in tract. de peſte in tit. de priuil. vlt. vol. nu. 10. Prohibitus enim teſtari non ſolũ di-
19 citur ille, ad quem prohibitus fuit ingreſſus Notarij, ſeù alterius Scriptoris, vel teſtium, vt traditur in l. 1. iuxta expoſitionem glo. in verſ. teſtamentum, & in l. 2. ff. ſi quis aliq. teſta. prohi. in l. Marcellus §. fi. ff. trebell. traditur per Bal. in l. teſtamenti C. de inoff. teſta. verũ etiam ille dicitur prohibitus teſtari, qui quocunq; alio modo impeditus eſt, ne teſtamentũ condere poſſit, aut primum iam conditũ
20 mutare, vt probat tex. apertè in l. 2. C. ſi quis aliq. teſta. prohi. generaliter loquẽs de quocunque impedimento, qui text. exemplis reſtringi non debet, ex regul. l. damni infecti ſtipulatio §. penal. ff. de damn. infe. ad not. in l. in fraudem §. fi. ff. de teſta. mili. in l. 1. §. generaliter, cũ alijs vulgar. ff. de lega. præſtan. tex. in l. 1. §. 1. & in l. 2 §. fi. ff. ſi quis aliqu. teſta. prohib.
21 Conſiderant ſolum dolum impedientis, quod ſufficiens erit quocunque actu cõmictitur; hoc idem conſiderat tex. in d. l. cum qui §. fi. tex. in §. ſi coniunctus, ibi, ſi ex eo, quia prohibuerit, auth. vt rem de appell. cognoſ. impedimentum ponitur,
22 quocumq; modo commiſſum, prout etiã tacit Imperator §. & hoc peruenit, ibi, & neq; teſtamenta cõcedũt facere, in auth. vt nulli iudicum; hoc patet idem in exẽplo tradito per Anton. de Butr. conſ. 78. per Anchar. conſ. 387. per Odoffr. quem Cynus ſequitur in d. l. 2. C. ſi quis aliq. teſta. prohi. Metus quoque in conficiendo, & confirmando dicto teſtamento, nõ defuit; colligitur enim ex eo, quod diſponere de duc. 200. abſque viri licentiã, timebat in perſonam Margaritæ de Curte eius ſororis conſobrinæ; dixit enim viro hæc verba, *Signor N. ſe non ti pigli col lera, e ſe non ti corrucci, vorria laſciare à Margharitella ducento ducati*; vnde hæc non liberam in diſponendo voluntatem demõſtrant; Locus itidem metũ indicat, quia in viri patria actus perficitur, ac exiſtẽtibus ambobus in vna aula; & vt teſtes dicunt, *che non poteua dire vna parola, che nõ*
33 *li fuſſe ſtato ſopra lo marito, & li parenti del marito*; qualitas enim perſonæ inſpici debet, vt metus, ſi illatus ſit, & de eo haberi debeat ratio, iudicari poſſit, glo. in cap. cum locum extra de ſponſal. & in muliere non tantus requiritur metus, ſicut in viro, Abb. in cap. veniens de ſponſal. cum alijs cumulatis per Tiraq. de leg. connub. par. 2. l. 9. nu. 160. & ſufficit
24 probatio per coniecturas, & indicia, vt per Bar. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi q. 8. quẽ ibi ſequitur Iaſ. ff. de nou. ope. nunc. cum alijs in materia, de qua agitur, cumulatis per Boer. in dec. 101. & Chriſti benedicti. Quando enim mulier facit ſibi
25 incommodum, & viro commodum, id prẽſumitur metu, & reuerentia maritali feciſſe, glo. in cap. plerique 1. q. 7. cũ alijs cumulatis per Tiraq. in l. connub. l. 1. nu. 25. Maximè quãdo ſolitus eſt vir aliqua
26 de facto violenter committere, vt in facto eſt probatũ, Iacob. Mand. Albẽſ. poſt ipſum in ſpecie in teſtamento condito p
27 vxorẽ in beneficium filiorum viri ex alia vxore, cõſ. 77. ſecundũ ea, quę in facto: cũ ergo in faciendo teſtamento prædicto, dolus, & prohibitio, nè teſtamentũ mutaretur, vel ſaltem, vt primum non ſolẽne confirmaretur ex parte viri, interue-
20 nit, ex parte vxoris metus, dici non poterit blanditijs maritalibus inductam fuiſſe ad diſponendum, ex regul. tex. in l. fi. ibi, Maritali ſermone C. ſi quis aliq. teſta. prohib. & tanto magis, quod confirmatio prædicta præſupponitur facta per decem horas ante obitum, oſtenſa per Notarium eidem quadam cartula, dicendo, ſi erat vltima eius voluntas, & quod illa annuerit capite, nam ſemper infirmi, grauati magna infirmitate, interrogati, ſolent reſpondere (ſi): & hoc tan
29 to magis, quanto interrogatio fit à per-

ſona

Digitized by Google

ſona ſuſpecta,prout in caſu noſtro in ſpe
cie tradit Maria.Socci. qui alios cumu-
lat conſ. 183.nu.27. vol.2. infirma mulier
30 dubitans in extremum derelinqui,faci-
lè annuit potentium votis. Innoc.in cap.
petitio de iure iur.Bar.in tract.de tiran.
q.6.Iaſ.in §.quadrupli num.66.in tit.de
31 act. & maximè viri violentis perſuaſio-
nibus,quę coactionis vim habent,ad tex.
in l.1.§.2. in verſ.perſuadere ff. de ſeru.
corrupt.in l.4.§.ſi quis volētem,ibi, ſed
& ſi volentem ff.de lib.hom.exhib.ſuaſio
32 plus eſt,quam compulſio,Oldr. conſ.36.
infraſcripto col.6. Aym.in caſu,de quo
agitur,prædicta confirmat conſ. 10.n.17.
volum.3.tex.in d.l.ſi.C.ſi quis aliq.teſta.
33 prohi.non vendicat ſibi locum,nec pro-
cedit,quādo fuit inductus aliquis ad di-
ſponēdum blandis verbis,& ſuaſionibus,
ſed doloſè,ita Dec.conſ.489.num.6. Nec
vbi teſtator eſſet inbecillis Iudicij,& fa-
cilè perſuaſibilis, vel quando legatum
eſſet magnum, & fraudarentur veniētes
ab inteſtato,nec procedit in his,qui ha-
bent teſtatorem ſub ſuo regimine, præ-
ſertim,durante illa infirmitate. Nam vl-
tra perſonę ſuſpitionē,extant aliæ con-
iecturæ,nempè maritalis reuerētia, im-
portuna, intēpeſtiuaq. inſtantia,impor-
tunæ, & intempeſtiuæ ſunt perſuaſiones,
quibus infirmus interrogatus, non au-
det refragari; & ita in caſu, de quo agi-
tur,reſpondet Menoch.qui alios cumu-
34 lat in conſ.45.nu.35. pręces maritorum,
quos non temerè metuunt vxores, pro
iuſſu habentur, Iaſ.in ſpecie in §.quadru
pli col.11.verſ.dixit ēt alibi, inſt. de act.
& alij relati per Tiraq. in tract. de pęn.
conſ. 35. & nouiſſimè Menoch. in tract.
de arb.iud.lib.2.cent.4.nu.41.prædicta
omnia,quæ ſupra firmata fuerunt,veriſ-
35 ſima eſſe demonſtrant; Morbus, quo à
viro affecta fuit,propter quem poſtmo-
dum mors fuit ſequuta, detegere debe-
bat ſuam infirmitatem ante contractum
matrimonium, ad tex.in cap. Socrates,
alias Grates 12. q. 2. Tiraq.qui (more
ſuo)multa ad hūc propoſitum cumulat,
in 4.l.connub.nu.1.cum ſeq. fol.mihi 77.
Tempus quo durauit matrimonium de-
cem,& ſeptem menſium, & magna affe-
ctio,maxima cum cauſa,erga fratres,&
matrem.Quis igitur rationis,ac huma-
nitatis particeps,iudicare poterit,teſta
mentum prædictum à libera Ioannæ vo-
luntate, proceſſiſſe? dūm conſiderat te-
ſtatricem morbo tam contagioſo à viro
fuiſſet affectam, & ex eo deceſſiſſe, ma-
trimonium non duraſſe annum cum di-
midio, obligationem tam magnam fra-
tribus habuiſſe,ob ingentes dotes,& ſa-
tis ſupra tenues patrimonij vires, ipſo-
rum fratrum precibus,à patre pęnè in-
uito conſtitutas,vt eſt concludēter pro-
batum, & amorem magnum ſemper in-
ter eos fuiſſe,nemo æquidem, imò affir-
mare neceſsè erit: teſtamentum prædi-
ctum,vel factum metu,& dolo viri,vt ſu
pra fuit deductum,vel tēpore teſtamen-
ti prædicti,Ioannam ſenſu caruiſſe,quod
36 tanquam factum ab eo,qui ſenſu caruit,
non valet,ad tex.in l.2.& in l.Titia in fin.
ff.de inoff.teſtam.in l.patronus §.ſi. ff.de
leg.3.ita concludit in ſimilibus terminis
Maria.Socci.Iun.conſ.59.nu.13. & in ſpe-
cie per Xuares alleg.1. loquens in teſta-
37 mento condito per vxorem in beneficiū
viri; ex ſupradictis coniecturis, & facti
qualitatibus ſatis percipitur, dolum
interfuiſſe,ad tex.in l.1. ff.de excep. dol.
ſed quid plura?Poſtquā S.C.in longè mi-
nori caſu decreuit,legatū non valere,re-
lictū viro, Affl.dec.69.& alias ſolus locus
fuit in cauſa,vt teſtamentū in beneficium
viri factū reſcinderetur, quia factū in lo
co,vbi vir perat, & nullus aderat vxoris
38 cōſanguineus,vt in cauſa Magnif.Ferdi-
nandi Spaſiani,cū Magn.de Ianuario,fuit
decretū, & aliquādo ſola ſermonis effu-
ſio,v3. *laſſo à mio marito quāto li poſſo laſſare,*
vt in cauſa Pilellæ,cū Magnif.de Caraſo.
& tandem idem fuit vltimo loco deter-
minatum in cauſa Magnif. Alexandri de
Scorpionibus,cum eius Cognato; refe-
rente Domino de Haro,vnum illud oro,
vt Ill. & Adm. Circumſpecti Iudicantes
non permittant,vt exiguæ facultates,tā
longo ſudore à communi patre partæ,
in poſſe N., ex teſtamento ita condito,
pro vxoris mortis premio perueniant.

39 *Die 18. Aprilis 1580. per Sacrum Conſi-
lium in Collaterali Conſilio fuit votata cauſa
contra maritum.*

## ADDITIO.

De cōſimili deciſione habetur apud Franch.dec.180. vbi pariter contra maritum teſtatur deciſum fuiſſe concurrentibus dolo,metu,& perſuaſionibus,eandem ſectantur Ricc. collectan.481. & 397. Farinac. in eius

prax.crim.titul.de falſit.& ſimul.contract.q.167.nu.78.quos probaui in 1.par.noſtri Comp. verb.teſtamentũ; cætera autem pertinẽtia ad hanc materiam,ſi teſtamentum factum ſuaſionibus falſis ſubſtineri debeat,ſatis habetur mẽtio per Aluarad. de coniect. mente defunct.lib.2.c.3.nu.39. Baldax. Mongollon.in tract.de ijs quę vi metus cauſa fiunt c.9.nu.25.ſed melius,& abundanter eandem proſequitur materiam Dominus meus Regens Carolus Tapia deciſ.Ital.16.per tot. & quid ſi Monachus fuiſſet precibus, fallacijs, vel blanditijs Abbatis, vel Monachorum inductus ad Religionẽ, qui eſſet inſtitutus ſub conditione, ſi ſine liberis decederet, an Monaſteriũ faciat conditionem ipſam deficere, negatiuè,ex Odd.Lap.& Carroc. probat Cancer.var.reſol.tom.3.c.11.nu.225.& nouiſſimè Franc. Steph. q.4. per tot. eandem quæſtionem plenius exarauit.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Venditio redditur nulla,non ſubſiſtente re vendita in contractu.*
2 *Actio ad repetendum pretium datur emptori, non exiſtente re vendita.*
3 *Pretium integrum dari debet, & reſtitui ſi forte diminutio contingerit rei.*
4 *Venditio ſubſtineri an debeat pro rata corporum venditorum, ſi non omnia fuerint reperta.*
5 *Prouiſio hominis, facit ceſſare prouiſionem legis.*
6 *Conditio contrahentium æqualis eſſe debet.*
7 *Promiſſio aſſenſus denotat validitatem in forma valida.*
8 *Mendax precator debet carere impetratis.*
9 *Mendacium committitur non ſolum exprimen de falſitatem,ſed etiam tacendo veritatem.*
10 *Gratia vitiatur in beneficij conceſſione, ſi non fuerint omnes qualitates expreſſæ.*
11 *Qualitas exprimi debet, ad hoc vt gratia ſit valida, quã ſi expreſſiſſet Princeps non conceſſiſſet.*
12 *Recedendum non erit à diſpoſitione iuris communis propter merita vita.*
13 *Reſeruatio operatur denegationem alteri.*
14 *Verba decretationis Capituli Neap. conceſſi in anno 1560. ponderantur, eiuſq; decretatio, & nu.19.*
15 *Abſurdum eſt,quod vnicum corpus habeat duo capita.*
16 *Diuerſa ratio, diuerſum producit effectum in vno,& diuerſum in alio.*
17 *Reſtitutio facta in vno caſu, remanet firma in alijs non reſtrictis.*
18 *Verbum generale,vel ſimpliciter prolatum debet reſtringi,vt euitetur legis correctio.*
20 *Recedendum non eſt à verbis proprijs.*
21 *Nemo præſumitur dicere,quod mente non cogitatur.*
22 *Rex quando erit de cauſa conſultandus, refertur caſus.*
23 *Deciſio puncti refertur.*

PRO MAGNIFICO VINCENTIO Carafa.

## ALLEGATIO XXX.

EX duobus dicitur,venditionem Terræ Marigliani,factam per Ill.D.Cæſarem Gonſaga Magn.Vincentio Carraſa,de iure non ſubſiſtere;& propterea venditorem teneri ad reſtitutionem pretij cum intereſſe:Primò,quia in dicta venditione fuerunt ſpecialiter vendita certa corpora,quæ non exiſtunt, Secundò, quia vendita fuit res feudalis, tituli dignitate decorata, non interueniente legitimo Regis aſſenſu.

Quoad primum, ex inſtrumento venditionis apparet,inter alia corpora ſpecialiter expreſſa,fuiſſe venditũ ius ſcannagij, quod nullo tempore adfuit, nec adeſt in Terra ipſa: Item fuit venditum ius paſſus Siſciani,quòd licet tempore venditionis fuiſſet exactum; poſtea per decretum Reg. Cam. fuit declaratum non debere exigi, tanquam nullum ius exigendi in prædicto paſſu exiſtẽs. Item fuit venditus paſſus Terræ Marigliani, tunc annui redditus ducatorum noningentorum, qui per aliud decretum dictæ Regiæ Cameræ, vocato dicto Illuſtriſſimo Don Cæſare, fuit taliter reformatus, vt vix redditurus ſit tertiam partem eius, quod reddebat tempore venditionis, vt facta comprobatione tabel-

Digitized by Google

tabellæ, quę tunc temporis vigebat, ad
formam traditam per R.C. euidenter ap
paret.

Et ſic, cùm corpora vendita non exi-
ſtant, venditio redditur inualida, tanquã
1 non ſubſiſtente re in contractum vendi-
tionis deducta, l. nec emptio ff. de con-
trah. empt. & vend. cum ſimil. & propte-
rea datur emptori actio ad repetendum
2 pretium, vt per tex. & ibi Bar. in l. domũ
ff. eod. qui in terminis dixit, quod ſi ven-
ditur res, quæ non ſubeſt, inualida eſt
venditio, & pretium reſtitui debet; Ac-
cedat diminutio vltra dimidiam facta
iurium paſſus terræ Marigliani, vt dictũ
3 eſt, quod integrum venditor præſtare
tenetur, quia (cum dixit) venditor ven-
ditioni accedere, illud integrum dare
debet, l. proinde in princ. ff. de ędil. edict.
vnde dicit Bal. d. l. domum, quod ſi de eo,
quod venditum eſt, aliqua pars ſubeſt, &
maior pars deeſt, debet cenſeri, ac ſi nul-
lo modo res ſubeſt, & propterea vendi-
tio valere non debet.

Nec obſtat ſi diceretur, quod quate-
4 nus inualida ſit venditio reſpectu dicto-
rum corporum, tamen poteſt ſuſtineri
reſpectu aliorum, quæ extant, & proinde
emptori actio danda non eſt ad totum
pretium, ſed ſolummodò pro rata dicto-
rum corporum, quemadmodum in eui-
ctione dicimus, vt l. j. ff. de euict. quia re-
ſpondetur, quod illud procederet, quan-
do non fuiſſet aliter conuentum inter
partes. Sed cùm in caſu de quo quæri-
ritur, appareat fuiſſe conuentum, quod
ſiue in totum, ſiue in partem inualidare-
tur contractus, pretium integrum reſti-
tui debeat, dato, quod contractus non
inualidetur in totum, competit actio ad
quicquid ſolutum eſt; Pacta enim ſeruan
da ſunt, & potuerunt partes in eorum
5 contractibus quam voluerunt legem im
ponere, prouiſio hominis facit ceſſare
prouiſionem legis, l. fi. cum ſimil. C. de
pact. Fely. in cap. paſtoralis §. cũ autem
extra de off. deleg.

Secundò dicitur, quod nulla eſt vendi-
tio ob defectum Regij aſſenſus, ẽt quia
emptor non voluit contrahere, niſi cum
aſſenſu Seren. Regis noſtri, quem D. Cę-
ſar promiſit obtinere, & conſignare infra
annum numerandum à die venditionis,
per authenticum priuilegium, & in caſu
non cõſignationis adeſt pactum reſolu-
tiuum, vt in inſtrumento apparet, in fine
anni, emptor interpellauit venditorẽ ſu-
per conſignatione dicti aſſenſus, & non-
nullas fecit proteſtationes, & dum po-
ſtea expectaſſet per biennium, videns, ꝙ
aſſenſus nedum nõ fuerat ſibi conſigna-
tus; ſed nec ẽt expeditus, reuocauit cõ-
tractũ vigore Conſt. Regni, eo pręſertim
quia hoc medio tempore D. Cæſar non-
nullas fecerat venditiones, & obligatio-
nes bonorum feudalium ẽt titulatorũ,
taliter ꝙ ſua intererat habere aſſenſum
tempore conuento, potuit vtiq; emptor
talem contractum reuocare, ſicut ven-
ditor, quia Regni Conſtitutio in contra-
6 hentibus loquitur, quorum æqualis de-
bet eſſe conditio, l. ſi id quod §. fi. de reſc.
vend. l. pen. in fi. C. com. diui. ſic paſſim,
& indiſtinctè fuit ſemper iudicatum, vt
etiam atteſtatur D. Mari. licet ipſe te-
neat contrarium, & non fundet in iure in
ſuo tract. de ſubfeu.

Et licet dictus D. Cæſar modo exhi-
beat quendã aſſenſum Regiæ Maieſtatis
expeditum ſub die 4. Decemb. 1568. di-
citur, ꝙ non debet eſſe in conſideratione
ex quo nullius eſt momẽti, quia fuit ex-
peditus poſt reuocationẽ, quæ facta fuit
ſub die 10. Decẽmb. 1568. & ſic re nõ in-
tegra, item quia non obtinuit ſuper eo
exequutoriales prouiſiones infra annũ à
Prorege huius Regni, ſecũdum formam
Reg. Pragm. hoc onus erat D. Cæſaris, ꝙ
promiſerat emptori de dicto aſſẽſu ex-
7 pediendo, conſignare priuilegiũ authen-
ticum, & ſic in forma valida, l. 4. §. con-
demnatum de re iud. ex nonnullis alijs
capitibus, & cauſis, dictus aſſẽſus eſt nul
lus, quæ breuitatis cauſa omittuntur.

Videns Aduerſarius, quod in dicto aſ-
ſenſu non poterat fundamentum facere,
oppoſuit de aſſenſu expedito per Ill. Du
cem de Alcalà, die 6. Sept. 1566. ad quod
fuit replicatum, quod nequaquã eſt va-
lidum, pluribus ex cauſis, & Primo.

Quia fuit ſurreptitiè impetratus, nã
Ill. D. Cæſar in memoriali per eũ oblato
non fecit mẽtionem, ꝙ Terra Marigliani
erat titulo Comitatus decorata, quo ca
ſu etiã ex defectu clauſulæ aſſenſus cor
ruit; nam nedũ tacitam, ſed ẽt expreſſam
in ſe continet clauſulam, veris exiſtenti-
bus pręnarratis: hæc clauſula facit aſſen
ſum cõditionalem, quatenus narrata ſint
vera, & illis veris non repertis, aſſenſus
corruit, tanquam deficiente conditione,
quẽadmodum dicimus de quolibet alio
8 actu conditionali; mendax precator ca-
rere debet impetratis, l. ſi qs obrepſerit
ff. ad leg. Corn. de falſ. mendacium nõ ſo-
9 lũ committitur exprimendo falſitatem,

ſed ēt tacendo veritatem,l.præſcriptione in princ.C.ſi contr.ius,vel vtil.publ.& erat facienda expreſſa mentio de qualitatibus feudi, alias gratia deſuper conceſſa eſt nulla; queadmodum dicimus in
10 impetratione beneficij,vbi ſecundū Regulam Cancellariæ, quæ incip.Item voluit,ſi non ſit facta expreſſa mētio de omnibus qualitatibus beneficij,gratia deſuper cōceſſa eſt nulla, vitiatur reſcriptū; nedùm quando tacetur qualitas,q̃ ſi fuiſ
11 ſet expreſſa, Princeps nullo modo conceſſiſſet;verùm ēt quando tacetur qualitas,quæ ſi expreſſa fuiſſet, Princeps ad huc conceſſiſſet, ſed non ita de leui, vel de facili,tex.eſt in cap.paſtoralis.in ver. de leui ext.de reſcr.latè per Alexa.conſ. 114.ponderatis his 2.col.in fin.1.vol. cui .n.dubium eſt,ꝙ ſi tunc fuiſſet Ill.Proregi expreſſum, ꝙ Terra Marigliani erat decorata titulo Comitatus,talem aſſenſum non conceſſiſſet, prout nō conceſſit Marchioniſſæ Vaſti in venditione Terræ Montis Caucoſij;caſus quippè erat valdè conſideratione dignus,Rex noſter hūc caſum habuit ſatis pro importanti, nec alias fuerat ſolitus Prorex aſſenſum cōcedere venditionibus terrarum titulatarum; talis igitur aſſenſus, vbi de dicta qualitate mentio facta non eſt, redditur nullus,& ſurreptitius,& ſi ſanctus fuiſſet
12 is,qui impetrauit, quia propter merita vitæ, non eſt recedendum à diſpoſitione iuris communis, vt dicit Bal.in cap.vlt. in fi.per illum tex.ext.vt lit.pend.

Secundò, corruit hic aſſenſus ex capite poteſtatis,nam cū Rex,& D.N. ſibi reſeruauerit aſſenſum quando venditur
13 Terra tituli dignitate decorata, alijs denegaſſe videtur, l.cū Prætor ff.de iud. habemus ēt prohibitionem expreſſam pragm.editę anno 1531.& quia Aduerſarius facit maximū fūdamentū in Regia
14 decretatione Capituli conceſſi Fideliſs. Ciuitatis Neap.in anno 1560.Ideo ponderanda ſunt verba dictæ decretationis, quia fundāt intentionem Magn.Vincētij quia nititur verbis expreſſis in ea poſitis,ibi,ea tñ venditione excepta,cū contingat Terrā vendi, quæ tituli dignitate decorata ſit,& hic eſt caſus,de quo quęritur, nā vendita fuit Terra Marigliani, quę eſt decorata titulo Comitatus,& in titulū Comitatus erecta;ſic.n.cātat priuilegiū conceſſum q. Alberico Carrafa; & deinde cū conceditur D. Ferdinando, vltra expreſſionē illā,cū titulo,& honore Comitatus;ſequitur clauſula,alijſq; priuilegijs,& prærogatiuis,cū quibus Terra prędicta per pręfatū Albericū teneri, & poſſideri ſolebat, & ſic reſpōdetur ad fundamentum Partis Aduerſæ, ꝙ Regia decretatio poſita in dicto Capitulo,ponit regulā,& exceptionē,vt regula ſit illa generalis permiſſio in alienationibus, quæ fiunt ſuper rebus titulatis,& procedat regula, qñ fit alienatio in parte, & non in toto,exceptio verò qñ in totū,& hęc interpretatio habet in ſe maximam rōnem; nā cum alienatur pars, remanet illa Vniuerſitas vnita cū titulo; qñ verò in totū alienatur,ſeparatur pęnitus à titulo,& ſic vnus eſſet feudatarius,& alius Comes,abſurdū eſt,ꝙ idē corpus habeat
15 plura capita,quaſi monſtrū, cap.quādo in pleriſq; ext. de off.ord. Nec obſtat illud, ꝙ in contrariū dicebatur de feudo magni momenti,vz.ꝙ ſicut *aſſenſus præ*ſtatur in alienatione feudi magni *momē*ti; pariformiter dici deberet in alienatione feudi titulati,vt vna determinatio reſpiciens plura determinabilia,illa pariformiter determinet,vulg.iur.quia reſpondetur, quod illa regula procederet quando eſſet eadē rō in vno,quę in alio, ſed cū diuerſa rō ſit in feudo magni mo
16 menti,quę eſt in feudo titulato,vt patet ex prædictis,non mirum,ſi diuerſum ius ſtatuitur in vno,quam in alio,l.iā hoc iure,vbi ꝑ DD.ff.de vulg.& pup. cū ſimil.

Secundo pōt dici,quod prima pars dictæ Regiæ decretationis ponit plures caſus,in quibus Rex ꝑmictit Viceregi *præ*ſtare aſſēſum,tā ſuper bonis feuda*libus*, quā magni momenti.*Secunda* verò *pars*, ibi,ea tamen ponit reſtrictionē ad vnum
17 caſum,de caſibus prius enumeratis,firma remanente regula in alijs caſibus nō reſtrictis,l.nā quod liquidè ff.de pęn.leg. in fi. quaſi velit dicere dicta decretatio in obligationibus, permutationibus,& hypothecis,poſſit Vicerex aſſentire,ſiue bona ſint titulata, ſiue magni *momenti*, in venditionibus verò aſſentire non *poſ*ſit, cum venditur Terra tituli *dignitate* decorata,vt ſic illud quod prius ſimpliciter dixerat de vēditione,remaneat firmū in venditionibus feudorū magni momenti, & prohibitū in venditione Terræ dignitate tituli decoratæ,verbum enim
18 generale,vel ſimpliciter prolatū, debet reſtringi,vt euitetur legis correctio,Roman.conſ.399. vt præſens 3.col. Alexan. conſ.167.col.5.lib.7.

Poſ-

Poſſet, & tertio dari alius intellectus, vt exceptio loquatur de venditione Terræ tituli dignitate decoratæ, quando titulus eſt datus in honorem, & decus Terræ, vt dicatur quodammodo Regalis dignitas, de qua loquitur tex. in cap. 1. de feudo March. prout eſt dicta Terra Marigliani, cui principaliter fuit conceſſa dignitas Comitatus per Regem, regula verò, ideſt principium decretationis, loquatur, quando titulus fuit datus perſonæ.

Nec huic concluſioni refragantur aliquæ neceſſariæ alienationes factę, prout eſt, Terræ Latertiæ, & Aielli, & aliæ fortè ſimiles; nam pluribus modis reſpondetur: & Primò, quod venditio dictarum Terrarum facta fuit ad inſtantiam creditorum, qui fecerant emptiones ſuper Terris, & ſic ſecundum primum intellectum. Secundò, inſteterunt mulieres pro earum dotibus, pro quibus aſſenſus alterius Capituli Neapolitani ad omnia extenditur. Tertiò, quia illi, qui fecerãt, ſimiles emptiones Terrarum venditarũ ad inſtantiam creditorum, procurauerunt aſſenſum Sereniſſimorum Regum in Parlamento huius Regni, vt notoriũ eſt. Quartò, poteſt reſponderi, quod de illarum validitate, vel inualiditate non fuit oppoſitum, & ſi nunc opponeretur vtique ſtante generali cõfirmatione vana eſſet oppoſitio.

Nec intellectus partis aduerſæ, poteſt aliquo modo ſubſiſtere, dum prætendat, quod ſecunda pars dictæ Regiæ decretationis, loquatur, cùm ſit venditio cum titulo; nã iſte intellectus eſt contra
19 verba expreſſa dictæ decretationis, verba enim loquuntur de Terra, & non de Titulo, ibi, cùm contingat Terram vendi, & eſt generalis, & totalis prohibitio, vt dicamus, quod ſint ligatæ manus Illuſtr. Viceregi, de non aſſentiendo in vẽditio-
20 ne Terræ titulatæ, & à dictis verbis expreſſis recedendum non eſt, l. non aliter
21 ff. de leg. 3. Nemo. n. prę̨ſumitur dicere ꝙ mente non agitauerit. l. Labeo §. fin. de ſupp. leg. cum ſimil.

Si Pars prætenderet, quod eſſet conſulenda Sua Maieſtas in hoc puncto, prout factum fuit in dicta cauſa Marchioniſſæ Vaſti; aduertendum eſſet, quod termini non ſunt æquales, ex pluribus.

Primò, ex lectura proceſſus apparet de maxima diuerſitate inter caſum, & caſum, ibi . n. principaliter tractabatur de interpretatione Regiæ Pragmaticę, circa exequutionem priuilegiorum expeditorum in Curia; iubet . n. Regia Pragmatica, vt infra annum regiſtrentur, & exequantur, & quoniam apparebat teſtamentum Marchionis Vaſti regiſtratum poſt annum per tres menſes, dubitabatur de interpretatione, etiam quia in aſſenſu Suæ Maieſtatis erãt clauſulæ ampliſſimæ, nõ obſtantibus quibuſuis Pragmaticis, Conſtitutionibus, & Capitulis Regni, quę omnia faciebant dubium, ſi requirebatur regiſtratio, & ſi ſaltem valida erat regiſtratio facta poſt annum.

Secundò, prætendebat Marchio Piſcariæ, quod Marchioniſſa Vaſti non poterat donare Secundogenito Terras Pomarici, & Montis Caueoſij, in præiudicium Primogeniti, & quod Vicerex non poterat in hoc aſſẽtire, & ſic in his caſibus tàm dubijs, cũ negotium eſſet in fieri; meritò cõſulenda erat Sua Maieſtas.

Tertiò dico, quod ex dicto proceſſu apparet de intentione S. M. & ſic fruſtrà tractaretur de aliqua alia conſultatione; Nàm dum Marchio Piſcariæ porrexiſſet memoriale S. M. omnia exprimendo, Sua Maieſtas expediuit prouiſiones directas Illuſtriſſimo Viceregi, eidem ordinando, quod nullo pacto expediret aſſenſum, & quod omnia referret cum ſuo voto, vt patet ex prędictis prouiſionibus in dicto proceſſu Marchioniſſæ exiſtentibus, & ſic duo colliguntur. Primum, ꝙ Sua Maieſtas prohibet pręſtationem aſſenſus per Viceregem. Secundò, quod eadem Maieſtas voluit relationem, & votum à Vicerege, & ſic non poteſt ſperari reſponſum ad prætenſam conſultationem; Si . n. Sua Maieſtas voluiſſet facere aliquam declarationem, feciſſet vtique, non expectato voto Viceregis, & maximè in hoc caſu, in quo tractatur de piudicio tertij, cui ius quęſitum eſt, ex reuocatione facta, ſtante nullitate aſſenſus Viceregis.

Quartò, quia ibi negotiũ erat in fieri, & nemini præiudicium inferebatur ex mora; at in caſu noſtro, negotiũ eſt perfectum, & tractatur in puncto iuris, ad videndum, ſi Vicerex, vel voluit, vel potuit aſſentire, & ſic de voluntate, & poteſtate ſuper actu perfecto, & non videtur conueniens, in hoc conſulendam S. M. qa caſus videtur clarus, & ex mora, maximum præiudiciũ infertur Vincentio, qui



Digitized by Google

cogitur in dies ſoluere tertias creditoribus D. Cæſaris, quod non erat in caſu Marchioniſſæ Vaſti, & contractus videretur claudicare; nam contra Vincentium iudicari videretur, vt validus, ex parte D. Cæſaris, vt dubius, poſtquam tanquam de re dubia conſulitur S.M. vel res eſt clara in totum, vel dubia in totũ, ſi clara in totum; negotium eſt ſopitum, ſi dubia in totum (prout re vera non eſt) deberet tanquam de re dubia tractari, vt contractus non dicatur ſubſiſtere, interim non haberetur pro perfecto, & ſic Vincentius vigore ipſius ad nihilum teneri.

Ex dicto proceſſu patent hæc omnia, & Dominus cauſæ Commiſſarius vidit proceſſum, & eſt de negotio informatus, poterit Dominatio Sua, alijs Dominis fidem facere.

Et ſic ceſſante hac conſultatione, cùm articulus, & punctus ſit iuris, & appareat de nullitate aſſenſus Illuſtriſſimi Viceregis, de reuocatione facta ante aſſenſum S.M. de venditione corporum non extantium, & aliter diminutorum, iudicandum erit pro Magnifico Vincentio, omnia reducendo in priſtinum, vt Dominus Terræ habeat Terram cum ſuo Comitatu, & fructibus, Emptor verò habeat pretium cum intereſſe. Cętera ſuppleat Religio, Integritas, & Doctrina Dominorum Iudicum.

Rutilius Monetius.
Vincentius Maſtrillus.
Io. Hieron. Guardia.

32 *Fuit iudicatum valere.*

## ADDITIO.

Hanc eandem deciſionem tàm per Sacrum Conſilium, quàm pet Collaterale Conſilium determinatam in anno 1572. commemorat Reg. de Ponte conſ. 1. num. 1. 30. & 79. vol. 1. pariterq; ſub num. 29. mentionem facit de altera deciſione Montis Caueoſi hic relata, vltra alias conſimiles per eundem deductas num. 4. de quibus in meo Compend. par. 1. verb. aſſenſus an præſtari poſſit, & verb. aſſenſus præſtitus, ibiq. pariter notat Reg. num. 2. Proreges ante Pragmaticas anni 1531. aſſenſus præſtare potuiſſe in quibuſuis alienationibus, quorumcumque feudorum, eundem ſequitur alios citando Præſtantiſſimus I. C. Fuluius Lanar. in addit. ad repet. c. 1. de ijs qui feu. dar. poſſ. Reg. Lanar. nu. 32. quod tamen fuit inhibitũ eis amplius aſſentire non poſſe in alienationibus feudorum titulatorum, vt aduertit etiam Reg. Rouit. in pragm. 4. de feud. num. 3. Reg. Tapia deciſ. Italiæ 11. num. 11. hinc ex hoc difficultas orta in venditione Terræ Montis Herculis facta per Marchionem Vaſti Marchionis Caſalis Alberis, ſuper qua fuerat expeditus aſſenſus ab Excellentiſſimo Prorege difficultari cõtingit ſuper eius inualitate, ex quo præſtitus fuerat ſuper Terra titulo Principatus decorata quamuis ex aduerſo prætenſum eſſet, eſſe validum, quia Terra non erat titulo decorata, ſed dignitas conceſſa perſonæ, ita quod titulis reſeruatio Regiæ Maieſtatis, intelligi debuerat de terra ipſa titulo decorata, prout latiſſimè proſequitur idem Reg. de Pont. in d. conſil. 1. præſertim nu. 62. ſic iudicatum referens pro validitate aſſenſus, *quem* ſequutus eſt Reg. de Curte in *diuerſ.* iur. feud. §. ſed vnde digreſſi num. 20. vbi cenſuit, in reclamatione fuiſſe poſtea ſentẽtiam reuocatam prout ipſemet Regens etiam teſtatur in lect. 6. feud. num. 50. & de gratia Regis teſtatur, quod poſſit Prorex diſpenſare ſuper venditione feudorum titulatorum, vt non includatur terra *titulo* decorata, ſicut ibi etiam Reg. de Curt. num. 19. dixit, vbi num. 21. determinat, hodie aſſenſus feudorum titulatorum à ſolo Rege impetrari, ſiue perſonæ, ſiue terræ ſit conceſſus, ſed tantum Proregibus conceſſa refertur facultas aſſentiendi illorum feudorũ titu-

Digitized by Google

titulatorum obligationibus, vt in pragm. 26. de feud. de qua teſtatur Regens Rouit. vbi ſupra num. 4. ita quod ad illorum venditionem deueniri non poſſit ſine aſſenſu Suæ Maieſtatis, videlicet ad ſupplicationem huius Ciuitatis, & Regni, cùm fuiſſet conceſſum per Suam Maieſtatem, vt Vicereges poſſint concedere aſſenſus venditionibus, permutationibus, hypothecis, & alijs alienationibus faciẽdis, ſuper quibuſuis Ciuitatibus, Terris, locis, Caſtris, alijsq. bonis, tàm titulatis, quàm magni momenti, ea tamen excepta venditione cum contingeret feudum vendi titulo dignitate decoratum, tunc ad Regem recurri debere, vt in pragm. 16. eiuſdem tituli, de qua meminit meritiſſimus Auditor Calabriæ Citra Iulius Cæſar Galluppus in ſua Methodo feudal. par. 2. cap. 1. num. 17. quæ fuit declarata, vt procedat in caſu ſuo per alias literas Suæ Maieſtatis enunciatas in pragm. 21. de feud.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Confeſſio partis, quod aſſenſus ſit expeditus, an ei noceat.*

2 *Donatio facta ob remunerationem ab eo, qui donare eſt prohibitus, an ex præſumptionibus, & coniecturis, ſit vera, vt valeat.*

3 *Confeſſio facta per maritum de pretio ſoluto eſſe pecuniam vxoris, an valeat vrgentibus coniecturis, & præſumptionibus.*

4 *Confeſſio facta per patrem recepiſſe à filio ſpurio, an valeat in fraudem donationis factæ exiſtentibus coniecturis in contrarium.*

5 *Aſſertioni partium cur ſtari non debeat, ratio affertur.*

6 *Solemnitas extrinſeca, vt præſumatur, exigitur longitudo temporis, aut poſſeſſio, vel ſcientia, aut patientia diuturna eius, qui conſentire tenetur, alias non præſumeretur, nu. 7.*

8 *Solemnitas non præſumitur ob diuturnitatem temporis de iure Regni.*

9 *Diſpoſitio cap. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. mil. an ſit correcta per Conſt. Regni.*

10 *Regula, quod non poſſunt ſingula, vnita iuuant, quando procedat.*

11 *Tex. in l. fideiuſſor §. meminiſſe ff. de leg. 1. expenditur.*

12 *Aeſtimatio cur feudo legato debeatur.*

13 *Aeſtimatio ſi expreſſa eſſet à principio in legato, ita ex tacita voluntate defuncti.*

14 *Tex. in l. multum intereſt ff. de verb. obl. ponderatur.*

15 *Filiusfamil. licet non poſſit alienare aduentitia reſpectu præiudicij patris, poterit tamen eius perſonam obligare, & qualiter intelligatur.*

16 *Promiſſio ad intereſſe an teneat, ſi promiſſum fuerit ſub pœna, habita licentia à tali, ſi alteri vendatur res.*

17 *Conſil. Bal. 112. vol. 1. declaratur.*

18 *Reſolutio quæſtionis multis medijs approbatur.*

19 *Alienatione prohibita, prohibetur hypotheca.*

20 *Dictio (quaſcumque) diſiungit.*

21 *Intellectus verborum Conſtitut. Conſtitutionem circa alienationes feudorum prohibitas perpenditur.*

22 *Pœna non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrat.*

23 *Deciſio Sacri Conſilij, & Collateralis Conſilij enunciatur.*

## PRO ILL. DVCISSA: ATRIPALDAE, contra Ill. Principem Biſiniani.

## ALLEGATIO XXXI.

Credidi, prout credo hãc cauſam vnum articulum iuris habere, an vz. pactũ de vẽdendo det actionẽ ad intereſſe; & propterea in eo tm̃ aliqua notaui. Nuper audio in dubium poni, quod aſſertio partis, dicentis fuiſſe impetratum aſſenſum det probationem, quod iam aſſenſus adſit, in hoc longè differt vulgata quæſtio an confeſſio noceat confitenti, dum generaliter agitur, à quæſtione quæ de per ſe notatur, an confitenti aſſenſum eſſe expeditum, noceat confeſſio; habemus .n. hic particulares deciſiones, non nocere,
1 non deſeruire; & pro nihilo ſimiles confeſſiones reputari, vt per Affl. in c. 1. ante num. 11. verſ. ſed iuxta hoc quæro de alien. feu. & Marin. Frec. in lib. 2. ſubfeu. q. 15.

Nec obſtat, dum ponderat, hoc non procedere vbi vltra confeſſionem alia præ-

præſumptiones adſunt; nam illa regula procedit, quãdo quid eſt prohibitũ vno modo, ſed aliqua cauſa exiſtente vera eſt permiſſum, exempla ſunt in donante ex remuneratione ſeruitiorum, quando
2 ſimpliciter donare eſt prohibitus, tunc hæc cauſa ex probationibus, & præſumptionibus fit vera, ita loquitur Dec. in l. ſi donatione num. 31. C. de collat. & alia exempla ſunt per Socci. in conſ. 65. nu. 8. vol. 1. poſt Saly. ibi per eum citatum de
3 marito confitente pretium ſolutum de pecunia vxoris, quæ confeſſio non tenet, cum præſumatur in fraudem donationis inter eos prohibitæ, & tamen ſi verè appareat per coniecturas, & præſumptiones eſſe de pecunia vxoris valebit illa confeſſio; ſic etiam & per Alex. not. in conſ. 18. nu. 2. vol. 3. de patre confi-
4 tente aliquid recepiſſe à filio ſpurio, quę confeſſio præſumitur in fraudem donationis inter eos prohibitæ: & tamen ſi per coniecturas poteſt conſtare filium aliunde aliquid habere potuiſſe, vt in caſu ſuo probat, talis confeſſio fidem faciet; ſecus tamen eſt quando quis & cũ cauſa, & ſine cauſa eſt prohibitus aliquid facere, ne alterius conſenſus adſit; tunc enim de illius conſenſu, quod interuenerit, confeſſio partis nil operatur, & ſic in negotio penitus ſeparato, & articulo penitus diſtincto; articulus iſte, quid in materia aſſenſus eſt articulus de per ſe, qui in ſui ratione nullam limitationẽ recipit; ratio enim cur non ſtamus aſſertioni partium, nec aliorum eſt, nam in
5 his, quæ in poteſtate noſtra non ſunt fieri; immo eſt quid penitus ſeparatum à nobis, noſtra confeſſio non deſeruit, vt Bar. in l. ſi fortè num. 4. ff. de caſtr. pecu. & in l. ſciendum nu. 4. de verb. obliga. & cæteri DD. ibidem, & per Dec. in auth. ſi quis in aliquo documento num. 36. C. de eden. poſt eundem Bar. & alios ibi, cum alijs per Aym. de antiq. temp. 1. par. c. 3. nu. 63. & per Caſſan. in Conſuet. Burgun. rub. 9. §. 9. ver. & ſe Doct. faire le dict. de ſauen. num. 4. vnde aliqua limitatio in ſui regula non poteſt applicari.

Dum verò ſecundo dicitur, quod aſſenſus præſumatur ex curſu temporis; hæc quæſtio habet ſic certas deciſiones vt de ea diſputare inane ſit; aut enim quęrimus de iure communi, aut de iure Regni.

Si loquimur de iure communi, vt ſo-
7 lemnitas extrinſeca pręſumatur; hęc debent concurrere vltra longinquitatem temporis, vel longa poſſeſſio, vel ſaltim ſcientia, & patientia diuturna illius; cuius conſenſus pro ſolemnitate requiritur, vel de cuius præiudicio tractatur, prout requirunt DD. omnes vbique hãc materiam tractantes, maximè Bald. & Angel. in l. qui in aliena de acqu. hæred. ibiq; cæteri DD. & idem Bal. & Saly. in l. ſi filius C. de peti. hær. ponentes ſemper poſſeſſionem ex parte illius, qui ſolemnitatem interueniſſe prætendit, alias enim
7 etiam ex longiſſimi temporis diuturnitate ſolemnitas non præſumeretur, vt expreſſim affirmat Corne. conſ. 98. colu. penul. ante num. 3. ver. nec obſtat poſſeſſio volu. 1. Dec. conſ. 409. num. 13. Ruyn. conſ. 26. num. 9. iuncto num. 3. vol. 1. notabiliter Socci. Iun. qui rogo videatur omnino conſ. 56. nu. 24. cum ſeq. vol. 2. Fely. in cap. ſicut ſub num. 33. ver. bene fateor de ſenten. & re iud. poſt Alex. in conſ. 9. num. 7. cum ſeq. vol. 3. conſ. 1. nu. 19. conſ. 12. num. 7. & conſ. 17. nu. 7. cum ſeq. vol 4. conſ. 218. ſub nu. 4. cum ſeq. vol. 6. & conſ. 94. num. 6. volu. 6. & Affli. in dec. 107. ſub num. 7.

Si verò loquimur de iure Regni, tunc per legem Regni Conſtitutionẽ Diuę memoriæ, ex quo requiritur conſenſus expreſſus, tunc non deſeruit hæc diſputatio; nam non præſumitur ex diuturnita-
8 te temporis, latè probat Frec. lib. 2. ſub feud. q. 28. cum alijs per Aff. in dec. 254. vbi ſic deciſum in S. C. refert.

Nec hic deſeruit diſputatio, an *cap.* ſi
9 quis per triginta ſi de feu. *defun. mili* ſit correctum per hanc legem *Regni*; ibi .n. agitur, an poſſidens feudum per triginta annos, & ſeruiens, allegansq; inueſtituram ex hoc obtineat, qui caſus permiſſus eſt; hic agimus de prohibitis, an in alienatione quæ eſt prohibita dicamus aſſenſum interueniſſe ex diuturnitate temporis, vnde habent locum deciſiones præfatorum DD. & ſic notetur, quod dũ pars non habet poſſeſſionem, *fruſtra diſputat* etiam de iure communi, quod aſſenſus præſumatur.

Notetur modo nunc, ad quid hoc diſputatur, dũ ius Regni cõgitur diſputare quo iure ẽt poſſidens curſum tẽporis allegare non põt, non omittẽdo, ꝙ in caſu noſtro ille curſus centũ annorũ, de quo in aliquibus ſatis vtimur, hic non adeſt.
10 Nec dicatur, quod quæ diſiuncta non proſunt, ſimul vnita iuuant, puta quod

aſſer-

Digitized by Google

aſſertio, & diuturnitas temporis faciant præſumi aſſenſum; nam illud procederet ſi cum antiquitate temporis cõcurreret per idem tempus,& poſſeſſorio,& in his terminis loquitur Paris de Put.de reint. feu.in tit. an præſumatur præſtitus aſſenſus,cap.an ſi reperiatur fol.mihi 126. & quæſo videatur ipſe,& DD.per eum citati, nam omnes ſemper poſſeſſionem præſupponunt ex parte eius, qui ſolemnitatem allegat,& ita procedunt, & loquuntur omnia quæ in hac materia tractantur.

Sed non omittam vnum,licet ſatis ſuperfluum ſit, velim quod pars recordetur hic adeſſe geminatas reuocationes ad impediendum impetrationem aſſenſus; iſtæ reuocationes oſtendunt nullam fuiſſe conceſſam facultatem impetrandi aſſenſum; vnde eò magis poterat pars abſtinere ab his diſputationibus.

Nunc non omittam animaduertere nonnulla quæ audiuntur,dum pars intendit fundare dari actionem ad intereſſe ex pacto de vendendo feudum, quæ vt notabo,ſatis aliena ſunt ab eo quod agimus.

Primo enim vult applicare terminos l.ſi fideiuſſor §.meminiſſe de leg.1.vbi per DD.fit differentia inter pactum de vendendo,& ipſam venditionem; nam dicũt 11 venditionem ſine pretio non tenere, attamen promiſſio de vendendo tenere pretio non explicato, nam ſubintelligitur clauſula(mediante pretio iuſto)porro iſti termini ſunt longè alieni ab eo quod agimus, nam ſatis remoues, articulus eſt,an pactum de vendendo rem burgenſaticam,teneat à pacto de vẽdendo rem feudalem,in quo iam notaui ſuas particulares deciſiones, vnde quando habemus certas deciſiones,primo re quę agitur ſuper illis debemus ſtudere.

Secundo,intendunt argumẽtare,quod ſicut legato feudo datur extimatio, ſic 12 etiã facta promiſſione de vendendo datur intereſſe; & tamen deberet recordari de ratione, quare legato feudo datur extimatio,& illa eſt, quia ex intentione, & voluntate teſtatoris ſic habetur, vt ſi non conſignetur res detur extimatio; vnde ſicut ſi eſſet legata extimatio debe 13 retur, ſic nunc ex tacita voluntate debemus idem affirmare, vulgata loca Frec.in 12.diff.feu.hęred.& ex pacto latè Camer.fol.27. & propterea à principio etiam in obligatione extimationem notabat glo.in l.cætera §.ſi duobus in verb. non poſſunt de leg.1.ibi Cam.in fin.Bar. in alleg.l.§.item quæri,ibi Bar.& alij; at in caſu noſtro deeſt voluntas,& adeſt reuocatio ex legis promiſſione, poſtquam lex Regni, vt notaui permiſit hoc, vnde ratio voluntatis, quæ in illo caſu facit deberi extimationem, eadem ratio hic facit,nil deberi.

Tertiò,intendunt applicare terminum l.multum intereſt de verb.obl. malè non 14 intellexit illum textum,nam ex illo textu non habetur regula, quæ per partem dicitur,vt licet non teneat promiſſio rei ſacræ, nihilominus teneatur ad intereſſe; immò totum contrarium dicitur in illo textu, ibi enim ſit prima regula, quod ſicut promiſſio rei ſacræ non tenet, ſic tenet reſpectu interuſurij, fit inde alia regula,quod ſi promittitur res alijs cõmunis; ſed non mihi teneor ad intereſſe, promiſſio rei alienæ,tenet quoad hoc,vt teneat ad intereſſe,ſic ſummat glo.ibi in verb.rem, vnde prima regula textus eſt contra partem,ſecunda regula eiuſdem textus non loquitur in terminis noſtris, ſed loquitur in alijs terminis,quando quis promittit rem alienam; vnde iam per deciſiones particulariter tractantes materias,videmus quam longè differat caſus à caſo; aliud enim eſt an promiſſio rei feudalis teneat,in quo(vt notaui)habemus certas regulas; aliud eſt,an promiſſio rei alienæ teneat in qua alias certas regulas habemus, vnde illud habet neceſsè pars non diſcedere à propria materia, quæ certas leges pro ſe habet, & certas deciſiones.

Quartò,intendunt applicare, quod licet filiusfamilias non valeat alienare 15 aduentitia reſpectu præiudicij,quod patri paratur,tamen poteſt obligare ſuam perſonã, & quis dubitat, quod feudatarij poſſunt obligare ſuas perſonas, licet non poſſint alienare feuda,ſed quod agimus,non eſt hoc,illud autem agimus,an ex pacto de vendendo feudum,cum ipsũ pactum de ſe non teneat detur actio ad intereſſe,in quo articulo debet pars adducere deciſiones,ſi quas habet,nam(vt dixi)eſt articulus particularis,& in paucis iuribus remanet deciſus.

Vltimò, habent recurſum ad nonnulla notata per Bal.in conſ.112.quod ſi promiſit ſub pęna cedere habita licentia à

tali

Digitized by Google

tali, quod ſi alteri vendam, teneat promiſſio ad intereſſe, & nihilominus debet animaduertere, quod idem Bal. in d. conſil. 112. ſub nu. 3. vol. 1. dicit, quod ſi illa licentia erat neceſſaria; nec pœna conuenta tenet, quæ limitatio Baldi tollit regulam, ſed vnum replico, quod oportet commentare legem feudalem, quæ particulariter oīa tollit, & legē Regni quæ pęnas remittit: & propterea ea (vt dixi) cum non commentamus ipſam materiam feudalem facillimè intricamur; ſed ipſa lex feudalis benè ponderata, & ipſa lex Regni, q̄ particulariter ad hoc tendit, & in iſtis materijs applicatis deciſionibus Doctorum antiquorū, nec quidem rationem dubitandi negotium habet, prout alias ſic fuit deciſum in cauſa Antonij Spinolæ.

PRO RESOLVTIONE.

18 Qvod pactum de vendendo non valeat ſine aſſenſu eſt clarum, & partes de hoc non contendunt.

Quod declaratio partium interueniſſe aſſenſum nō probet, & in iſto caſu eſt indubitatum, non ſolum quia eſt ſuper actu, quoniam non valent facere, ſed eſſet aſſertio in præiudicium Regis, quod fieri non poſſit.

Ad punctum, an teneatur ad intereſſe, dico non, ponderantur verba tex. Conſtitut. in tribus locis probatur, dicit, decernimus omnes alienationes, ſeu quoſcumque contractus ſuper feudis minuendis, vel commutandis, nullam omninò firmitatem habere niſi de ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia confirmantur, verba legis ſemper cum miniſterio aliquid operandi intelligi debent, dū dixit, oēs alienationes cōprehendit venditiones, permutationes, inſolutum dationes, donationes, conceſſiones in feudū, cenſū emphyteoſim, donationes, legata, & hy-
19 pothecas, quia prohibita alienatione prohibetur hypotheca, l. fin. C. de reb. alien. non alien. Bar. in l. in quorum ff. de
20 pignor. ſequitur poſtea, ſeu quoſcumq; contractus, illa dictio diſiungit, iuxta theoricam Bar. in l. cum quidam C. de verb. & rer. ſigni. & ſic debet intelligi de alijs contractibus, vltra prædictos ſequitur ſuper feudis minuendis, hoc includit, ſi imponitur onus, vel ſeruitus, demum dicit, commutandis, non poteſt intelligi niſi de promiſſionibus de vendendo, quia iſti ſunt contractus ſuper commutandis de vna perſona in aliam, & quia omnes aliorum cōtractuum ſpecies iam erant comprehenſæ, & ex hac prohibitione contractus infertur, quod non poteſt oriri obligatio ad intereſſe, quia eſt actus factus contra prohibitionem legis, tex. eſt in l. non dubium dicit, nullum pactum glo. dicit ad percipiendum nullam commutationem, glo. dicit ad agendum, nullum contractum, glo. dicit ad vltro, citroq; obligandum valere, etiam ſufficere Legiſlatori prohiberi actum, quia omnia quæ contra prohibitionem facta, ſunt inutilia, & pro infectis cenſeri debet, & patet ad ſenſum, quia ſi nullam omnino firmitatem habent, vtiq; ſi teneretur ad intereſſe omnem omnino firmitatem, & vtilitatem haberet contra iura prædicta.

Secundò, ibi etiam ſtipulationem pœnalem nullius eſſe momenti, de iure ſtipulatio pœnalis conſiſtens in dari non
22 exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, ſecus ſi conſiſtit in fieri, materia eſt in cap. cum dilecti ext. de arbi. ſed de ſtilo qui pro lege ſeruatur ſemper exigitur, quatenus cum intereſſe cōcurrit, Affl. dec. 135. ſi ergo nullius eſt momenti, excluſa eſt petitio intereſſe.

Tertiò, ibi contrahentibus, & alienantibus, concedimus poteſtatem iure proprio, prædicta omnia reuocare voluit, loquitur non ſolùm pro alienantibus, ſed de contrahentibus, vt omnes includeret prædicta omnia, & ſic promiſſionē prædictam ſi reuocando ſolueret intereſſe, pateretur pœnam pro actu facto, lege permittente quod eſſe non debet.

23 Die 5. Menſis Iunij 1581. coram Ill. D. Ioanne Zunica Vicerege Ampliſſimo; fuit per Sacrum Conſilium, & Collaterale Conſilium iudicatum, pactum de vendendo ſine aſſenſu non valere, neque ex eo poſſe agi ad intereſſe ob inobſeruantiam.

Iudices fuere.

Ego Thomas Salernitanus Regens, Regens Alphonſus de Salazar, Antonius Cadena, Vincentius de Franchis Commiſſ. Ferdinandus de Haro, Io. Antonius Lanarius, Hieronymus Olzignanus, Pompeus Salernitanus Regij Conſiliarij.

ADDI-

Digitized by Google

## ADDITIO.

DE hac eadem cauſa, eodemq; negotio, conſilium ſolemne edidit Iacob.Gall.121. & ad hoc videas D. Præſ.de Franch.dec.48. de conſimili materia tractantem, & ita deciſum in alia cauſa referentem, quem ſequutus eſt Conſiliar. Fab. Ann. conſ.75. num.18.prout etiam habetur in meo Comp.par.1.verb.aſſenſus.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis ſemper dicitur vbi pœna venit fiſco applicanda, etiam ſi pecuniaria eſſet, & ſic ſe habet communis opinio Doctorum, num.2.*

3 *Vindicta publica intelligitur ſicut in corpore, & fama, ita in pecunia, & fortuna, & nu.10.*

4 *Opinio communis vt ob pœnam pecuniariam cauſa dicatur criminalis, ſi fiſco applicetur, comprobatur ex glo.in pluribus locis.*

5 *Gloſa, & iura certis vocabulis abutuntur.*

6 *Pœna pecuniaria quæ fiſco applicatur poteſt dici ciuilis, quando parti applicatur, ſecus ſi fiſco.*

7 *Verba ciuiliter agere qualiter intelligantur.*

8 *Concordia gloſarum inuicem contradicentium circa pœnam pecuniariam, an criminalis, vel ciuilis ſit, refertur.*

9 *Cauſa criminalis ob pœnam pecuniariam rectè dici poteſt, & probatur de iure.*

11 *Fraudare crimen eſt.*

12 *Fiſcus agit conditione ex lege, vel actione in factum pro pœna pecuniaria, ſiue reiuendicatione, nu.13.*

14 *Delictum ſemper attenditur principaliter.*

15 *Origo publicationis potius, quam actio conſideranda.*

16 *Fiſcus pro pœna pecuniaria, ciuili modo agit, non crudeliter.*

17 *Fiſcus an ſemper criminaliter agit, & quid in petitione hæreditatis ab indigno.*

18 *Tex.in l.Caius ff. ad Sillan. ponderatur, & qualiter intelligatur, ſi de pœna criminali, vel ciuili diſcutitur.*

19 *Hæres non conuenitur ex delicto defuncti.*

20 *Cauſa pecuniaria, vt dicatur criminalis, auctoritatibus comprobatur.*

21 *Cauſa criminalis etiam dicitur vbi de lucro agitur ob delictum.*

22 *Conſtitutio Regni obſcuritatem, an de criminalibus etiam loquatur.*

23 *Agi criminaliter debet pro fraude vectigalium.*

24 *Crimen fraudantis gabellas ad hæredes trãſit.*

25 *Incorporatio quando dicatur rectè facta.*

26 *Indultus an comprehendat res fiſco incorporatas.*

27 *Deciſio pronunciatur, ſi cauſa intercepti ſit criminalis.*

## PRO MAGNIFICO ORLANDO Ferrero.

*In cauſa interceptorum.*

## ALLEGATIO XXXII.

VERA, & communis Doctorum ſententia Claſſis vtriuſque, & Pontificiæ, & Cæſareę Iudiciũ, ſeu cauſam omnem, eſſe, & dici criminalem, in qua pęna fiſco venit applicãda: ommiſſa penitus diſtinctione, An ſit pecuniaria,
1 nec ne; ſiquidem ſiue pecuniaria, ſiue alia, dummodo fiſco inferatur, cauſa criminalis erit, ſecundum gloſ. optimam quamuis vulgatam in l.3. ff.de ſepulchr. viola.in verb.centum verſ.ſed ibi criminaliter, & infertur fiſco; hic ciuiliter, & datur priuato; idem dicit Gloſator in l.j. C.eod.dum dicit: ſi extraneo, ſi priuato, ciuilis, ſi fiſco, criminalis in glo.fin.verſ. item, & actio; & verſ.criminalis in l.aut damnum in glo.1. de pęn.

Communis dixi, & vera Doctorum
2 ſententia, quorum huius factionis Dux erit Bar.in d.l.3.vbi dicit eſſe veritatem, quod gloſ.dicit, & quod omnes tenent hoc; ergo pluſquam communis; ſequitur Bal.in l.ſi qua per calumniam in prima oppoſitio. Alberi.de Roſat.in prædicta l.1.C.de ſepulchr.viol.in ſi.ibid.Saly. in ſi.1.colu. in verſ.ex iſta glo. ante hos Cyn.ibi qui ſimpliciter tranſit cum gloſ. Imol. in rubr. ff.de publ. iudic.in princ. qui dicit glo.in d.l.3.eſſe ſingularem; ſed verè non eſt; & idem in cap.teſtimonium de teſti.col.2.num.8.in verb.quando autem, Roman.conſ.152.in 1.col.num.2. Iaſon.in rub.de iud.C.col.2.num.2.in verb. vera, vbi dicit; concluſionem veram, & com-

Digitized by Google

communem, & idem in §. ſupereſt col.3. nu.5.in verſ.& eſt ſciendum,inſtit.de act. idem tenet Innoc. Patet Canonum in cap.qualiter,& quando de accuſ.colu.2. 2.notab.in fi.verſ.benè fatemur, vbi pro hac opinione aſſignat ſenſatiſſimam ra-
3 tionem; quia ita intenditur vindicta publica in pecunia,& fortuna, ſicut in corpore,& fama,ſequitur Anto. de Butr. in rubr.extra de iudic.verſ.& quod pœna pecuniaria, Domin.de S.Gemin.in cap. vnico de cler.coniug. in 6.in §. ſeu verſ. & cum iuxta Pariſienſe in 5.not.in fi.adducens pariter Innoc.Dec.in ea rubr.de iudic.col.penul. in verſ.contra iſtam,vbi ait hanc eſſe communem in 1.lect.

Hæc communis,& vera concluſio, nõ offuſcabitur,ex alijs gloſ. Primò,ex glo. in d.l.ſi qua per calumniam in verſ. auri pondo de epiſ. & cler. & in l.qui ſepul-
4 chra in glo.fi.C.de ſepulchr.viol. & in l.vnica C.quan.ciuil.act.crim.præiud. & in l.fin. & glo.fi.in fi. de his qui ex publ. ratio.lib.10.C.cum alijs:quæ gloſæ apertè dicunt ciuiliter agi, ſeu cauſam ciuilem dici, & quando pœna pecuniaria fiſco applicatur, nedum ſi priuato; ſubdentes in locis prædictis hæc verba videlicet: ſecus ſi criminaliter agatur, quaſi quod non obiter hoc dixerint; ſed ex induſtria,quia diuerſificat.

Nec etiam leges offuſcabunt in text. in auth.ſed hodie de epiſ.& cler.& text. auth.nouo iure de pęna Iudicis qui malè iudi.dum iura illa alternatiuè loquuntur per hæc verba videlicet: In qualibet cauſa criminali,vel pecuniaria; vt ſic liqueat per alternatiuam illam, vel quod cauſa pecuniaria non ſit criminalis, licet fiſco applicetur.

Non offuſcabunt,dico,& vnico verbo ſoluam omnia, & ſolutio erit iſta,quia dum cauſa pecuniaria ciuilis dicitur; hoc intelligitur reſpectu pœnæ corpo-
5 ralis, quæ criminalis appellatur; & ſic verum erit dictum Salyc.in d.l.1. C. de ſepulch.viol.in fi.2.col.verſ.& iſta gloſa, quæ gloſæ,& iura abutuntur his vocabulis ſecundum diuerſam conſideratione;
6 nam pœna pecuniaria,quæ fiſco acquiritur poteſt dici ciuilis, habito reſpectu ad pœnam corporalem;facit tex.in l.Caius ff.ad Sillan.& conſiderata pœna pecuniaria,quæ acquiritur parti; pœna pecuniaria,quæ debetur fiſco, criminalis dicitur,ſecundum Salyc.& ſecundum communem opinionem, vt dicit Dec. in d.rubr.de iud.ext.col.penul.verſus fi. in verſ.tertio contra in 1.lect.

Alia ſolutio,vt illud verbum (*agi ciuiliter*) intelligitur quaſi curialiter,remota
7 ſtricta ſeueritate,ſicut & verba dicuntur ciuiliter intelligi; quando ceſsat amara interpretatio, ita Abb.in ea rub.de iudi. col.fi.in verſ.& tũc, allegat tex.in l.ſi cui ff.de ſeruit.idem dicit ibi Barb. col.pen. nu.32.in verſ.aut crimen.

Hæ ſolutiones verè ſaluantes omnia iura; ſaluantes omnes gloſas à contrarietate,quæ ſummoperè euitanda;& niſi
8 ita diceremus;quæ concordia inter gloſas,& tamen idem gloſator in l.3. ff.de ſepulchr.viol.& in l.1.C.eod.idemq; in l.ſi qua per calumniam, & in l.qui ſepulchra? Hæc ergo vera intelligentia, quæ concordia iurium,niſi ita intelligeremus,ſiquidem in l.vnica,quando ciuilis actio crimin.præiud.dicitur agi criminaliter quando quis iudicio publico cõuenitur, & tamen pro crimine publico pœna pecuniaria quãdoque imponitur, inſt.de publ.iud in princ. & in §.item lex Iulia, vt ſic ſolutiones iſtæ quietant, & ſerenant omnia; & audeo dicere,quod ſi DD.ab initio iſta conſideraſſent (vt conſiderarunt aliqui) & præſertim Salyc. & Dec.Bar.pariter l.3. non ſoluat gloſas in d.l.3.de ſepulchr.viol. vtiq; non tanta confuſio.

Hanc concluſionem,& ſolutiones roborant iura,motiua,& authoritates: iu-
9 ra primò tex. ſupra ꝓximè allegatus in d. l. vnica quando quis iudicio *publico* conuenitur, & tamen pro *crimine publico* pœna pecuniaria infligitur. Secundò, tex.optimus in Cano.quicumque 11.q.3 quicumque intra anni ſpatium,ciuiliter ſiue publicè dicit tex. cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus, non peregerint, &c. verſ. illud publicæ intelligitur in tex ideſt criminaliter, & ita exponit glo.ibi in verſ.ſiue publicè: ſi ergo in re noſtra ad publicam vindictam, ad publicam vtilitatem agitur,*ne fiſcus* dirictibus, & vectigalibus fraudetur; & proinde pœna infligitur, & merces commiſſę dicuntur; quid dubij cauſam dici criminalem,ſi ita iura dicunt? & potiſſimum,quia per denunciationem, ſeu inquiſitionem proceſſum eſt.

Ad idem affero motiuum,quamuis ſupra tactum,ex verbis Innoc.in cap.qualiter,& quando de accuſat col.2.in verſ. eſt enim actio,verſ.benè fatemur tamen; vbi

Digitized by Google

10 vbi elegantiſſimè, & ſubſtantialiter mo
re ſuo dicit:cum agitur ad vindictam,ex
crimine,nunquam cauſam dici ciuilem;
ſed ſemper criminalis, ſiue pęna delicti
ſit pecuniaria,ſiue corporis afflictiua,
ea ratione,quia ita eſt vindicta in pecu-
nia, & fortuna, ſicut in corpore, & fa-
ma: In re noſtra pęnam exigi ratio-
ne delicti, nemo eſt qui neſciat; ſiqui-
dem exigitur ob non profeſſionem fa-
ctam,vel ob fraudatum vectigal: quod
11 fraudare,crimen eſt, l.fraudati vectiga-
lis crimen,& l.commiſſa ff.de publ.& ve-
12 ctigal. & ſiue fiſcus agat conditione ex
lege,vel actione in factum ad hanc pœ-
nam ipſi applicandam, ſecundum glo.in
l.1. C. de his quæ ex publi. ratio. lib.10.
in verſ.authoritate, quæ ſecundum DD.
13 ſingularis dicitur,ſiue agat rei vendica-
tione,vt quando pęna veniret applican-
da fiſco ipſo iure,ſecundum glo.in l.1.ff.
vi priua.in verſ.eadem pęna in princ. &
ſecundum Ioa.de Plat.in d.l.j.de his quæ
ex publ.ratio. ſemper tamen rõne deli-
14 cti,& ex delicto aget ad pęnam; quod
delictum ſemper attenditur,vt plenè p
tex.in l. 1. de autho. tuto.& non modus
agendi, tex. melior de iure in l. 2. C. ad
15 Maced.per quem probatur,originem
obligationis,potius quã actionem con-
ſiderãdam;origo dicit ibi Imper.potius
obligationis,quam titulus actionis cõſi
derandus,vt ſic concludamus,quod licet
fiſcus velit agere curialiter, ſecundum
æquitatem,quod ſecus fecit in caſu no-
ſtro,vbi inſtetit homines inquiri,& car-
cerari;Demum prouiſum, vt habiliten-
tur, & tempore exceptionis componũt;
quæ quidquid aliud arguũt, quàm cau-
16 ſam criminalem? Velit agere dico, non
crudeliter,remota ſeueritate, & ſic be-
nignè,vrbanè,ſeu (vt vulgò dicimus)ci-
uili modo, ad pęnam, ad pecuniam, ad
merces; illis actionibus in factum,con-
ditione ex lege,vel reiuendicatione,per
tex.in l.2.C.de vectigal.& commiſſ.Ta-
men negari non poterit, quin non agat
ex delicto ad pęnam,& ſic ad lucrum,
& ſic ad vindictam publicam;ergo cau-
ſa ſemper criminalis;origo enim (vt di-
xi) obligationis, & non titulus actionis
inſpiciendus: & hęc opinor procedere
in quacumque actione, in quocumque
iudicio, ſiue cauſa, in qua fiſcus quæ-
rit, fiſcus lucratur ex delicto alte-
rius.

Et proinde miror, quomodo Bar.in
d.l.3.de ſepulchr.viol.cuius ſola doctri-
17 na ibi,cum ferè omnes eum ſequuntur;
ſufficit ad liberationem inquiſitorum;
ſiquidem concludit, in fine ſemper agi
criminaliter, niſi quando fiſci nomine
aliqua actio moueretur,vt petitio hære-
ditatis,q̃a tunc diceretur ciuilis,allegat
tex.in l.j.de his quib.vt indign.& in l.j.&
in l.deferre,& quaſi per totum ff. de iur.
fiſci,qui non eſt caſus noſter, & proindè
(vt dixi) ſufficit ad liberationem inqui-
ſitorum. Miror dico, quomodo Bar. in
d.l.3.in fin.Ioa.de Pla.in d.l.j. de his quæ
ex publ.ratio.lib.10.C.& cæteri qui plu-
res ſunt,dicant, quando aufertur hære-
ditas ab indigno, cauſam dici ciuilem;
ſi illa oblatio ex delicto, & ratione deli-
cti prouenit, ergo criminalis (ex deli-
cto dico) vel in committendo, vel in
18 omittendo, quia non vindicauit mor-
tem defuncti,vt in l. Caius ff.ad Sillania.
quod crimen eſt, vt dicit dicta lex ibi;
quæro,an morte Titij,extinctum ſit cri-
men? ſi tex.dicit,crimen,ergo non actio
ciuilis, nec refert, quod idem tex.dicat,
cauſam eſſe pecuniariam ibi; cum ſit pe
cuniaria, morte ingratæ hæreditas non
extinguitur, quia non per hoc ciuilis,
quando pœna fiſco applicatur, per ea
quæ diximus ſupra; imò criminalis,quia
infligitur fiſco, ita replicat ad illum
text. Dec. in dicta rubr. extra de iudic.
colum.fin.in verſ.ſecundo, contra com-
munem,& in verſ.alij dicunt,vbi repro-
bat Bartolum, & alios, dum dicunt, ꝙ
in caſu illius legis agebatur petitione
hæreditatis, quo caſu agitur ciuiliter,
licet nomine fiſci agatur, ſecundum
Bar.in d.l.3.de ſepulchr.viol. & l.prima,
de his quib.vt indig.dicens hoc numero
eſſe verum,quia repugnant verba literę,
cum ibi bona eſſent fiſco denunciata,
& in pœna defuncti hæredibus vendicen
tur;potius ergo probat concluſionem
noſtram tex.ille,quam quod cauſa dica-
tur ciuilis.

Minimèq; refert, quod ibi ab hærede
hæredis non vindicantis mortem defun-
19 cti,bona fortè auferantur, per illa ver-
ba: cauſam de qua quæritur, morte in-
gratæ hæreditas extinctam non videri;
& tamen,ſi cauſa criminalis non cõueni
retur hæres ob delictum defuncti, l. 1.C.
ex delict.defunct. Non refert dico,quia
tex.tantum dicit,cauſam non extinctam

non dicit; quod hæres hæredis conueniatur; potuiſſet detinens bona Cay Sey, vt poſſeſſor conueniri, non vt hæres, vt ſic quoquomodo conſideretur, tex. ille facit pro concluſione noſtra, maximè in illis verbis: an morte Titiæ, crimen ſit extinctum?

Iura ergo, & motiua roborant con-
20 cluſionem, roborant authoritates. Primò, authorit. Bar. & aliorum, Ioa. de Pla. in d. l. 1. C. de his quæ ex publ. ratio. in fi. dum dicit, & iſtæ duæ gloſſæ; intelligens de illa in l. 3. & in l. 1. ff. & C. de ſepulchr. viol. ſunt veræ, & communiter tenentur; accedat authoritas Andr. de Iſern. in titul. de prohi. feu. alien. per Feder. §. præterea, ſi quis infeudatus col. 1. in addi. & col. 2. in princ. & Capyc. ibi in 4. concluſ. qui nedum dicunt, quod quando agitur de lucro ex delicto alterius, non ex re familiari non datur reſtitutio; verum
21 etiam cauſam criminalem eſſe, cum de lucro agitur ex delicto, vtrobique tàm in d. §. quàm in Conſti. obſcuritatem in 1. col. in Conſti. in verſ. non loquitur; ergo hic in iudicijs criminalibus, in quibus non datur reſtitutio, l. auxilium de minor. & in d. §. præterea col. 2. ibi: Nec
22 loquitur de criminalibus dicta Conſtitutio, in quibus denegat reſtitutionem; ergo cauſa criminalis erit, cum de lucro agitur ex delicto alterius; cum & in ea reſtitutio denegatur; quod verò ex cauſa pœnæ quæritur, hoc quæri ex titulo lucratiuo, non ambigitur, per ea, quæ eleganter dixit Bar. in l. Meuius §. duobus de leg. 2. in verſ. ſecundo videtur obſtare num. 24. vbi plura iura adducit, & vltra iura, dicit hoc patere ad ſenſum, quia per hoc fiſco nihil abeſt, vt ſic nil aliud ſit quærendum pro concluſione prædicta.

Benè tamen fateor, quod in hac materia interceptorum commiſſorum, ſeu
23 fraudatorum vectigalium, adſunt iura clariſſima terminantia in his non poſſe agi niſi criminaliter, tex. 1. in l. fraudati vectigalis crimen ad hæredem eius, qui fraudem contraxerit, transmittitur gloſ. in verſ. fraudati, intelligit etiam ſi ab eo committatur fraus, qui debebat ſoluere, ibi tex. dicit, crimen
24 fraudati vectigalis. Rurſus transmittitur ad hæredem; ergo criminalis tex. in l. vectigalia in §. Dominus nauis in fin. ibi, illicitarum mercium perſecutio, hæredem quoque afficit, & in l. fin. §. fin. nonnè dicit tex. pœnæ ab hæredibus, &c. ſequitur tex. & hoc ſicut in cæteris perſonis, ita etiam in vectigalibus eſt.

Nos eſſe in caſu indultus, qui requirit promulgatam ſententiam, & factam in-
25 corporationem, clarum eſt, nam incorporatio numquam dicitur facta, niſi quando præceſſit diligens examinatio, & inquiſitio, ſecundum formam l. defenſionis facultas C. de iure fiſci, qua facta, & ſequuta declaratione, bona fuerunt realiter capta, & inſcripta in inuentario, & inter alias res fiſcales incorporata, vt in l. ſi quando C. de bon. vacan. ibi incorporatio impleatur; Platea ibi, Bar. in l. ſi vacantia eod. tit. ſi non incorporata
26 indultus nos comprehendit: Nec alia in hac cauſa, in qua, ſi Dominus ampliſſimum indultum conceſſit, non reſtringent Præclariſſimi, & Benigniſſimi Domini Officiales.

Innocentius Paganus.

28 *Fuit iudicatum quod ſic.*

## ADDITIO.

Quod cauſa criminalis dicatur, quando pœna etiam quod ſit pecuniaria, applicetur fiſco, tradit Præſ. de Franch. dec. 162. nu. 16. & poſt eum Reg. Roui. in pragm. 1. de offic. Baiuli num. 38. & de hoc *latius* apud Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 82. poſt Ann. ſing. 384. & *de hoc latiſſimè* per Cathalan. in tract. de indult. c. 16. à nu. 38. ad 44. & quod pœnæ rei commiſſæ de iure ſpectent ad imponentem Gabellam, & eodem iure tranſit ad illarũ emptores, etiam ſi nil ſit dictum, teſtatur Maur. Iun. alleg. 55. num. 2. conferunt *prædictis* ea, quæ tradita ſunt per Regentem Moles in eius tract. manuſcripto de Regal. Regn. Neap. titul. de vltim. exit. Regni q. 6. An in cauſa intercepti ſi inſtantia eſſet perempta procedi poſſit, ſuppoſita præfata Auctoris deciſione, an ciuilis, vel criminalis dicatur, dum in Reg. Camera inſtantia nõ

currit

currit,& refert deciſum fuiſſe per eã-dem Regiam Cameram in beneficiũ reorum,vt ſit perempta inſtantia,ha-bẽdo cauſam ipſam eſſe criminalem, in cauſa Paulini Cimini die 15. Maij 1564.& iterum in cauſa Thomæ Ric-chetti die 2.Octobr.1570.eodem re-ferente, quamquam in ſequenti q.7. dum iterum contigiſſet dubitari, an in cauſa intercepti currat inſtantia, quod ſanè procedit ab ipſa quæſtio-ne,an ſit ipſa cauſa ciuilis, vel crimi-nalis,& refert deciſum fuiſſe eſſe ciui-lem, & inſtantiam non perimi, prout numquam perit in dicta Reg.Cam.& hoc in cauſa prædicti Thomæ Ric-chetti, & in alia cauſa Notarij Fran-ciſci Damiani die 23.Septemb.1570 per multas rationes ibi traditas, & tandem in ſequenti q.8.quærit,ſi cau ſa contineret etiam delictum, & ſic mixta eſſet, ſit ciuilis, vel criminalis, refert deciſum fuiſſe, quod ſtante pe-remptione inſtantiæ in criminali cau ſa procederetur ciuiliter, in cauſa eiuſdem Thomæ Ricchetti die 23. Octobris 1570. & iterum in cauſa Io. Franciſci Damiani die 23.Septembr. 1570. eodem referente, vbi in fine etiam retulit in contingenti caſu oc-curſo in M. C. V. ſi facta generali abolitione delicti, poterat reus tor-queri in iudicio ciuili,vt reuelaret bo na ſubtracta,& licet Paris de ſyndic. §.tortura verſ.pone, quod tenentem, affirmatiuè teneat,fuit tamen contra-rium deciſum,eodem referẽte vti Iu-dice Illius, & quod procederetur ci-uiliter citra torturam in cauſa Ioan. Angeli Sartoris, in Banca Migliacci de anno 1566. & nouiſſimè audio fuiſſe difficultatum in R.C. ſi conceſ-ſa hac generali abolitione per Sere-niſſimum noſtrum Regem Philippum Quartum, ob natiuitatem eiuſdem Sereniſſimi Primogeniti,in qua etiam pœnæ fiſcales fuerint remiſſæ; an pa-riter cenſeatur remiſſa pars pęnæ in-tercepti,ſpectans ad reuelatorem in-tercepti,& videbatur dicẽdum,quod non,ex quo cum fuiſſet ius quæſitum reuelanti,interceptũ non poterat tol-li per Principem in indultu generali conceſſo, niſi in ſpecie hoc fuerit di-ctum,per ea quæ diſcutit Foller. in pragm.10.de abolit.num.45. in ope-re Regentis Rouiti, hinc ad propoſi-tum dixit Boſſ.in tit.de remed. ex ſo-la clem.nu.13.quem ſequutus eſt Iul. Clar.in §.fi.q.59.nu.7. quod ſi tem-pore banni fuerit delata hæreditas bannito ob eius incapacitatem fuerat proximiori delata ex diſpoſitione iu-ris,ſi bannitus fuerit reſtitutus non recuperabit hæreditatem alteri dela-tam,ex ratione ſupre citata,ſic etiam in pœna parti acquiſita erit affirman dum, etenim pœna quæ applicatur agnatis,iuxta Conſt.Regni. ſi damna fiſcus de ea gratiam Vniuerſitati ne-quit facere, cum citius remictat pę-nam ſibi acquiſitam, quam pęnam parti acquiſitam,inquit Affl.in Cõſt. ſi damna num.14. & demum cum ſit certum, quod pęna pecuniaria fiſco debeatur,Muta deciſ.Sicil.44. nu.34 & inde indubitatum extitit, an pęnæ fiſco debitæ,ei debeantur, vel Baroni inueſtito de terra cũ mero, & mixto imperio, cum conceſſionibus pęnarũ, & prouentuum,de quo per Capibl.in prag.8.p.1.nu.211.de Baron. & poſt eum Maſtril.deciſ.Sicil.145. nu. 5.6. 9.adhuc tamen ſub nu.212. conclu-dit ibid.Capibl.ſpectare ad Baronem inde ſuccedente indultu, cum alias dubitari contigiſſet,an vaſſalli Baro-num comprehendantur,fuit negatiuè reſponſum per Reg. Lanar. conſ. 52. niſi in ſpecie de eis mentio facta fuiſ-ſet,ex quo pęna Baronibus applicari debuerat, & ita ſpeciali pragmatica cautum fuerat,vt vaſſalli Baronum includãtur in Regio generali indultu præterquam in caſibus,in quibus ve-niret applicanda pęna pecuniaria, ſi-cut in prag. 8.de aboli.oſtẽditur;hinc cernimus in poſtremis indultis ſpec ia-

liter fieri mentionem de vaſſallis Baronum, ad hoc vt includantur in illis, prout etiam exactè proſequitur Cathal. in tract. de indult. c. 46. per tot. vltra Maſtr. eod. tract. quamquam ex aduerſo prætẽdi potuiſſet, ꝙ quando pœna partim fiſco, & partim parti offenſæ applicetur, tũc tota pęna debet venire ad manum fiſci, & ex illius manu pars offẽſa debet habere partem, vt tradit Farinac. in eius prax. crim. q. 100. nu. 33. & in hoc caſu aduertẽdum erit, quod ſi pœna fuerit ſoluta, certum erit, quod gratia, vel indultus non ad eam porrigeretur, niſi ſpecificè fuerit facta mentio, ita ex Bal. probat Muta vbi ſupra nu. 10. Cæterum autẽ, ſi non fuerit ſoluta, ſi Princeps faceret gratiam de pœna, cuius pars illius ad officialem pertineret, an pariter remiſſa videatur, ita quod poſſit Princeps in officialis præiudicium illã remittere, ſolemne edidit conſil. Bertazol. lib. 3. p. 1. vbi iura vtriuſq; partis, atq; rationes examinando deduxit, ibiq; optima eius filij additio cõprobat, & ſub fœdere diſtinctionis arbitratur, quod pęna debetur de iure ciuili, municipali, vel priuilegio Principis, vt cenſeatur etiam remiſſa, ſecus tamen ſi ob intereſſe offenſionis factæ parti ex cauſa oneroſa, non autẽ lucratiua, cuius rationes erunt conſiderandę pro deciſione huiuſmodi articuli, qui tranſactione fuit ſopitus in cauſa.

Thoro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Onera legatorum ad legatarium ſpectant.*
2 *Tex. in l. idem Iulianus §. hæres. & l. his verbis §. idem teſtator ff. de leg. 3. qualiter procedant.*
3 *Tex in l. qui concubinam §. qui horto ff. eod. qualiter procedant.*
4 *Onera quando imminent rei, à legatario debentur aliter ab hærede.*
5 *Onera ob præteritum per hæredem ſolui debent pro futuro à legatario.*
6 *Legatum à procere ſimpliciter continet debita, & credita occaſione eius facta.*
7 *Terra an dicatur vniuerſitas facti.*
8 *Onera ex fructibus rei præſtanda intrinſeca cenſentur.*
9 *Conſil. Burſati 5. & 6. ponderantur.*
10 *Legatum rei dicitur legatum ius, quod habet teſtator in ea, non autem ius tertio cõpetens.*
11 *Legatum rei continet, quod tempore teſtamenti habetur, non ius acquirendum.*
12 *Legatum intelligitur in dubio, ita vt id, quod minus eſt veniat ad commodum legatarij.*
13 *Interpretatio illa erit facienda, ex qua minus hæres grauatur.*
14 *Interpretatio potius fit, vt legatum inutile fiat quam inſtitutio hæredis.*
15 *Interpretatio lata fit in inſtitutionibus, ſed in legatis ſtricta.*
16 *Hæres magis dilectus eſt, quam legatarius.*
17 *Voluntates morientium ſunt declarandæ ſecũdum opinionem viuentium.*
18 *Deciſio refertur ſuper articulo, quis teneatur ſoluere pro liberatione rei legatæ.*

### PRO. ILL. DVCISSA AMALPHIAE.

### ALLEGATIO XXXIII.

PRæſens cauſa in eo tantum cõſiſtit, an ſit verum, quod Dux Indacus legando Terram Schifati *con li ſuoi peſi, che, ſeu con quali è da me poſſeduta*, voluerit comprehendere cẽſum tantum emphyteoticum, an etiam annuos reditus ſuper Terra Schifati venditos, & cõſignatos ſuper fructibus Schifati, vt Duciſſa nunc prætendit.

Et quia videt aduerſarius, quod talis interpretatio vndiq; confirmatur, illud dicit, quod nec talis interpretatio facit
1 legatum vtile; ex qua legati inutilitate prodijt prima ſententia, & vt id demulceat aures Iudicantium; minuit primo, Schifati reditus; ſecundo auget impenſas, pro recollectione fructuum; tertio auget reditus venditos, & conſignatos ſuper Terra Schifati; idcircò falſitas huius ſuppoſiti, detegatur.

Circa primum, de redditibus Schifati, in proceſſu aliud non adeſt, niſi tres articuli Domini Don Ioannis, & tres teſtes per eum producti. In prima inſtantia eſt articulus 28. fol. 28. à terg. ducat. 2700. In ſecunda inſtantia ſunt articuli 9. & 10. fol. 388. Quorum nonus dicit, redditus nemoris aſcendere

ad

ad du. 1253. Decimus dicit, reliquos redditus terræ ad duc. 1700. ita ut cum in maiori ſumma, minor inſit, ex articulis liquidantur redditus Schifati in duc. 2953.

Teſtes ſunt tres, quorum duo, Rodericus Hernandus, & Io. Baptiſta de Venere fol. 107. à ter. & 115. à ter. ſuper 28. faciũt redditus Schifati ann. duc. 3000. Tertius eſt Stephanus Morante, quem ſolum ſuper 28. dicẽtem, quod redditus ſunt duc. 2400. f. 131. legit per ſe Dominus D. Ioannes, hic ſemetipſum conuicit de errore, ſiquidem productus in ſecunda inſtantia per eundem aduerſarium ſuper art. 9. & 10. f. 399. præſupponit, redditum excedere duc. 3000. poſtquam in 9. computat redditus nemoris pro quantitate in articulo contenta duc. 1253. in Decimo dicit, reliquos redditus Terræ Schifati aſcendere ad duc. 1800. & 1900. liqueat modo noſtra intentio ex hac ſecunda depoſitione; & ſi huic teſti pro D. Ioãne ſit credendum, quando ipſemet ipſum falſum reddidit: Teneant Domini Iudicantes, verum eſſe redditum duc. 3000. poſtquam petijt Duciſſa, quod D. Ioannes exhibeat libros, & ſignãter anni 1566. ſub quo cõditum eſt legatum, & renuit, obtulit conducere redditus Schifati, & domus pro du. 330. durante vita D. Ioannis, & renuit, ſit proinde primum aſſumptum verum, quod vtriuſque corporis legatum, ſit redditus duc. 3300.

Circa ſecundum videlicet, impenſas, quas D. Ioannes ex fructibus deducit, vnicus tantum articulus extat D. Ioannis, & vnicus teſtis, idem ſcilicet Stephanus de Morante art. 29. eſt, & ter productus, primo fo. 29 & impenſam dicit duc. centum in circa; ſecundo, fol. 63. à ter. & impenſam dicit eſſe duc. 200. in circa; tertio, fol. 89. & ſumma ponitur in Banco (vt vulgò dicitur) itaut, aut articulis erit credẽdum, & articulo fol. 29. credetur, cùm contra ipſum ſit, aut articulis certè non erit credendum, Stefanus de Morante, dum ſuper 29. fol. 131. à ter. dicit, impenſam eſſe duc. 200. poſt enumerata omnia occurrentia, pro recollectione fructuum, includit etiam *le ſpeſe delli miſſi mandati*, cum Dux Amalfiæ, vel contumax, vel in exilium miſſus, degerat in Vrbe Roma, *& altre coſe che occorreuano per ſeruitio del Signor Duca*, itaut cum talis depoſitio non concludat quantitatem impenſarum pro fructuum tãtum recollectione, non deducuntur ex fructibus duc. 200. quando impenſas cum molendinis, Balcherijs, & Taberna ſubeunt affictatores, impenſa reficiendi Pontis, nõ excedit duc. 10. cætera corpora impenſam non requirunt.

Circa tertium, redditus venditi, & cõſignati ſuper fructibus Schifati, aſcendunt ad ſummam duc. 1967. 1. 15. & ſunt infraſcripti.

Nardo Lucæ Fritiæ duc. 270. cum reliqui duc. 72. pro complemento duc. 342. aſſignantur ſuper ſtatu Amalfiæ fol. 270. à ter.

Portiæ Carafæ duc. 358.

Io. Carolo Siluerio duc. 893. 2. 12.

Io. Franciſco Galeotæ du. 180.

Decio de Rogerio du. 58. 4. 3. cum reliqui centum ſint aſſignati ſuper ſtatu Amalfiæ, vt in fol. 270. à ter.

Montis Oliueti Monaſterio duc. 24.

Nicolao Antonio Rapic. duc. 8.

Pro cenſu Sanctę Marię Regalis Vallis duc. 10.

Io. Baptiſtæ de Venere duc. 165. vita durante, iam extincti.

duc. 1967. 2. 15.

Quod hi tantũ ſint redditus, qui vtrãq; qualitatem continent, quod ſcilicet ſint venditi ſuper Terra Schifati, & conſignati ſuper fructibus eiuſdem, teſtãtur tres teſtes, inter cæteros, per me ſignati in nota facti.

Aduerſarius dum facit ſummam duc. 2427. 2. 2. de qua in fol. 27. & fol. 675. addit duas partitas, alteram duc. 255. hæredibus Petri de Vrſanca, quæ nõ eſt addenda, cum ſit redditus venditus ſuper lacu, & ſtãgha de Ortuchio ſtatus Aprutij, vt in partita du. 300. f. 302. à fac. & nõ eſt venditus ſuper Terra Schifati, prout liquet ex contractu fol. 342. in quo hic redditus non numeratur. Altera partita eſt duc. 205. Paulo Acitillo, & Nicolao de Roberto, quæ nec eſt addenda, cum non ſit aſſignata ſuper fructibus Schifati, ſed Neapoli de Camera ſoluebatur, vt benè deponunt hi teſtes.

Aurelius Theodoricus ſuper 15. f. 619. Hercules Corſus ſuper 15. f. 632. à ter. Iacobus Gubernali ſuper 15. f. 648. à ter.

Statim atq; demuntur hę duæ partitę à duc. 2427. 2. 2. remanent ſolũ duc. 1967. 2. 15.

Et (vt liqueat) ſolos du. 1967. 2. 15. eſſe

aſſignatos ſuper fructibus, adducebam; quod omnes redditus venditi ſuper Terra Schifati,& domo, ſunt annui du.4281.2.15.de qua ſumma cum ſint aſſignati ſuper ſtatu Amalfiæ du.1252. vt in f.270.à fac.& à ter.alij du.891.ſuper ſtatu Apruтij f.271.& du.205. Neapoli de Camera, remanent du.1933.2.15. quibus additis duc.24.pro cenſu Montis Oliueti,& 10. pro cenſu S.Mariæ Regalis Vallis,fit ſũma d.1967.2.15.

Si ita quod tria ſuppoſita ſunt vera in facto, hos redditus venditos, & aſſignatos ſuper Terra Schifati,comprehẽdidit Dux Indacus ſub verbo, *peſi con li quali è da me poſſeduta*, ex infraſcriptis.

Primo,alioqui verbũ *peſi*, eſſet ſuperfluum,cùm de per ſe tranſeat onus cenſus emphyteotici.

Secundo,indigna conſideratio eſt, vt Dux faciens legatum fratri,voluerit adijcere verbum *peſi*,vt includat cenſum du.10.tantum.

Tertio, verbum *con quali è da me poſſeduta*,eſſet inutile, ſi cenſus emphiteoticus tantum includeretur.

Quarto,verbum *co quali*,intellectum de ſolo cenſu emphiteotico, notabilem induceret abſurditatem.

Quinto,verbum *peſi*,non adiectum domui,ſignificat ſub illo verbo,comprehẽdi annuos redditus aſſignatos.

Sexto,facultas diſponendi de duc. 12 mil.& non vltra,vel infra ſuper corporibus legatis,demonſtrat redditus d.1967 cedere dãno D. Ioannis.

Septimo,tale verbum,diſtatum à Duce,benè conſcio de ſuis introitibus,actiuè,& annuis redditibus paſſiuè, ex articulo D.Ioannis 33.& 34.fo.30. demonſtrant annuos du.1967.comprehendi.

Octauo, tale legatum per excambiũ Inſulæ Niſitæ,in qua tantum poterat ius prætendere D.Ioannes,approbat noſtrã interpretationem.

Ex his liquet, quàm iuſta ſit in facto hæc interpretatio, & quòd ex ea remanet legatum vtile in duc. 1300. ad minus.

In iure,iuſtiſſima eſt prætẽſio Duciſſę, ſiquidem omiſſis his, quæ pleniſſimè in prima,& ſecunda inſtantia per Dominos Collegas adducta fuerunt, Eſto quod nõ adeſſet verbum *con li ſuoi peſi, con li quali è*
1 *da me poſſeduta*,ſtatim legata re,onera annua impoſita rei,quę de fructibus ipſius rei ſoluuntur,in legatarium, à die tran-
2 ſlati in ipſum dominij tranſeunt;ita procedit tex.in l.idem Iulianus §.hæres,hoc modo intelligitur tex. in l.his verbis §. idem teſtator ff.de leg.3.per glo.ibi ſub verbo danda,volẽs,quod onera fructuũ, ſeu occurrentia,poſt habitum legatum, legatarium ſequantur: & tandem facit
3 eadem lex,qui cõcubinam §. qui hortos ff.de leg.3. vbi glo.elegantiſſimè dicit,quod ille tex.procedit in vno ex duobus caſibus tantum;vel vbi legatum,alioqui inutile eſſet , vel vbi onera ſoluerentur pro fructibus, non autem de fructibus, quia ſi legatum vtile remaneret,& onera ex fructibus præſtarentur , legatarij damno cederẽt: Talis eſt caſus noſter,in quo hi ann.du.1967.2.15. nedũ ſunt onera,quæ ſoluuntur pro fructibus, ſtante venditione facta ſuper Terra Schifati, de fructibus, cum ſint aſſignata Aerario Schifati,& legatum indè non inutile redditur,ſed ſatis, ſuperq; vtile in proprietate, & vſufructu; & pro fundamẽto huiuſmet concluſionis, faciunt verba Ioa. Fabr.in §.ſed ſi rem inſt.de lega.quæ trãſcribam,cùm nihil ſupra dici poſſit (q d ſi res debebat redditus) videtur, quod legatarius debeat ſoluere pro tempore ſuo,quod eſt verum,niſi eſſent tãti,quod redderent inutilem rem, item hoc verũ ſi ſint aſſignati ſuper ipſa re tantum, ſecus ſi ſuper toto patrimonio, Nam tunc hæres debet ſoluere, ſed quid ſi redditus ſunt aſſignati ſuper re legata, & nihilominus totum patrimonium eſt obligatũ,videretur idem dicendum,ac ſi ſuper ipſa re tantum eſſent aſſignati; videant modo Domini Iudicantes, ſi hæc verba decidunt caſum noſtrum ann.duc. 1967.ſunt ſuper ipſa re aſſignati, quoad dominium, & poſſeſſionem, legatum inutile non redditur, & reliquum patrimonium eſt pro illis obligatum ; ad idẽ faciunt verba Iac. de Aren. in l. qui cõcubinam,dicentis,quod aut onera immi-
4 nẽt rei,& per legatarium præſtantur,aut non imminent ipſi rei legatæ,& per hæredem, Alber. ſimiliter in §.qui hortos diſtinguit,quod aliud ſit,perſonam eſſe obligatam propter rem,aliud rem propter perſonam,primo caſu,cedere illa onera dãno legatarij;ſecundo dãno hæredis,& hanc diſtinctionem magis apertè declarauit Bald.in l.prædia C.de fideicomm.in verſ.item ſi veniunt,applicã do-
mo-

Digitized by Google

modo hàs deciſiones ad caſum meum.
Dico, quod verè tunc onus dicitur immi
nere rei, quando, & quoad dominium, &
poſſeſſionem eſt ſuper certa re, tales sũt
redditus du. 1967. 1.1.5. qui quoad domi-
nium imminent, cùm ſint venditi ſuper
Terra Schifati, quoad poſſeſſionem im-
minent, quia ſunt conſignati ſuper fructi
bus Schifati; tranſeant ergò hi redditus
ad dominum D. Ioannem paſſiuè cum
ipſa re legata ex deciſ. Iacob. de Aren.
Inſuper pro tempore decurſo ante lega-
tum ad præſtationem tertiarum decur-
ſarum horum redituum, eſt obligata
Terra Schifati, vti res Ducis Indaci, qui
obligauit omnia ſua bona pro ſolutione
horum redituum, pro tempore verò fu-
turo, perſona hæredis eſt obligata pro-
pter Terrã Schifati, ſuper qua ſunt ven-
diti annui reditus, & pro ipſorum ſolu-
tione, eſt obligata perſona Ducis, & pro
indè Ducißæ, & ex hac ratione Docto-
5 res in legibus allegatis, & in l. ſi res obli
gata ff. de leg. 1. & l. prædia C. de fideic.
dicunt, id quod de his oneribus, ratione
præteriti debetur, ſoluendum eſſe per hę
redé, ratione verò futuri per legatariũ,
& vt talis concluſio confirmetur, tradũt
DD. pro limitatione l. ſi res obligata, &
6 l. prædia, quod quando legatur aliqua
Vniuerſitas Faſti, vt puta, apotheca pan-
norum, ſimpliciter intelligitur legata
cum debitis, & creditis occaſione rerũ
apotecæ; eſto quod nõ ſint onera annua,
qualis fuit, Bal. in l. prædia nu. 1. eũ ſequi
tur Iaſ. ibi in fi. qui allegat DD. concor-
dantes; at cum negari non poſſit, quin
7 Terra Schifati non dicatur Vniuerſitas
Faſti, ex regul. Andr. quid ſit inueſt. pau-
lò antè num. 5. de cap. qui cur. vend. num.
21. & de prohi. feu. per Fed. nu. 23. tranſi-
bunt omnia onera debita occaſione ip-
ſarum rerum; & ſic annui reditus ſuper
ipſis rebus venditi, & conſignati; ſed hæc
omnia verè ſuperflua ſunt, quando hæc
procedant, vbi teſtator ſimpliciter rem
legauerit, à quando teſtator legat Ter-
ram Schifati *con li ſuoi peſi, con quali è da
me poſſeduta*: Certè non video quiſnam
ſani capitis audebit dicere, quod non
cedant dãno ea onera, quæ vtramq; qua
litatem habent, vendita ſcilicet ſuper
Terra Schifati, & ſic ſunt ſua onera, &
aſſignata ſuper fructibus; & ſic habent
illam ſecundam qualitatem *con quali è da
me poſſeduta*; Nec erit controuertendum,
8 an hæc onera ſint intrinſeca, quia ſtatim
atque ſuper ipſa Terra ſunt vendita, &
de fructibus ipſius Terræ præſtanda sũt,
intrinſeca dicuntur, ex regula tradita
per Loffr. poſt cæteros conſ. 2. num. 25. &
per Goffr. de Salign. in l. Ciuitatibus §. fi.
ff. de leg. 1. Nec tãdem pro expoſitorum
confirmatione, omittam elegans conſi-
lia Franciſ. Burſ. 5. & 6. in cauſa ſatis ſi-
9 mili caſui noſtro, in quo Card. de Manti.
Dominus Curiæ Pauleti volens remune-
rare Vulpianum de Oliuis, illi vendidit
ducentas bubulcas Terræ pro du. 4000.
auri, illas ab eodẽ recipiẽs in emphyteu-
ſim cum poteſtate affrancandi pro eiſdẽ
du. 4000. deceſſit tandem Cardinalis, in-
ſtitutis hæredibus nepotibus ex vtroq;
fratre, Federico ſcilicet, & Ferdinando
de Gonſaga, ac Curiam Pauleti, D. Cæ-
ſari de Gonſaga vni ex nepotibus præle
gauit, exijt rumor inter fratres hęre-
des, quis teneretur ſoluere hos du. 4000.
pro affrancatione illius cenſus, an D. Cę
ſar prælegatarius Curiæ Pauleti, an om-
nes hæredes, conſuluit, quod D. Cæſar
tantum. Et certè gauiſus ſum, poſtquam
hic Doctor vtitur in caſu noſtro his, quę
ſupra allegaueram; iuſtè ergo redem-
ptio horum ann. duc. 1967. non per hære-
dem, ſed per D. Ioannem legatarium,
ſuis ſumptibus fieri debet.

Quod ſi cõis vſus loquendi attendatur, illud verum eſt, quod ſicut venditiones annuorum redituum, quorum ſolutio non eſt conſignata ſuper certis fructibus, æs alienum nuncupatur; ita, & annui reditus venditi ſuper certa re, quorum præſtatio eſt conſignata ſuper fructibus illius rei, & emptor reditum exigit, non à venditore, ſed à Colono, Inquilino, vel emphiteota illius rei, non æs alienum, ſed certa portio noſtræ rei diminuta cenſetur; talis eſt caſus noſter, in quo, nedum venditio eſt facta ſuper terra Schifati, ſed ſolutio ipſorum duc. 1967. eſt aſſignata Aerario ſuper fructibus.

Tandem omnia hæc ſuperflua cenſui,
quando dum de interpretatione huius
10 legati agitur, poſſum omittere regulã,
Primo, quod re legata, illud tantum ius
legatum dicitur, quod tempore mortis
teſtator, vel hæres habebant in ipſa re,
nõ ius, quod tertius habebat, prout sũt
reditus vẽditi, ex l. ſi domus cũ cõcor. §.
fi. de leg. 1. Poſſum omittere ſecundam
regu-

Digitized by Google

regulam, quod vbi in legato adeſt dictio
11 *meum*, nedũ non venit in legato, niſi ius, ꝙ habet legans tantum, non hæres: ſed illud tantũ, quod tempore teſtamẽti habet, ita vt nõ veniat quod poſt teſtamẽtum, ſuper eadem re acquireret, l. ſerui electione §. fi. de leg. 1. Poſſum omittere
12 Tertio, quod legatum in dubio intelligitur, ita vt id, quod minus eſt, veniat ad commodum legatarij, l. ſi ita ſcriptum in fi. ff. de leg. 1. Poſſum quarto omittere
13 regulam, quod detur illa interpretatio, ex qua minus hæres grauetur, l. vnum ex familia §. ſi rem ff. de leg. 2. cũ concor. Quinto, tãdem poſſum omittere regulã, ꝙ in cuius ſatisfactionẽ fit legatum, dat interpretationẽ legato, & cũ ſola ſit prętẽſio Inſulę Niſitæ, & vana, ex adeptione facta in codicillis, ſufficit, ꝙ modicũ qd includatur in legato, illam nõ omittam regulam, quod cum in facto ſit verum, quod Duciſſa in vſufructu ſuæ inſtitutionis non habet, niſi ſolos du. 1500. D. Ioannes haberet, ſecundum noſtram lecturã, legatum vtile in du. 1300. At ſi attenderetur interpretatio D. Ioannis, vt fiat ſuum legatum pingue, nedum vtile, Duciſſa, nedum nil haberet in vſufructu, ſed eſſet circa duc 500. plus in pẽſtationibus
14 annuis, quã in vſufructu, at lex iniunxit, quod detur interpretatio, per quam legatum potius fiat inutile, quam quod inſtitutio ſit inutilis, vel ſupra modum grauetur hæres, regula eſt l. melius in prin. ff. de leg. 2. & l. Titia §. quis in vita ff. de leg. 2. & benè eum declarat Paul. de Caſt. conſ. 121. nu. 1. verſ. quæ autem primarum verior ſit col. 3. vol. 1. Aym. conſ. 32. num. 3. conſ. 149. num. 15. conſ. 167. nu. 10. & conſ. 187. num. 3. poſt Iaſ. in l. vxor patrui C. de leg. in l. ſi ita ſcriptum in vltimo notab. in l. quod in rerum §. 1. in 1. notab. & cæteros, qui omnes dicunt, ꝙ teſtator magis dicetur curare de non grauando hæredem nimium, quàm de
15 vtilitate legati, & hinc ſequitur concluſio, quod in inſtitutionibus ſit lata interpretatio, dum in legatis ſit ſtricta, prout benè declarabat gloſ. final. in l. ſi plures ff. de cond. inſt. & latius Dec. in l. in teſta-
16 mentis ff. de reg. iur. & iuſtiſſima ratione ne plus habeat is, qui minus dilectus eſt, legatarius, quàm qui eſt magis dilectus qualis eſt hæres; prout benè concludit Oldr. conſ. 141. arg. l. Publius de cond. & demonſt. & l. Libertis §. hæredibus ff. de alim. & cib. lega. quam regulam, eò magis Domini Iudicantes ſequi debent in præſenti cauſa pro Duciſſa hærede inſtituta, pro Duciſſa filia vnigenita, pro Duciſſa, in qua perpetuari voluit ſuam familiam; pro Duciſſa tandem, in qua dignitas familiæ reſidet; ſed quorſum plu-
17 ra? quando lex diſpoſuit, voluntates morientium eſſe declarandas ſecundũ opinionem viuentium in l. quoniam C. de natu. lib. cum his quæ Anchar. conſ. 237. & 362. quis modo impius pater erit hic viuens, qui in hac controuerſia velit interpretando legatum, fratrem ditare, & filiæ vnigenitæ proprium panem adimere? dum illi iniungit, quod pro conſeruatione familiæ, Marchionem Illiceti inopem in virum ducat. De cæteris veritas, quæ à cælo proſpiciens, eſt ſupra malitias hominum, inſtituat Dominos Iudicantes, ne anima Ducis contriſtetur.

18 *Iudicatum pro D. Ioanne.*

## ADDITIO.

De eodem teſtamento, & legato facto in beneficium ipſius D. Ioannis licet ob aliam cauſam agit Pręſ. de Franch. dec. 169. & quid fuerit deciſum, tradit nihilominus reſpectu materiæ huius caſus prænarrati, ſi legata re affecta onere cenſus, an hæres, vel legatarius teneatur luere, & redimere, attingit Felician in tract. de cenſib. 2. tom. lib. 1. cap. 1. ſub num. 6. verſ. vndè nunc, vbi exactè deductis rationibus hinc inde exaratis contra hæredem firmat quæſtionem in beneficiũ legatarij, quę ſanè cõueniunt pro ornatu, & cõprobatione præſentis deciſionis, ad quod etiam cõueniunt quæ diſcutit Petr. Gregor. de cenſib. q. 5. ſub num. 197. verſ. item quæro, vbi agit, ſi legatarius cogere poſſit hæredem, vt redimat cenſum rei legatæ, ad quem ſciebat eſſe obligatã, & refert deciſum fuiſſe in Senatu Pariſienſe affirmatiuè, licet ipſe ſub diſtin-

ſtinctione procedat, an eſſet cenſus redimibilis, vel non, vel ſub annuis redditibus ex Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 1. num. 6. in fi. vltra Cancer. var. reſol. tom. 3. c. 20. num. 14. eandem materiam pertractantem cum dicta opinione concurrit, licet autem quando teſtator ſciuerit rem legatam onus habere, proculdubio hæres ad onera tenetur, nam videtur illum grauaſſe, vt illam luat, ex l. ſi res obligata ff. de leg. 1. probat Camill. de Medic. conſ. 18. num. 18. quo fit vt hæres teneatur de emphyteoſi, vel feudo hereditario onera hereditaria ſubire, quamuis ſolemniter inuentarium feciſſet, Valaſc. de iur. emph. c. 43. nu. 5.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Succeſſor ab inteſtato dicitur ſuccedere iudicio teſtatoris, & nu. 12.*
2 *Frater fratri an ſuccedat in feudo nouo de iure communi, ſecus tamen de iure Regni.*
3 *Inueſtitura dictans pro hæredibus ex corpore, non admittit alium ſucceſſorem.*
4 *Tenor inueſtituræ ſemper attenditur.*
5 *Nominatio debet fieri expreſſè per nomen, & cognomen, ita quod de ea dubitari non poſſit.*
6 *Nominatio fieri debet in actu inter viuos, vel in vltima voluntate.*
7 *Nominatio non poteſt dici facta ſine verbis.*
8 *Obligatio non cadit niſi verbis fiat expreſſis.*
9 *Scriptum id dicitur, quod legi poteſt, non quod poteſt intelligi.*
10 *Legi intelligitur proſpici oculis, ea quæ ſcripta ſunt, vt ſic ſententia non dicatur lecta niſi ſcriptura oculis proſpiciatur.*
11 *Statutum, quod inſtrumentum exequatur contra debitorem an locum habeat contra hæredem debitoris.*
13 *Tex. in l. quod liberis §. hæc verba, & l. cum filio impuberi ff. de vulg. & pup. ponderantur.*
14 *Relictum annuum factum Eccleſiæ eſt perpetuum, ſed ſi fuerit impoſitum hæredibus extingueretur in perſona ipſorum.*
15 *Legata relicta à ſcriptis hæredibus, an debeantur à venientibus ab inteſtato.*
16 *Diſpenſatio dicitur facultas conceſſa nominandi hæredem in feudo.*
17 *Facultas nominandi conceſſa feudatario, nuda dicitur nominatio.*
18 *Diſpenſatio quænam ſit.*
19 *Diſpenſatio odioſa eſt, ideo reſtringenda contra eum cui facta eſt.*
20 *Extenſio non fit in diſpenſationibus, etiam ad caſum minorem.*
21 *Voluntas expreſſa ad tacitam non extenditur.*
22 *Tex. in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. põderatur.*
23 *Verbum (poteſt) quid importet.*
24 *Tex. in cap. 1. an agnatus, enucleatur.*
25 *Verba, cui dederit ſunt realia, & extenſiua, an operentur extenſionem ſi vaſſallus non fuerit vſus facultate refutandi.*
26 *Venientes ab inteſtato non ſuccedunt, vbi eſt conceſſa facultas nominandi ſucceſſorem.*
27 *Tex. in l. conficiuntur ff. de iure codicil. & l. ſi quis cum teſt. eo. qualiter procedant, an in burgenſaticis nu. 29.*
28 *Extenſio non fit in feudis de caſu ad caſum, nec de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam.*
30 *Tex. in l. 1. §. ſi. ff. de leg. 3. qualiter intelligatur.*
31 *Tex. in d. l. conficiuntur, & l. ſi quis teſtamentum, an locum habeant in diſpoſitione facta de hærede nominando.*
32 *Renunciatio facta Titio pro ſe, & hæredibus nominandi, an ad hæredem ab inteſtato extendatur.*
33 *Statutum prohibens, bona transferri in nõ ſubditum, nec inter viuos, nec in vltima voluntate, an admittat venientes ab inteſtato.*
34 *Aliud eſt facere, aliud omittere.*
35 *Venientes ab inteſtato dicuntur impropriè habere diſpoſitionem.*
36 *Gratia S. P. conceſſa, vt poſſit de ſpolijs teſtari, non operatur in beneficium venientium ab inteſtato.*
37 *Deciſio, an non facta nominatione per habẽtem poteſtatem nominandi, ſuccedat veniens ab inteſtato.*

PRO

Digitized by Google

## PRO REGIO FISCO,
## Contra Magnificam Lucretiam Caracciolam.

### ALLEGATIO XXXIV.

MAgnificus Cornelius
Caracciolus dum
emiſſet à Regia Cu-
ria Caſale Lauriani,
pro ſe, & hæredibus
ex ſuo corpore legi-
timè deſcendenti-
bus, ac cum faculta-
te, quod in caſu mor
tis ſine hæredibus ex ſuo corpore, ſibi li-
ceret tàm inter viuos, quàm in vltima
voluntate nominare ſucceſſorem, in eo,
qui ſibi placuerit tàm verbo, quàm in
ſcriptis. Obijt nullo ſuperſtite ſibi hæ-
rede ex corpore, neque aliquo nomina-
to, propter quod fiſcus cępit poſſeſſionē
Caſalis prædicti, tùm vigore Capituli
Regni ex præſumptuoſa, tum etiam tan
quā feudi deuoluti ad Regiam Curiam
ob defectum ſucceſſoris in eo; quo pe-
racto, Magnifica Lucretia Caracciola
eius ſoror, ac hæres ab inteſtato in bur-
genſaticis egit contra Regium Fiſcum,
ac Magnificum Camillum Brancacium
emptorem feudi prædicti ſuper eius re-
ſtitutione tāquam legitima ſucceditrix
virtute facultatis prædictæ nominandi
hæredem, prætendens ſatis dici nomina-
1 tam, poſtquam ſuccedit ab inteſtato, &
ſic dicitur ſuccedere ex iudicio teſtato-
ris, iux. terminos l. conficiuntur in princ.
& l. ſi quis cum teſtamentum nullum ff.
de iur. codicil. & tandem Reg. fiſcus fuit
abſolutus ab eius impetitione. A qua
ſentētia licet ei acquieuiſſet per decem
annos; ita quod pro parte fiſci prætenda
tur tranſitum feciſſe in rem iudicatam.
Attamen admiſſa fuit ad proſequutio-
nem reclamationis decidēdæ ex eiſdem
actis; Verum quod in deciſione habea-
tur ratio, quæ de iure habenda erit de
deſertione allegata.

Quod autem benè fuerit per Reg. Ca-
meram, ac Collaterale Conſilium in pri
ma inſtantia iudicatum, ſicq. confirmā-
dum ſit in hac cauſa reclamationis, ex
infraſcriptis demonſtratur.

Et primo, nam Caſale prædictum, vt
dictum eſt, cōceſſum fuit dicto Cornelio
pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex cor-
pore, & in eius perſona eſt nouum feu-
dum, in quo de iure communi feudorum
2 frater non ſuccedit fratri, c. 1. de grad.
ſucced. in feud. c. 1. de fratribus de nouo
benef. inueſt. cum ſimil. & licet in Regno
quando inueſtitura ſit pro ſe, & hæredi-
bus ſimpliciter, frater ſuccedat fratri in
feudo nouo, vt in Conſtit. vt de ſucceſſ. &
ibi not. Andr. in verb. fratres, hoc tamen
procedit, niſi repugnaret forma inueſti-
3 turæ, puta, quia dictat pro hæredibus
ex corpore, ita notat ibi Andr. & Affl. in
dec. 293. & in eadem Conſt. vt de ſucceſſ.
4 in 6. not. Tenor enim inueſtituræ ſemper
attēditur, c. 1. in fi. de duob. fratr. à capit.
inueſt. cum igitur Magnifica Lucretia ſit
ſoror Magnifici Cornelij, & ſic non ſit de
deſcendentibus ex corpore, habetur vt
extranea ex dicta forma inueſtiturę quo
ad huius feudi ſucceſſionem.

Nec poteſt prætendi nominata *à fra-*
5 *tre*, quia vt quis dicatur ab aliquo no-
minatus, debet expreſsè nominari per
nomen, vel cognomen, vel tali expreſſio-
ne, quod de perſona nominata conſtet
clarè, & expreſsè; ita quod de ea dubita
ri non poſſit, l. 1. & 2. ff. de lib. & poſthū.
§. nominatim inſt. de exhęred. liber. l. no-
minatim ff. de leg. 3. l. nominatim ff. de
condi. & demonſtr. not. Alex. & cæteri in
d. l. 1. & optimè Aretin. in l. certum ff. ſi
cer. pet. in 2. not. & in materia feudali ha
betur per D. Frec. in q. 31. n. 4. & in q. 12.
nu. 8.

Præterea, nominatio fieri debebat *in*
actu inter viuos, vel in vltima *volunta-*
6 *te*, nominatio dictæ Magnif. *Lucretiæ* nō
apparet per aliquem ex actibus inter vi
uos, de quibus per glo. in rubr. ext. de te-
ſtam. neq. per teſtamentū, codicillos, aut
donationem cauſa mortis, qui actus vl-
timæ voluntatis dicuntur, vt per DD. in
d. rub. & in clem. 1. eod. tit. de teſt. Nec ap
paret facta oretenus, cum non ſit ſaltim
per teſtes verificatum, quod verbo eam
7 nominauerit, & ſine verbis nō *poteſt di-*
*ci* facta nominatio, vt in l. 4. in *princ.* vbi
Bar. & omnes, maximè Alex. & *Iaſ.* ff. de
verb. obl. & in §. ſi quis ita, dum dicit, ſi
ſine verbis annuiſſet, non tantum non ci-
8 uiliter, ſed nec naturaliter obligatur, &
in l. obligamur §. verbis ff. de act. & obli.
& inſt. eod. tit. in princ. & in §. 1. ibi, qui-
buſcumq; verbis expreſſum ſit. Nec ali-
9 qua ſcriptura videtur, in qua dicta nomi-
natio facta ſit, & illud dicitur, ſcriptura
quod



Digitized by Google

quod legi poteſt,non quod poteſt intel-
ligi, vt in l.1.in princ. ff.de his quæ in
teſta.delentur, dum dicit, legi autem ſic
accipiendum eſt;non intelligi,ſed oculis
perſpici quæ ſcripta ſunt, & ibi dicit
Bar.nota quod legi intelligitur perſpici
10 oculis ea,quæ ſcripta ſunt,vt ſic ſenten-
tia non dicatur lecta, ſecũdum formam
l.2.C.de ſenten.ex pericul.recit.niſi quis
ſcripturam oculis perſpiceret,& eſt ſimi
lis tex.in l.1.ff.ſi tab.teſta.exta. vbi dicit
litera heredi cui nomen inconſulto ita
delectum eſt, vt penitùs legi nõ poſſit da
ri bonorum poſſeſſio minimè põt, quia
ex coniectura non dicitur propriè ſcri-
ptus,hinc dixit Alexan. in l. poſtulante
col.3.verſ.ſed quando ff.ad trebell. quod
11 ſcilicet ſtatutum diſponens,quod inſtru
mentum exequatur contra debitorem
habeat locum etiam contra hæredem
debitoris,quia hæres eſt etiam debitor;
ſi tamen tale ſtatutum diceret, quod
exequatur contra debitorem in inſtru-
mento deſcriptũ, tunc nõ poſſet exequi
contra hæredẽ,qa licet dicatur debitor,
nõ tamen eſt deſcriptus in inſtrumento,
cũ oculis corporis ibi legi nõ poſſit,alle
gat tex.in d.l.1.de his quæ in teſta.delẽ-
tur. Et ſic ex quo Magnifica Lucretia
12 quæ ab inteſtato venit vt hæres vniuer-
ſalis in burgenſaticis,licet dicatur ex ta
cita voluntate defuncti venire, per d.l.
conficiuntur,& l.ſi quis cum nullum, nõ
tamen dicitur nominata in actu inter
viuos,vel in actu vltimæ voluntatis, nec
in ſcriptis à dicto quon. Magn.Cornelio
ergo vigore dictæ facultatis non poteſt
ad hoc feudum venire.

Et hoc coadiuuatur etiam per tex. in
l.qui liberis §.hæc verba, & in l.cum
filio impuberi ff.de vulg.& pup. quibus
13 iuribus cauetur, quod ſi teſtator fecit
talem ſubſtitutionem,quiſquis mihi hæ-
res erit idem filio meo impuberi hæres
eſto,ad hanc ſubſtitutionem admittitur
hæres ſcriptus tantum, adeo quod hæ-
res hæredis non venit,nec pater,aut do
minus, quibus per filium,aut ſeruum
fuit acquiſita hæreditas patris teſtãtis,
quia non ex iudicio teſtatoris veniunt,
vt dicit ibi tex.& ſic illi tantum veniũt,
qui ſunt ſcripti hæredes, non qui ex di-
ſpoſitione legis ſunt admiſſi ad hæredi-
tatem,aut ab inteſtato ſunt hæredes te-
ſtatoris,vt dicit glo. in d. l.cum filio in
verb.ſcriptos,& dixit Iacobus Venetius
in tract. de anuua præſtatione in 2. par.
38.quæſt. verſ.fallit ſecundo, quod licet
14 relictum annuum factum Eccleſiæ, vel
Vniuerſitati ſit perpetuum, ſecundum
opinionem aliquorum;tamen ſi teſtator
impoſuiſſet tale relictum in fratris hæ-
redibus, tunc extinguitur in perſona hæ
redum ſcriptorum in teſtamento, alleg.
tex.in d.l.cum filio, & in d. §.hæc verba:
cõfirmatur etiam per tex. in l.ſi quis te-
ſtamento ff. de leg.2. vbi legata relicta
14 à ſcriptis heredibus à veniẽtibus ab in-
teſtato non debentur, de quo latè per
Alexan.poſt alios in l.hæc verba colu.2.
ff.de leg.1.

Secundo conſiderandum eſt,quod po-
teſtas conceſſa dicto quon. Magnif.Cor-
nelio faciendi nominationem ſucceſ-
16 ſoris in feudo prædicto,dicitur diſpen-
ſatio; nam Regia Curia in caſu feudi
prædicti ad ſe reuerſuri per mortem va-
ſalli decedentis ſine legitimo hærede in
eo,iux.cap.1.in princ.qui ſucceſ. ten. &
in cap.moribus ſi de feu.fuer.contr. de-
dit poteſtatem dicto Cornelio,vt elige-
ret in feudo prędicto ſucceſſorem, qui
teneat in feudum pro ſe, & hæredibus
17 ex ſuo corpore legitimè deſcendenti-
bus,& talis nominatus non fuiſſet hæres
in dicto feudo prædicti Cornelij, ſed ha-
buiſſet à Rege Domino directo,ita quod
tãtum nuda nominatio fuiſſet dicti Cor-
nelij, iux.tex.in l.vnum ex familia §.1.ff.
de leg.2.& in l.ſtipulatio iſta habere lice
re §.ſi quis ita,& ibi not.Bar. & cæteri ff.
de verb.oblig. & in l. antiquitas C.de
vſufr.quæ iura allegat Andr.in c.1.§.& ſi
libellum de alien feu.pat. Cum ergo ſit
18 diſpenſatio, quæ eſt iuris communis re-
laxatio,vt per Specul.in tit.de diſpenſ.§.
porrò,debet ſeruari in caſu ſuo,& non
extendi de vno caſu ad alium, cap.ſuſce
ptum de reſcript. per quem text. dicit
Andr. in d.cap.moribus,quod ſi eſt con-
ceſſum feudum Titio, quod vacat per
mortem, non habet locum conceſſio ſi
vacat;ſi tunc non vacabat, licet poſtea
vacet non habet locum talis conceſſio,
imò talis diſpenſatio tanquam odioſa
19 reſtringenda eſt reſpectu eius cui facta
eſt,c.1.cum ſimil.de fil. presb. Abbas in
cap. fin. de ſimon.latè Felyn.in cap.po-
ſtulaſti col.10.verſ.regula eſt de reſcrip.
vbi ex mente Hoſtien.ibi dixit,quod in
diſpenſationibus non ſit extenſio etiam
20 ad caſum minorem,vnde ſequitur quod
talis

Digitized by Google

talis diſpenſatio conceſſa Cornelio nominandi aliquem inter viuos,vel in vltima voluntate,cum intelligatur de volũ-
21 tate expreſſa, non debet extendi ad voluntatem tacitam, ex qua voluntate tacita ſuccedunt venientes ab inteſtato, vt eſt tex.in l.ſed cum patrono §.bonorum poſſeſſionis beneficium ff.de bonor. poſſ.& ibi glo.in verb.habentibus, quam glo.Alber.ibi extollit dicens ex illa declarari tex.in d.l. conficiuntur de iur.codicill.ad idem eſt gloſ.in l.1. §.totiens in verb.meruit ff.de coll.bon. iſti caſus diuerſi ſunt, quod quis veniat ex diſpoſitione expreſſa,vel tacita, & diſpenſatio
22 vnius non extenditur ad alium.

Tertio, pro hac opinione poteſt ponderari tex. in c.1. de feu. non hab. prop. nat.feu.vbi diſponitur,quod ſi eſt datum feudum Titio,& hęredibus ſuis,& cui ipſe dederit,poterit feudatarius illud vẽdere,& alienare abſque conſenſu Domini,nam dum dicit,quod poteſt illud vendere,& permutare,&c. ſequitur,ꝙ ſi moritur feudatarius ſine hæredibus, ideſt filijs,quia ſic intelligitur de iure communi,c.1.§.ſed diuerſum de alien.feu. & in eius vita non dedit, alteri,non ſuccedẽt in feudo prædicto venientes ab inteſtato,poſtquam ille tex.requirat miniſteriũ hominis,ſcilicet venditionem, vel aliam ſpeciem alienationis, & ſic vt alij det, ideo dicit ibi Bal.nota quod illud verbũ
23 poteſt,ſimpliciter poſitum in tex.ſignificat quandocumque dederit,vnde poteſt vendere,donare,permutare,in dotem dare,& de eo teſtari.

Vltimò,facit tex.& quod not.ibi Bal. in c.1.de eo qui ſin.ſec.agna.vbi ſi agna-
24 tus renunciat ſucceſſioni feudi agnato illud poſſidenti pro ſe,& hæred.& cui ipſe dederit ſi moritur agnatus,feudũ poſſidens ſine hærede in feudo, ſuccedit in eo agnatus, qui fecit refutationem, excluſo alio agnato,qui nõ refutauit,quia refutatio fuit perſonalis, & non realis, ibi Bal.in verſ. ſed in contrarium, quod videbatur dicendum contrarium per il-
25 la verba, *& cui dederit*, quæ ſunt verba realia,& extenſiua, reſpondet ibi Bal. ꝙ licet fuerit data hæc poteſtas dandi alteri,tamen vaſſallus nõ vſus fuit tali poteſtate,allegat tex.in l. nõ diſtinguemus §.ſi cum dies ff.de arbitris,ergo veniens
26 ab inteſtato nõ ſuccedit in feudo in quo data eſt poteſtas nominandi in eo ſucceſſorem, iux.terminos d.l. conficiuntur, & Bal. ſequitur ibi Alua. in verſ. & dicit Bal.

Nec obſtant quæ adducuntur pro parte Magnif.Lucretiæ, ex diſpoſitione d.l. conficiuntur,& l.ſi quis cum teſtamentũ
27 nullum,cũ ſimil. qui nec adduci poſſent & maximè ex his quę conſuluit Curtius Iunior in conſ. 4. quia omnia procedunt reſpectu bonorum burgenſaticorum, & ſic in materia tranſmiſſibili ad omnes hęredes, & in quibus venientes ab inteſtato ſuccedebant,& erant hæredes, & in eis verificantur verba appoſita in d.l. ſi quis cum teſtamentum,ſcilicet,quiſquis mihi hæres erit;nam veniens ab inteſtato,ſibi hæres eſt,ex tacita voluntate defuncti, mediante legis miniſterio per fictionem, iuxta verbum intelligitur, & verbum proinde appoſitũ in *dicto tex.* not. Bal.in d.l.conficiuntur, quod ſecus in hoc caſu in quo ſumus in materia feudali,& in dicto feudo Magnif.Cornelius mortuus eſt ſine hærede ( vt dictum eſt ) & in feudis non fit extenſio de caſu ad
28 caſum, de tẽpore ad tẽpus, nec de perſona ad perſonam, vt per Andr. & alios in cap.Imperialem de prohib. feu.alien. per Feder.in tantum quod nec ad hæredem,vt latè ibi per Camer.car.46.47. loquentẽ de aſſenſu. Nec in burgenſaticis
29 etiam habent locum dicta iura quando eſt facta mentio de hęrede ſcripto,& ſic de certa perſona,quod etiam ſentit glo. in d. l. ſi quis cum teſtamentum *oppo.* d.l.1.§.fi.de leg.3. & remittit ſe *ad ſolutionem* datam per glo.in d.l.1.§.*fi. vbi* di-
30 cit,quod tex.in d.§. fi. *procedit* quando diſpoſitio loquitur de certa, & nominata perſona, ſequitur Paul.de Caſtr. in l. cum pater §.extimaret ff. de leg. 2. & ꝙ
31 dicta iura non habeant locum in diſpoſitione facta de hærede nominando,conſuluit Stephanus Bertrandus, qui rogo videatur in conſil. 90. in 2.par. 1.*volum.* incip.viſo inſtrumento, vbi in *renunciatione* facta Titio pro ſe, & *hærede* nominando conſuluit,quod non extenditur ad hæredes ab inteſtato,quia non dicuntur nominati, & ita limitat diſpoſitionem dictorum iurium; nec habẽt locum in ſtatutis,in quibus fit ſtricta interpretatio, vt conſuluit Cuman.in conſil.84.
33 præſuppoſito caſu,vbi conſuluit, quod ſi ſtatutum prohibet, quod bona non transferantur in non ſubditum, nec per

actum

Digitized by Google

actum inter viuos; nec per vltimam voluntatem nō prohibetur fieri translatio in venientem ab inteſtato: Non.n.dicitur per viam inteſtati fieri translatio, quia
34 aliud eſt facere, aliud omittere, iux.not. in cap.delictum perſonæ de reg.iur. in 6. & ff.de acquir. poſſeſſ.l.ſi ſubdens, ꝙ d.l. conficiuntur §.1.& l.ſi quis cū teſtamentum procedūt ex quadam iuris fictione, & dicit Bal.in l.ſi emancipati n.11. C.de collat.in terminis dictarum legum; quod
35 venientes ab inteſtato dicuntur impropriè habere diſpoſitionem defuncti; nam aliud eſt permittere, in quo ſola cauſa efficiens apparet, aliud eſt diſponere, in quo apparet cauſa efficiens, formalis, & etiam materialis, & ideo ſuccedens ab inteſtato non habet formalem titulum ab homine, quæ deciſio videtur ſatis ad propoſitum.

Vltimò reperi Martin.Nauar.in tract. de ſpol.cler.§.7.nu.6.dicentem, ꝙ gratia
36 Summi Pontificis conceſſa alicui, vt poſſit teſtari de ſpolijs, non operatur in beneficium venientium ab inteſtato, niſi in gratia ſit clauſula, quod in eis ſuccedāt etiam dicti venientes ab inteſtato.

37 *Fuit iudicatum pro fiſco.*

ADDITIO.

ADde, quod in contrarium pro ſorore de iure reſpondit Iac.Ant. de Mauro in alleg.44.& pro iſta opinione, vt venientes ab inteſtato veniant, plures allegat Ann. in ſing.391. vbi additio eius filij, & ita deciſū teſtatur Præſ.de Franch.dec.45. in fauorem ſuccedentium ab inteſtato, de quo ſatis per Theſſ. dec.97. qui contrariam ſubſtinet opinionem, ſecundum quam dixit iudicatum fuiſſe per illum Senatum, prout etiā in officijs admittitur, non facta nominatione ab habente facultatem nominandi in officijs, vt ſuccedat hæres ab inteſtato, vt Aym. cōſ.176.in fi.Franch.dec.45.nu.2. & Ann.ſing.391.tenet Grat.diſcep.for. c.221.n.8.quod ſecus eſſet in feudis, vt dictum eſt in allegationibus; ſed quid in nominatione puellarum maritandarum alicui conceſſa, an ea nō facta ad hæredem eius pertineat, prout in facto euenit, de quo fuit lis inſtituta in S.C.per D.Portiam de Loffredo, contra Dominos Gubernatores Mōtis, erecti per q.Iuliam Caracciolam, quæ in eius teſtamento mādauit erigi Montem pro maritagijs nonnullarum puellarum eius coniunctorū ex diuerſis familijs nobilibus, eorumque deſcendentibus; & inter alia voluit, ꝙ filiæ naſcituræ ex vno ex filijs Lucij de Loffredo eius nepotis nominando per Andream de Loffredo patrem eiuſdem Lucij eſsēt comprehenſæ in dicto Monte; inde mortuo D.Andrea, nulla facta electione de filio, cuius filiæ deberent gaudere, ſic poſtmodum mortuo Mario eius filio, & hærede abſq; nominatione, ſuperſtita ipſa Portia eius forore vtrinque coniuncta, & hærede vti filia, & eius hæres per intermediā perſonam D.Marij, & petijt declarari eius filias ortas ab ea vna ex filijs dicti Lucij eſſe comprehenſas in Monte prædicto, vti expreſsè vocatas à teſtatrice, & proinde gaudere maritagijs, honoribus, & prærogatiuis quibus aliæ comprehenſæ in Monte gaudent. Et pro fundamento ſuæ intentionis dicebatur, ex quo d. Andreas qui facultatem habebat nominandi, obijt non facta nominatione, & pariter Marius citra dubium ad ipsā Portiam ſpectare videbatur nominatio, cum hoc ius eligendi tranſeat ad hæredem, ad tex.in l.ſi ſtipulatus fuerim 76.ff.de verb.obl.l.illud, aut illud ff.de opt.leg.vbi Bar.& Alb. §.optionis inſt.de leg. Alex.in l.ſi ſic 78. nu. 23.ff.de leg.j.Pariſ.cōſ.36.n.42. vol. 2.Burg.de Pax in l.1. Tauri nu. 430. & ſeq.Thob.Non.cōſ.14.n.16.Curt. Iun.conſ.4. ante nu.8. Molſ. in tract. de vlt.volunt.c.5.n.123. quamquam obſtare videatur tex. in l. inter ſtipulantem §.ſtichum ff.de verb.oblig.ad huc tex. procedit in facultate declarandi,

P randi,

Digitized by Google

randi, quæ cum arbitrio defuncti dependeat, nõ tranſit ad hæredem, quod ſecus erit in habente facultatem eligendi, nam ea non facta, hæres eliget, prout ita diſtinguendo reſpondit Burg. d. nu. 431. poſt Iaſ. in d. l. ſi ſtipulatus fuerim nu. 3. verſ. limita iſtud, ſed dato, quod hoc ius ad hæredes nõ tranſiret, ipſę namq; filiæ Portiæ tamquã veræ ex vna ex filiabus dicti Lucij electione nõ facta nominandi oẽs veniunt, ad tex. in l. cum quidam 24. & l. vnum ex familia 69. §. rogo ff. de leg. 2. Bar. in d. l. cum quidam in prin. & in l. arbitrium num. 11. ff. de leg. 2. Bal. in d. l. cum quidam num. 5. verſ. tertio opponitur, Alber. in d. l. vnum ex familia §. rogo in princ. vbi Caſtr. nu. 1. Maur. Iun. in alleg. 66. nu. 4. & alleg. 67. nu. 1. vbi in ſpecie loquitur in donatione facta vni ex fratribus quem pater elegit, & conſuluit, quod nõ facta electione per patrem, omnes ad donationem debere admicti, & ſic in terminis caſus noſtri Gomeſ. in l. 40. Tauri nu. 48. & 49. Molin. de primog. Hiſp. lib. 2. c. 4. nu. 41. Reg. de Pont. conſ. 109. nu. 6. vol. 2. Fuit tandem cauſa allegata tranſactione finita, & actrix conſequuta fuit duo maritagia pro eius filiabus duc. 10. mil. ſub patrocinio Io. Franciſci Vitaliani mei conſobrini I.C. benemeriti, de hoc anno 1631.

Thoro.

## SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia ſuper re vendita an excludat lapſum temporis ad petendum reſtitutionem in integrum.*

2 *Litis pendentia an impediat retractum rei vendita.*

3 *Retractus rei litigioſa ſicuti ſub conditione, vel pacto de retrouendendo an admictatur, & quid in venditione pura reſoluenda ſub pacto nu. 4.*

5 *Tempus retrahendi à die venditionis currit, licet reſolui poſſit.*

6 *Tex. in l. contra minores C. de inoff. teſt. qualiter procedat.*

7 *Tempus retrahendi currit à die traditionis, non venditionis.*

8 *Venditio perfecta non dicitur ante traditionem.*

9 *Deciſio S.C. refertur an lite pendente ſit licitũ intentare retractum.*

10 *Deciſio contra Vniuerſitates non petentes demanium intra tempus præfixum, vt ſint excluſæ, licet per viam reſtitutionis in integrum venirent.*

## PRO ILL. MARCHIONE MARILIANI in cauſa Demanij.

### ALLEGATIO XXXV.

1 Quia per partem aduerſam præcipuum conſtituitur fundamentum in litis pendentia ſuper re vendita ad excludendum lapſum temporis ad petendam reſtitutionem in integrum, argum. l. contra maiores C. de inoffic. teſtam. l. quandiu C. qui admict. l. quod debetur ff. de pecul. & traditorum per Cynum, Baldum, & Salycetum in d. l. contra maiores; Pro reſolutione animaduerto, quod verum non eſt, legitimum eſſe impedimentum litis pendentiam ſuper re vendita, cum ipſius traditio emptori facta fuit, vt in caſu de quo agitur, ſed tempus litis pendentiæ retrahenti currere debet.

Primò, nam verum eſt, & omnes conſentiunt, hoc tempore durante poſſe retrahentem ſuo iure vti, cum litis pen-
2 dentia alienationem neceſſariam, & à lege permiſſam non impediat, vt ſcripſit Affliſt. in Conſt. Regni eorum fraudibus
3 num. 193. & ſic rem retrahere cum onere litis, prout rem ſub conditione, vel ſub pacto de retrouendendo venditã retrahi poſſe tenuerunt, primùm Guido Pap. in dec. 257. & Affl. in dec. 338. ſecundum Napod. in Conſuet. ſi quis emit in in verb. emit nu. 8. fol. mihi 328. in nouis Conſuet. ſi poteſt ſuo iure vti, ergo tempus ei currere debet, argum. l. 1. §. ſi. cum concor. C. de ann. excep.

Secũdo, ꝓ eadẽ opinione aſſertur alia

ra-

ratio, in venditione purè celebrata, licet
4 ſub pacto reſolutiuo, vel legis commiſſoriæ, vel adictionis in diē, vt quandoq; ſit, teſte Iureconſulto in l. 2. ff. de leg. com miſſ. & l. 2. de in diem addic. tēpus retrahendi à die venditionis currit, licet ven-
5 ditio reſolui poſſit, vt exiſtimauit Tiraq. in tit. de retract. lign. §. 1. in glo. 10. nu. 55. fol. mihi 278. & in tit. ſeq. de retract. conuent. in §. 2 nu. 60. fol mihi 890. quemadmodum, & in venditione ſub pacto de retrouendendo celebrata, tempus retrahendi à die venditionis, nō autem à die elapſi pacti computari, latiſſimè tradit Tiraq. in d. tit. de retract. conuen. §. 2. per tot. maximè nu. 34. & Affl. in alleg. deciſ. 338. nu. 9. ſicut ergo in prædictis caſibus tempus currit à die venditionis, & traditionis, & non attenditur quod contractus reſolui poſſit, & ſic non conſideratur dubius futurus euentus, ita & in caſu de quo agitur, non debet dubius litis euentus, ſine litis pendentia excuſationē tribuere, quæ maximè obtinere debent, cū retrahens tractet de priuilegio vtendo aduerſus regulam l. dudum C. de contrah. empt.

Non obſtant in contrarium adducta, & primo l. contra maiores, nam ideo ibi
6 tempus quinquennij querelæ inofficioſi teſtamenti intentandæ præfinitum non currit, quia iudicium dictæ querelæ cōtrarium propoſitum fuerat, videlicet, in validitatem teſtamenti reſpiciens, querela verò ipſius validitatem præſupponit, vt ibi Paul. de Caſt. num. 2. declarat; accedat etiam Iaſ. ibi nu. 4. declaratio, q̄ ideo tempus querelæ non currere declarat, quia exhæredatus non valebat eam intentare; nam donec diſceptatur de validitate teſtamenti, non poteſt ſcriptus hæres hæreditatem adire, tamquam dubius de viribus teſtamenti; ſed querela non datur, niſi per ſcriptum hæredem hæreditas adita ſit, non mirum, ſi non currit, & ſic tex. ſe fundat in potentia iuris exercendi, ob cauſas prædictas, quæ impotentia hic ceſſat (vt ſupra diximus) ergo non ſolum non obſtat, imò potius retorquetur, minus etiam obſtat l. quandiu, cum & ille tex. in impotentia volentis bonorum poſſeſſionē agnoſcere propter probabilem facti ignorātiam ſe fundet, & ſic etiam non obſtat, imò retorquetur.

Nec ēt refragatur tex. in l. q̄ debetur, ex quo videtur argumentum colligi, q̄ retrahens cogi non debeat infra tēpus litis pendentiæ retrahere, cū non cenſeatur venditio ad eius perfectā notitiam perueniſſe, ex quo in ſe non eſt certa, ſed dubia, propter dubium litis euentum.

Nam dicimus, dubiū futurum euentū in terminis retractus, de quibus agimus non eſſe conſiderandū, vt patet ex ſupra dictis, tex. verò ille in alijs terminis ſibi locū vendicat; præterea ideo ibi Dn̄s de peculio conuentus ſoluere non tenetur, quia creditum ſerui non cōſequitur, ſed tm̄ actionem habet, ſed hic retrahēs rem conſequitur pro qua pretium ſoluit, & licet eam conſequatur litigioſam; nihilominus pretiū ab eo ſolutum ex natura contractus ei ſaluum permanet, deniq; ibi non modo dubius litis euentus ponderatur, ſed & aliæ rationes in caſu noſtro nō militantes redduntur, & ſic perperam allegatus.

Vltimò, non obſtat doctr. DD. ſupra alleg. nam ipſi loquuntur, quando traditio rei venditæ emptori facta non fuit, & venditor tradere recuſabat, quo caſu mirū non eſt, ſi tēpus non currit, cū tempus retrahendi à die traditionis currat,
7 non à die venditionis, vt dixit Io. Fab. in §. 1. inſt. de emp. & vend. quia perfecta vē
8 ditio nō dicitur ante traditionem §. venditę inſt. de rer. diuiſ. cap. cum Ioānes in princ. de fid. inſtr. Bal. in tract. prothom. col. pen. verſ. 11. q̄a non cōſtat, & Caſſan. de retr. lign. §. 1. in verſ. vendit in princ. eand. ſententiam amplectit N. eam reddens rationem, quia res venditæ, nec manū, nec dominium mutauit, ſecus eſt, ergo vbi traditio facta fuit, vt in caſu noſtro. Præterea & ſi generaliter prædicti DD. hoc ſentirēt (q̄ negamus) ex prædictis patet, eos nō rectè loqui, & cū iſte
9 articulus fuiſſet diſcuſſus in cauſa Regij demanij inter Terras Salæ, & Atenæ, & Ill. Comitem Murconi; fuit pro Comite iudicatum.

10 *Die 21. Iulij 1581. in Collaterali Conſilio coram Illuſtriſſimo D. Ioanne Zunica Commendatore maiore Caſtella Vicerege. Fuit concluſum non eſſe procedendum, neque Vniuerſitatem eſſe audiendam.*

*Iudices Domini Franciſcus Antonius David Commiſſarius, Marcellus de Mauro, Ioannes Martinez, Fabritius Villanus Præſidentes, Franciſcus Aluarez de Ribera Locumtenens, Salazar, Derocha, & Ego Regentes; & Ego feci.*

*feci fidem, quod quando cœptum fuit admittere Vniuerſitates, fuit ex quadam pia conſideratione, non quod de iure eis competeret, & hoc fuerat, quando Domino Proregi, vel Tribunali videretur, & quod eſſet permittendum, ſi tunc declararent, abſq. reſtitutione in integrum, & ideo tempore rebellionis Principis Salerni; fuit deſtinatus Michael Ioannes Gomez Præſidens per Terras illius ſtatus, quod Regia Curia illas intendebat vendere, quod peterent demanium, & quia non petierunt, fuerunt excluſæ, vt in Terra Noya, & in Terra Paula, & alijs.*

ADDITIO.

Concernentia materiam huius deciſionis congerit Reg. Rouit. in prag, 64. nu. 12. de offic. Procur. Cæſ. de hac eadem deciſione meminit Regens de Curte in ſuo diuerſ. feu. §. licet autem veriſſima nu. 61. fo. 10. vbi in anteced. num. 57. dixit contrarium fuiſſe deciſum, nam fuit admiſſa vniuerſitas elapſo anno per viam reſtitutionis in integrum ad demanium, de qua etiam memor fui in 1. par. noſtri Compendij verbo reſtitutio, quamuis poſtea promulgata ſit Pragm. Excell. Comitis Mirandæ, vt nullatenus vniuerſitates amplius admittātur ad petitionem demanij elapſo anno per viam reſtitutionis in integrum, de qua memores ſunt D. Regens de Curte vbi ſup. nu. 58. & Conſil. de Georg. allegat. 7. nu. 26. quæ eſt ſituata in Prag, 64. §. 1. & 5. de off. Procu. Cæſ. vbi latè Reg. Roui. cætera verò pertinentia ad hanc materiam demanij diſcutit præfatus Reg. de Curt. vbi ſupra per tot. & idem Reg. Roui. eod. loc. ibique etiam agit, ſi poſſit reſtringi tempus vnius anni ad petendum demanium nu. 6. & ſeq. cui erit inhærendum in prædictis, quamquam in materia prædicta aliqua diſcutit Reg. Moles in ſuo tract. manuſcripto de Regal. Reg. Neap. tit. de iur. deuol. ar. 12. q. 2. qui in fi. vltimi cap. quæſtionem ad propoſitum adduxit, ſi poſſit fieri præceptū Vniuerſitati petenti demanium, vt infra tot dies faceret depoſitum pretij capitalis, & intereſſe, alias elapſo tempore imponatur ſilētium, & refert deciſum per R. C. affirmatiuè in cauſa Celeberrimi I. C. Fabij Marcheſij, cū Ciuitate Literarum; & iterum in cauſa Hieronymi Xarquez, cum Ciuitate Lauriæ, eo Commiſſario exiſtente, p tex. in cap. conſtitutus in fi. de relig. dom. & alijs ibi adductis. Et inſuper an Vniuerſitas teneatur ad ſolutionem pretij, ac illius intereſſe competentis ſuper fructibus medio tempore perceptis, quando fuerit admiſſa ad demanium, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Io. Baptiſtæ Serſalis, cū Vniuerſitate Salæ; & in cauſa Comitis Murconi cum Vniuerſitate Arenæ, refert Reg. Moles, eodem loc. q. 1. vbi in ſequenti quæſt. refert deciſum fuiſſe per Coll. Conſil. in cauſa Ill. Comitis Altauillæ cum Ciuitate Troiæ contra ipſam Vniuerſitatē, quæ dum petierat demanium, ad quod fuerat admiſſa, & venditor ante impetrationem aſſenſus reuocauerat venditionem vigore Cōſt. Conſtit. diu. mem. die 7. Iulij 1570. & inde in ſequenti quæſt. pariter retulit difficultatum, ſi actio detur pro demanio Vniuerſitati, ſtante pacto de retro uendendo, ac etiam interueniente ſimulatione cōtractuū, refert deciſum contra Vniuerſitatem del Ziro, cum Magn. Petro Antonio Abenante venditore, & Ill. Antonio de Auria, die 3. Decemb. 1567. ſed quæſtio reſoluta apparet per Reg. Prag. Comitis Mirandæ, de anno 1588. die 13. Ianuarij præfigentem terminum Vniuerſitatibus anni vnius, ad petendum demanium.

Thoro.

*SVMMARIVM.*

1 *Nobilitas an inducatur, quando Princeps ſcribit aliquem Nobilem appellando.*
2 *Tex. in clemen. ſi Summus Pontifex de ſentent. excommun. procedit in beneficialibus, & num. 9.*
3 *Princeps nominando aliquem titulo dignitatis, quid tribuat.*
4 *Verba prolata, quæ præſupponunt aliud, nihil diſponunt in eo, quod ſupponunt.*
5 *Verba narratiua non diſponunt.*
6 *Iura canonica ad ciuiles quæſtiones extenduntur.*
7 *Tex. in clem. 1. de prob. habet locum etiam in principibus laicis.*
8 *Princeps reſcribendo Vniuerſitati, vti vniuerſitati, eam vniuerſitatem conſtituit.*
10 *Aliud eſt diſponere, & aliud enunciare.*
11 *Clauſula, ex certa ſcientia, & motu proprio in priuilegijs non retrotrahuntur.*
12 *Reſcriptum Papæ, vel Principis quando appellat aliquem nobilem, an valeat.*
13 *Filiatio an oriatur ex nominatione patris, vel reſcriptum.*
14 *Subſequens præſupponit antecedens.*
15 *Princeps nominando nobilem, licet ad alium actum, an videatur illum nobilem facere.*
16 *Princeps non præſumitur facere ea, quæ non ſolet facere ordinariè ſub generalitate verborum ſcribendo.*
17 *Diſponere an videatur Princeps enunciando.*
18 *Verba enunciatiua quando diſponũt, maximè quando per aliud fuerint emiſſa, nu. 19. & 20.*
21 *Aret. conſ. 23. declaratur.*
22 *Priuilegium diſpoſitiuè loquens, alter enunciatiuè, quorum erit attendendum.*
23 *Verba enunciatiua an conſtituant in quaſi poſſeſſione dignitatis, & qualiter procedat, nu. 25.*
24 *Verba enunciatiua an tribuant ius.*
26 *Verba narratiua non inducunt præſumptionem.*
27 *Error in Principe facillimè præſumitur.*
28 *Quaſi poſſeſſio nobilitatis ex nominatione, an in petitorio producatur.*
29 *Quaſi poſſeſſio cuius reſpectu inducitur.*
30 *Verba enunciatiuè prolata factum alienum cõplectentia, ex ignorantia prolata videntur, an in illis fundatur intentio priuilegij num. 31. aut dubitari contingat principaliter, nu. 32.*
33 *Antiquitas non efficit, ſed adiuuat probationem.*
34 *Antiquitas idem operatur quod fama.*
35 *Verba aſſertiua ſonant in plus, quam narratiua.*
36 *Verba enunciatiuè prolata quando ſunt in præludijs diſpoſitionis, quid operentur.*
36 *Tempus centum annorum de neceſſitate requiritur ad probationem antiquitatis.*
37 *Conſanguinitas qualiter probari debeat.*
38 *Probatio nobilitatis in actu nõ eſt difficilis probationis.*
39 *Sententia præiudicialis dicitur quando de magno ageretur præiudicio, vel de dominio ageretur, num. 40. aut de poſſeſſione ex qua infertur dominium, nu. 41.*
42 *Sedilia quare introducta fuere.*
43 *Præiudiciũ quãdo toti Ciuitati infertur ex admiſſione ad Sedilia.*
44 *Intereſſe quonam cauſatur ex admiſſione ad nobilitatem.*
45 *Enunciatio facta propter aliud, nullam probationem, aut præſumptionem facit.*
46 *Antiquitas adiuuat probationem.*
47 *Enunciationes plures exiguntur in antiquis?*
48 *Teſtes duo non ſufficiunt ad probandam famam.*
49 *Confeſſiones inſtrumentorum in antiquis æquiparantur teſtibus.*
50 *Teſtes affines humiles, & ignota, non admittuntur.*
51 *Suſpictio eſt contra eum, qui teſtes magis ſibi amicos fecit examinare, vbi alios poterat habere.*
52 *Teſtes de auditu non dicentes à quo, non probant, ſimiliter ſi non dixerint à quo tempore, nu. 53.*
54 *Teſtis diſcordans à principali, non valet.*
55 *Teſtis in aliquo deficiens in eius dicto, non probat.*
56 *Exceptio maior requiritur in teſte de auditu.*
57 *Teſtes facilè reperiuntur, qui dicant ſic, & ſic audiuiſſe.*
58 *Depoſitio teſtis qualificatis præponderat depoſitioni aliorum.*
59 *Teſtes domeſtici in antiquis non admittuntur.*
60 *Teſtes de credulitate an probent.*
61 *Copia recens de antiquo originali an probet?*
62 *Probationes, & indicia debent eſſe concludentes in genere ſuo.*
63 *Inueriſimilitudo falſitatis eſt imago.*
64 *Argumentum à communiter accidentibus præſumptiuè concludit.*
65 *Probatio validior requiritur in antiquis.*
66 *Probatio qualibet leuis ſufficit in antiquis.*
67 *Probatio in antiquis præſumptiua, & ſpecialis, excluditur quando obſtant aliæ præſumptiones inuicem.*

68 *Iudicis mens debet moueri ad credendum.*
69 *Probatio indemnitatis eſt de ſubſtantia, quia non præſumitur.*
70 *Antiqua probatio in antiquis non probat ſola.*
71 *Nominatio quando conſtituit ſolum in poſſeſſione.*
72 *Poſſeſſio non ſufficit vbi ex ea infertur ad dominium iuris alicuius, quod limitatur in probanda affinitate, nu. 73.*
74 *Priuilegium per non vſum decennij amittitur.*
75 *Ius adeundi præſcribitur, quamuis conſiſtet in facultate.*
76 *Actiones omnes tolluntur ſpatio 30. vel 40. annorum.*
77 *Præſcriptio actionis quando oritur.*
78 *Veriſimile non eſt, tandiu abſtinuiſſe ſi non fuiſſent ſaltim ſuſpicati, ſe potuiſſe repelli.*
79 *Confiteri pars videtur dicta teſtium ab ea productorum.*
80 *Ignorantia debet eſſe probabilis, & iuſta, non tamen ſupina.*
81 *Ignorantia non excuſat, quando quis ſcit aliquid ad ſe pertinere, licet neſciat per alium prohiberi.*
82 *Poſſeſſio ciuilis amittitur ſi longo tempore non adipiſcatur.*
83 *Deciſio Sac. Conſ. refertur in caſu præmiſſo.*

## IN CAVSA PLATEAE CAPVANAE, contra Nobiles de Morra.

## ALLEGATIO XXXVI.

COlligendo reliquias poſt ſcripta Domini Marci Antonij Caraccioli, vt firma remaneat concluſio quod per duo priuilegia Nobilium de Morra, in quibus enunciantur Franciſcus, & Iacobus de Morra Nobiles de Platea, ſeu Sedile Capuanæ, non ſit inducta Nobilitas prędicta, nec inducta probetur.

Diſtinguo, vt per Oldr. in ſimili conſ. 258. ꝙ aut iſti Nobiles de Morra fundant nobilitatem dicti Sedilis ad ipſos ſpectare, virtute dictorum priuilegiorum per viam diſpoſitionis, ſeu conceſſionis inductæ per illa verba Regum enunciantium ipſos eſſe Nobiles de Sedili, aut per viā probationis reſultantis ex verbis narratiuis, ſeu aſſertiuis dictorum Priuilegiorum. Primo caſu obſtat illis in indiuiduo tex. iam allegatus in clem. ſi ſummus de ſent. excom. vltra quem tex. in
1 terminis, quod non inducatur Nobilitas quando Princeps ſcribit, al iquem nobilem appellando, etiam in priuilegio, tenuit Paul. Caſtr. conſ. 125. dubitatur col. 4. verſ. quinto quæritur lib. 2. quem refert Præpoſ. Alexa. in cap. per venerabilem §. vlt. car. antepenul. verſ. ſed quid ſi Comes ext. qui fil. ſint legi. & Tiraq. in tract. nobilitatis c. 6. nu. 24. Abb. in cap. p tuas nu. 7. de prob. Aret. notabiliter in conſ. 23. 2. dub. col. 2. Crauet. in tract. de antiq. p. 1. in ver. ampliatur nu. 30. & 31. car. mihi 33.

Non obſtant modo, quæ in contrarium adduci potuiſſent: & primò, quod dicta clem. ſi ſummus, non loquatur niſi in beneficialibus, & ſic in materia odioſa propter intruſiones, quia licet hæc ratio nō
2 minus fortè in caſu noſtro militaret, quam in beneficialibus; Tamen ratio finalis illius tex. non eſt iſta, ſed alia ratio apparet ſcripta in tex. ipſo, dum ait, ꝙ licet Princeps nominet aliquem titulo
3 dignitatis, per hoc nihil noui iuris ei tribuit, cum non intendat diſponere, ſed enunciare, vt per Imol. in d. clem. colum. penul. verſ. glo. non intelligitur. & fuit opin. Mat. idem Fely. in cap. nonnulli col. 21. verſ. tertio ext. de reſcrip. Alex. conſil. 126. col. 2. verſ. ſecundo confirmo volu. 5. dum allegat deciſ. Rotæ in antiq. 309. di-
4 centem, quod verba prolata, quę pręſupponunt aliud, nil diſponunt in eo, quod ſupponunt, idem videtur ſentire Aret. in d. conſ. 23. col. 3. verſ. præterea, faciunt ad propoſitum plenè allegata per *DD.* & tex. in l. Publia in fi. ff. depoſ. cum not. in l. non nudis, & l. non epiſtolis C. de prob. facit glo. ſingul. in l. vnica C. quando non
5 pete. par, quod etiam in legibus verba narratiua non diſponunt, & Bal. in l. ſi voluntate C. de fideicom. liber. quod quando enunciatio non conſiſtit in ſe ipſa, tunc eſt quoddam dictum, & non diſpoſitum, l. ſciendum §. dictum ff. de ędil. edicum ſimil. meritò cum contraria ratio ſit potius impulſiua: hæc verò finalis, & ſcripta in lege, debet hæc præualere, & militare etiam in caſu noſtro, vbi eadem
6 eſt ratio, nec eſt nouum, quod iura canonica inducantur ad quæſtiones ciuiles, vt not. in c. 1. de nou. oper. nunc. per tex. in auth. de eccleſiaſt. tit. in princ. faciunt dicta



Digitized by Google

ĉta per Aym.in d.tract.par.1.in ver.propoſitum nu.3.& 6. dum tenet in hac materia enunciationis, q clem.1. de prob.
7 habeat locum etiam in Principibus laicis,per allegata per eum. Secundo, non obſtat,quod de iure ciuili contrarium videtur diſponi,dum dicitur,quod quando Princeps ſcribit alicui Vniuerſitati,
8 vt vniuerſitati,videtur eam creare vniuerſitatem, vt per Bar. in extrauag.qui ſint rebell. in verb.Lombardiæ, & in l.fi. ff.de colleg.illic.col.2. quia reſpõdetur, Primo,quod Bar.nihil allegat de iure ciuili,ſed tantum allegat Innoc. in cap.cũ ab eccleſiarum ext.de off.ord. qui ſimiliter non allegat,niſi iura canonica, de quo iure contrarium in indiuiduo reperitur diſpoſitum, per d.clem. ſi Summus Pontifex de ſent.excom. & ad allegata
9 per Innoc. & ſimilia iura, quæ videntur eſſe contraria diſpoſitioni, tex. in dicta clem.ſi Summus, dantur plures reſponſiones, & declarationes, quod loquatur in diuerſis caſibus,per DD. varijs in locis,& Card.in d.clem. verſ. tertio oppo, dat ſolutiones iſtas, quod dictum Innoc. procedat,quando Princeps ſcribit iudicialiter,vel ex animo, & ex animo probandi; item quando ſcribit conſultò, nõ incidenter; vt in caſu noſtro, quia aliud
10 eſt diſponere, aliud enunciare, vt dicit Imol.idem ſentiendo in d.clem. verſ.glo. non intelligitur col.penul. Aret. in dicto conſ.23.col.3.verſ.præterea, dat aliam ſolutionem,ſecũdum Petrum in d. clem. ſi Summus,quod contraria debent intelligi,& clarè Innoc.ponit caſum in d.cap. cum ab eccleſiarum, quãdo Princeps ex certa ſcientia ſcribit,quod non eſt in caſu noſtro; licet enim clauſula, ex certa ſcientia,& motu proprio ſint in priuilegijs dictorũ Nobilium de Morra, tamen non ſunt in principio,vbi fit dicta enunciatio,ſed multo poſt in diſpoſitione,vndè dictæ clauſulæ nõ retrotrahuntur ad
11 principium,arg.not. in clem.1. de præb. cum ſimil.allegatis per Curt. Iun.cõſ.3. in princ.Præterea datur alia reſponſio,q
12 quando Princeps ſcribit vniuerſitati vt vniuerſitati,vel Papa ſcribit Monaco,vel in dignitate conſtituto, vt reſcriptum ſit validum,appellãdo eum talem,iux.gl.in cap.cum olim lo 2.de priuil.vel quando
13 pater ſcribit filio in actu,vbi filiatio requiritur, vt per Bar.in l.quod Senatus ff. de lib.agnoſ.cum ſimil. tunc ſequi videtur approbatio, diſpenſatio, vel filiatio tamquam antecedens,neceſſarium ad ip
14 ſum enunciatum, arg.tex.in l. ad rem mobilem, & l.ad legatum ff. de procur. quæ iura ad hoc allegat Alex. conſ.126. colu.2.volu.5.ſecus vbi Princeps ſcribit
15 nominando aliquem nomine dignitatis, quę non erat neceſſaria ad illum actum, ita in terminis tenet Gemin.in cap.ſi Papa §.fi.in fi.de priuil.lib.6.meritò non videtur Princeps per generalitatem verborum aliquid concedere,quod non ſolet,maxime in iſtis pręfationibus,quibus nihil eſt mendoſius, vt apparet ex alijs priuilegijs præſentatis per eoſdem de Morra,vbi ab eiſdem Regibus eædem perſonæ non nominantur Nobiles de Sedili,& dicunt DD. quod ſub generalitate verborum nõ præſumitur Princeps facere ea, quæ non ſolet facere ordinariè,Innoc.in cap.innotuit ext.de elect.&
16 in cap. dudum de decim. Bal. in cap. 1. 6.col.hic finit lex,vbi pulchrè loqtur, & Ang.in l.benè à Zenone C.de quatr.pręſcrip.cum ſimil.Tertio,non obſtat,quod
17 ſumus in actu, quod pendebat à voluntate Principis, quo caſu enunciando videtur diſponere,vt not.in auth.ſi quis in aliquo C. de eden. quia hoc limitat potius quam ampliat concluſionem iſtam, vt quando verba enunciatiua diſponunt,
18 ita demum diſponant,cùm pẽdent à voluntate, & poteſtate narrantis, vt per Crauet.in d.tract.1.par.in verb.propoſitum num.63.verſ. adde car. 27. Sed hic iam fuit dictum,quod non diſponunt,niſi cum requiſitis,de quibus ſupra,quando videlicet, enunciatio non eſſet propter aliud,vel in actu congruenti,vel quando
19 Princeps procederet motu proprio, cũ ſimilib.& ita intelligit Gemi. in d.cap.ſi Papa in 1.not.Card.in d.clem.ſi Summus in 3.oppoſ. Ratio eſt clara, quia ſi non diſponunt expreſsè,non poſſunt diſponere tacitè,& per viam præſumptæ voluntatis;vbi enim nulla datur voluntas,poteſtas nihil operatur, alias ad nihilum ſeruiret ratio tex.in d. clem. ſi Summus;
20 præterea hoc intelligitur in actu, qui tunc fieri poterat,vel congruebat, quando enunciatur, vt per Bar.in l.ſciendum ff. de verbor.obliga.ſecus quando enunciatio fit de actu, velut prius geſto, vel quod non erat neceſſarium geri tempore enunciationis, faciunt allegata per Oldr.conſ.288.num.3.& 4.vbi apparet

Digitized by Google

ret in caſibus ibi congeſtis, qui non ſem per quando enunciatum pendet à volũtate, & poteſtate narrantis ſortitur diſpoſitionis effectum; ſed tunc demum quando concurrunt requiſita, de quibus ſupra; Præterea in caſu noſtro datur re-
21 ſponſum, vt per Aret. in d. conſ. 23. verſ. nec obſtat, quod tollit omnem difficultatem, dicit enim Aret. quod ſicut Princeps enuncians potuit creare nouam dignitatem, ita & prædeceſſor ſuus; vnde ratione incertitudinis, remanet diſpoſitio æquiuoca, & incerta, vt ibi per eum; hic igitur ſunt duo Priuilegia, in quibus pariter enunciantur Nobiles de dicto Sedili Franciſcus, & Iacobus de Morra; ſi igitur Primo diſponunt verba iſta in perſona Franciſci, nõ opus erat, quod
22 ſecundo diſponerent in perſona Iacobi eius filij; Nec dicatur, quod in primo priuilegio intelligitur diſpoſitiuè, in ſecundo enunciatiuè, quia iſta ratio põt conuerti, meritò gratia æquiuocationis, & incertitudinis confunditur, quia cum incertum ſit, quodnam duorum priuilegiorum diſpoſitiuè loquatur, neutrũ ſic debet intelligi, argum. tex. in l. duo ſunt Titij ff. de teſt. tut. l. quoties ff. de vſufr.
23 Quarto non obſtat ſi dicatur, quod ſaltim iſtæ enunciationes conſtituunt perſonas enunciatas in quaſi poſſeſſione dignitatis enunciatæ, quia primo iſtud reprobatur per Card. in dicta clem. ſi Summus in 5. oppoſ. Imol. ibid. colum. 2. in fi.
24 dũ dicunt in terminis, quod dictæ enunnunciationes, ſeu aſſertiones nõ tribuũt ius, nec quoad proprietatem, nec quoad poſſeſſionem, Abb. in cap. per tuas nu. 7. de prob. contrarium procedit in priua-
25 to, qui narrando, vel confitendo aliquid in ſui præiudicium, videtur aduerſariũ conſtituere in dicta quaſi poſſeſſione, & hoc etiam in actu non indifferenti, ſed proportionabili dictæ enunciationi, iux. not. per Bal. in l. quod Senatus ff. de lib. agnoſ. ſentit Aret. in conſ. 23. col. 4. verſ. obſtat in fi. dum reſpondet ad hoc motiuum poſſeſſionis, Crauet. in d. tract. ver. proponitur nu. 51. car. 25. Gemi. in cap. ſi Papa in fi. de priuil. lib. 6. ſecus in Princi-
26 pe, in quo talia verba narratiua non inducunt nec etiam præſumptionem, vt tenet Crauet. in d. verb. propoſitum nu. 18. rationem diuerſitatis allegat in Princi-
27 pe, quia facilius in eo præſumitur error, & ita dicit magis eſſe communem opinionem ex conſ. Socci. 20. col. 5. inter cõſilia Curt. Sen. vt per eundem nu. 9. quando agitur de re non leuis præiudicij, vt in caſu noſtro infra fundabo. Secundò reſpondetur, in caſu noſtro non prodeſſe
28 poſſeſſionem ad probandum dominium, ſeu quaſi dictæ Nobilitatis, quia cũ principaliter deducatur in hoc iudicio petitorio, non ſufficit quaſi poſſeſſio, per not. per Bar. in l. quidam in ſuo ff. de cond. inſt. facit Bal. in cap. cum cauſam num. 6. de prob. dum ait, quod iſta non proſunt
29 ad intentionem fundandam, & quaſi poſſeſſio iſta fuiſſet acquiſita reſpectu concedentis, non reſpectũ tertij, argum. tex. in l. ad probationem C. locati, vbi Bal. Præterea ad effectus iſtos producendos deficiunt alia requiſita, quia non ſolum
30 debent eſſe verba enunciatiua propter ſe prolata, & non propter aliud, ſed etiã non debent eſſe facti alieni, & in quo præſumatur ignorantia Principis, vt p Aret. in d. conſ. 23. Item quod in illis ſundetur
31 intentio priuilegij, vt per glo. in clem. literis, & per Oldr. in conſ. 258. col. 2. nu. 4. Item quod de illis non contingat du-
32 bitari principaliter, & cum alio, vt per Butr. in cap. illud de præſump. in 4. not. quæ omnia ceſſant in caſu noſtro. Vltimò non obſtat, ſi dicatur, quod iſtæ cõſiderationes, & limitationes non habent locum in antiquis, prout præſupponitur ex aduerſo, quia dato, quod eſſemus in antiquis (vt infra diſcutiam) tamen hoc non procederet niſi in vim probationis, non in vim diſpoſitionis; Antiquitas .n. non operatur circa ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantum probationem ipſius ſupplet, & credibiliorem facit, quod nullum eſt igitur diſpoſitum, ſuppleri non poteſt, quia antiquitas nõ efficit, ſed ad-
33 iuuat probationem, dicit Corn. conſ. 19. col. fi. lib. 2. Dec. conſ. 36. num. 8. & dicta per Aymo. in d. tract. in verb. ampliatur num. 26. & 27. quod videtur ſentire in terminis Alex. conſ. 15. col. 2. in fi. vol. 5. dum præſupponit, quod quando verba narratiua Principis non habent requiſita, de quibus ſupra, tunc etiam in antiquis nihil operantur, niſi quod faciant qualem qualem præſumptionem, & ſic videtur ſentire, quod non diſponunt, licet dicat:
34 quod operentur idem, quod fama, quæ in antiquis probat, de cuius dicti veritate, etiam quoad probationem, infra dicã, quia Alex. fuit ſibi contrarius, vel debet intel-

intelligi, prout in alijs conſilijs loquitur, vbi requirit plures enunciationes ad cõſtituendum famam prædictam, meritò per viam diſpoſitionis, dicta priuilegia non obſtant, ex ſupradictis.

Secundo caſu principali, an per iſta verba aſſertiua, ſeu narratiua dictorum priuilegiorum, dicta Nobilitas inducta probetur, plura erunt diſcutienda. Primò, an ſint verba aſſertiua, an narratiua, & quod genus narratiuorum. Secundò, an ſimus in antiquis, & in materia difficilis probationis. Tertiò, an ſimus in materia parui, vel magni præiudicij, & in qua tractetur de intereſſe tertij. Quartò, an vnica tantum enunciatio dictorũ priuilegiorum ſit efficax, an vtraque, & an binæ ſufficiant in caſu iſto, & quæ ratio ſit habenda de alijs probationibus in proceſſu factis. Quintò, an ſit probata filiatio, ſeu deſcendentia actorum ab illis, qui enunciantur Nobiles de Sedili. Vltimò, an ſit præſcripta actio, in qua fundatur præſens iudicium?

Quoad primum dico, parum referre vtrum iſta verba priuilegiorum ſint aſſertiua, vel narratiua, licet enim aſſertiua ſonet in plus, quam narratiua, vt per Oldr. d. conſ. 258. col. 1. verſ. ſecundo modo, tamen quando non diſponunt, quia ſunt incidenter emiſſa, idem important,
35 quod narratiua, vt Oldr. ibid. verſ. idem videtur, Crauet. in d. tract. par. 1. verb. ampliatur num. 30. Meritò cum hic non aſſerant iſta priuilegia principaliter iſtos eſſe Nobiles de Sedili; ſed incidẽter narrent, non diſponendo ſuper nobilitate, nec ſuper actu ad ipſam neceſſario, imò indifferenti, verba erunt tantum narratiua, & propter aliud incidenter emiſſa, in quibus non fundatur intentio diſponentis; nam in primo priuilegio Ladiſlai, vbi Franciſcus de Morra enunciatur Nobilis de Platea Capuanæ, creatur Capitaneus Terræ Catanzarij, & hæc eſt diſpoſitio principalis illius priuilegij, ad quam non erat neceſſaria Nobilitas Plateæ Capuanæ, vt apparet ex eodem priuilegio, in quo fit mentio de prædeceſſore officiali eiuſdem Terræ, qui non erat Nobilis Plateæ Capuanæ, vel ſaltim non erat opus, quod eſſet de Platea Capuanæ, pluſquam aliarum platearum, aut aliundè Nobilis, dato quod Nobilitas in ſe conferret ad præſumẽdum pro integritate, & virtute ipſius. In ſecundo autem priuilegio vbi Iacobus de Morra enunciatur Nobilis de Sedili Capuanæ, propter eius ſeruitia remuneratur in annuis duc. 100. quæ remuneratio poterat fieri etiam in alium, qui non eſſet Nobilis; & in ſpecie de Platea Capuanæ, merito ſuccedunt circa hoc dicta DD. de quibus per Crauet. in d. verb. propoſitũ num. 16. cum ſeq. facit tex. in l. optimam C. de contrah. & commit. ſtipul. vt declarãt But. & Abb. in cap. illud de præſump. & Bal. in l. cum aliquis 3. not. C. de iure delib. refert Dec. in conſ. 42. num. 8. circa med. vbi loquitur de enunciatione neceſſaria ad actum, quod maximè eſt verum, quando verba iſta ſunt in præludijs prolata ad effectum alterius diſpoſitionis, vt in caſu noſtro, Alex. conſ. 82. col. 5. verſ. præterea lib. 3. & conſ. 181. col. 2. lib. 7. Socci. conſ. 228. col. 2. verſ. hoc autem lib. 2. Affl. dec. 83. col. 2. & in ſpecie in dignitate enunciata, Aret. in d. conſ. 23. in 2. dub. Imol. in d. clem. ſi Summus, poſt lapſum ibi, & Card. in 5. oppoſ. quos refert Crauet. vbi ſupra num. 18. & 19. vbi appellat iſta verba (de quibus in clem. ſi Summus) incidenter emiſſa propter aliud.

Secundò, an ſimus in antiquis? ſi inſpiciantur tempora dictorum Priuilegiorum, quorum primum eſt anno 1511. alterum 1428. nemo dicet non eſſe de anti-
36 quo, cùm excedant centum annos, quod ſpatium magis communiter de neceſſitate requiritur ad antiquitatem in materia probationis, vt per Crau. in d. tract. in princ. num. 4. qui omnes refert, ſed cõtrarium teneo, quia non ſolum requiritur inſtrumenta eſſe de antiquo, ſed factum, ſuper quo inſtrumenta producuntur, eſſe etiam antiquum, actu, & habitu, vt per Dec. conſ. 13. col. fin. verſ. ſecundo tamen, vbi ponit exemplum in conſan-
37 guinitate probanda; dicens, non opus eſſe incipere à primo ſtipite, ſed ſatis eſſe probare illam in perſona vltimorum, idem Dec. in conſ. 322. colu. pen. num. 11. ſic videtur dicendum in caſu noſtro, vbi hæc qualitas Nobilitatis potuiſſet, & poſſet probari in perſona filiorum dicti Franciſci, & Iacobi, & ſic infra centum annos, vel ſaltim potuiſſet probari etiã in perſona dicti Iacobi infra centum annos, quia Iacobus potuiſſet viuere tãtum tempus, quod eſſet infra centum annos; Patet ex inſtrumentis præſentatis hoc

Digitized by Google

hoc modo computando, Iacobus potuit naſci ex Franciſco patre anno 1395. matrimonium enim Franciſci fuit contractum præcedenti anno 1394. licet igitur tarò naſcantur filij primo anno; Tamen dato hoc, potuit viuere vſque ad annum 1595. cum vita hominis præſumatur centum annorum, in quo fundatur communis opinio, requirens in materia antiquitatis centum annos, Dec. in d. conſil. 13. colum. pen. in fi. num. 8. ſi ergò potuit viuere vſque ad annum 1495. vel infra, lis fuit incępta in anno . . . . ergo infra centum annos, meritò cum tempore litis motæ potuit haberi probatio facti permanentis infra dictos annos centum non ſumus in antiquis; quamdiù enim viuebat Iacobus, cum ipſo erat, & No-
38 bilitas iſta, de qua ſaltim habitu, ſi non actu, potuit haberi probatio, quæ non difficilis dicitur, niſi actu, & habitu, vt per Anton. de Butr. in cap. tertio loco de probatio. & pulchrè per Neuiz. conſ. 8. num. 37. meritò ex hoc videtur dicendum, quod ſumus in materia facilis probationis, quia potuit habere tractum ſucceſſiuum; & ſi iſti fuiſset Nobiles Plateæ Capuanæ, veriſimiliter gauiſi fuiſſent honoribus, & oneribus Ciuitatis, tàm in perſona ipſorum, quàm eius filiorū, de quo reperiri poſſent ſcripturæ, prout de alijs fuerūt repertę, cū prætendant habuiſſe domos Neapoli, & vxores Neapolitanas, vndè non eſt veriſimile, quod ſemper fuerint abſentes, vt infra dicam.

Quoad tertium teneo, quod ſumus in cauſa magni, & non parui præiudicij, ſiue inſpiciamus naturam iudicij, ſiue ipſius rei, quæ in iudicium deducitur. Primo, quoties agitur de dominio, aut titulo, ſeù proprietate, cuius ſentētia eſt præiudicialis, vt in caſu noſtro, vbi fuit intentatum petitorium (ſicut videre licet in petitione) vbi petunt Actores declarari fuiſſe, & eſſe de Nobilibus Capua-
39 næ, ſemper inuenio Doctores intelligere, quod agatur de magno præiudicio, ita Socc. in conſ. 266. col. 5. verſ. & probatur, Dec. in cap. cum cauſam col. 2. in princ. verſ. tertio non videtur de prob. & quoties Crauet. ponit exēpla magni præ-
40 iudicij, ſemper dicit, puta ſi agitur de dominio, vt per eum in d. tract. in verb. ampliatur num. 8. & num. 21. vbi dicit, ꝙ titulus eſt de graui præiudicio, & in verb. viſo in princ. car. 93. & 98. in verb. viſo de fama nu. 21. vbi intelligit etiam de poſſeſſione, quando ex ea infertur ad
41 dominium, licet poſſeſſio ſit modici præiudicij, vt per Bar. in l. 1. C. quorum bon. col. 2. & Dec. conſ. 56. ſi verò inſpiciamus rem, quæ in iudicio deducitur; honores, pluriſq; bona extimantur, imò ſunt inextimabiles, argum. tex. in l. iſti quidem ff. quod met. cauſ. & quantum extimetur in hac Ciuitate dicta Nobilitas, etiam quoad intereſſe pecuniarium, nemo eſt, qui ignoret; alia etiam conſideratione, ac ſaniori, videtur eſſe magni momēti, quia eſſe de Sedili, non importat principaliter eſſe Nobilem huius Ciuitatis, ſed admitti in partem curæ, & gubernationis dictæ Ciuitatis, quod maximè intereſt; Sedilia enim non fuerunt principaliter ordinata propter Nobilitatem,
42 ſed propter ordinem Regiminis, l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cer. pet. vndè intereſt publicè, quod ſimiles cauſæ magni præiudicij extimentur, quia in hoc pōt verſari magnum præiudicium, nō ſolum aliorum de Sedili, verum etiam omnium
43 Ciuium totius Ciuitatis, argum. tex. in auth. de defenſ. ciuit. §. fin. & omninò clarè apparet, quod ſumus etiam in cauſa, vbi agitur de præiudicio tertij; Ideo nō obſtat, quod in vltimis allegationibus Domini Federici Viualdi inuenio allegatum num. 88. nullum intereſſe tertij verſari in ſimilibus, quia nihil detrahitur ex aliorum honoribus; non enim agitur in ſimilibus cauſis de ſolo ambitionis intereſſe, ſed de maiori, vt ſupra dixi, faciunt allegata per Loffr. in conſ. 51. col. 5 nu. 10. cum ſeq. vbi plenè probatur mul-
44 tiplex intereſſe in caſu iſto, ex quo colligitur etiam, quod idem Dominus Viualdus dicit num. 48. non poſſe argui à Collegio Canonicorum, prout arguit Loffr. ad Collegia Ciuitatis vbi non ſunt præbendæ, quia poſſunt etiam eſſe Collegia clericorum ſine præbendis, & tamen nō ceſſant iura canonica de eis loquentia, propter intereſſe animæ, vel regiminis Eccleſiæ, prout in caſu noſtro, Regimen Ciuitatis, quod eſt maius intereſſe pecuniario.

Quartò, ad cauſam propriùs accedendo, ex quo ſupra vidimus, quod iſtę enūciationes, vbi pars aduerſa fundatur, ſunt incidenter, & propter aliud, in quibus non fundatur intentio dictorum priuilegiorum, non factæ motu proprio, nec ex certa ſcientia, cum principaliter, & de

ipſis

Digitized by Google

ipſis contingat dubitari; & nō inter Partes, quæ enunciauerunt, ſed inter alios, & in præiudicium tertij, in facto non antiquo, nullam faciunt non ſolum pro-
45 bationem, ſed nec etiam præſumptionē (vt ſupra dixi) & tenet in indiuiduo, vltrà Aret. in d. conſ. 23. & Imol. & Card. in d. clem. ſi ſummus, Aym. in d. tract. de antiquit. temp. in verb. propoſitum num. 18. cum ſeq. ex quo infero, quod etiam ſi eſſemus in antiquis; Tamen dictæ aſſertiones nullum faciūt gradum probationis, quia ſi non faciunt præſumptionem in recentibus, ergo in antiquis non faciunt probationem, quia quod nullum eſt, ſuppleri non poteſt, antiquitas enim non fa
46 cit, ſed adiuuat probationem, vt per Corn. in d. conſ. 19. col. fin. lib. 2. Dec. conſ. 36. nu. 8. ſed dato, quod aliqualem præſumptionem facerent in antiquis loco famæ, vt per Alex. in d. conſ. 15. col. 2. in fi. vol. 5. adhuc dico, iſtas enunciationes in caſu noſtro non ſufficere; ſunt enim verba enunciatiua propter aliud, & inter alios ſine neceſſarijs requiſitis, de qbus ſupra, quo caſu non ſeruiunt ad aliquid, niſi quod in antiquis ſeruiunt loco
47 famæ, & tunc plures enunciationes plurium inſtrumentorum requiruntur, vt communiter tenēt DD. in l. cum aliquis C. de iur. delib. Corn. conſ. 171. col. fi. lib. j. Socci. conſ. 86. Dec. conſ. 11. colu. 6. verſ. ad hoc fundamentum, Alex. conſ. 11. col. fin. num. 16. lib. 4. & in conſ. 96. col. 2. lib. 6. Imò quod duæ nō ſufficiant, tenuit Soccin. conſ. 194. col. fi. & in conſ. 266. col. 5. verſ. nec releuat, Alex. cōſ. 50. col. 3. lib. 5. vbi notabiliter loquitur ad materiam conſ. 286. thema col. 2. in fi. lib. 2. & Andr. Barba. in add. ad Bal. in l. cum aliquis de iur. delib. Ratio eſt in promptu, quia ad famam probandam non ſufficiunt duo
48 teſtes, vt per Bar. in d. §. ſi plurium ff. de quæſt. facit ꝙ magiſtraliter dicit Paul. Caſt. in conſ. 139. col. fi. lib. 1. quod fama in antiquis operatur, quia poteſt habere ortum à loco non ſuſpecto, maximè Priuilegia, quæ ad importunitatem cōceduntur, ſed dato, quod duæ enunciationes ſufficerent ad probandam famam in antiquis; Iſtæ duæ enunciationes in caſu noſtro pro vna tantum valere debent triplici conſideratione. Primò, quia in Priuilegio Franciſcus de Morra non appellatur Nobilis de Sedili, ſed de Platea Capuanæ, ergo nō probat, quod fuerit de Sedili, quia pars ipſa articulat in art. 25. quod illo tempore non erant facta Sedilia, quaſi inferēs, quod quia erāt in Platea, fuerunt recepti poſtea ad Sedile, & ad hoc tendunt depoſitiones Domini Marini Friciæ, Domini Alphonſi Rotæ, & ſimilium, qui in hoc habebant intereſſe, ſed quod Pars præſupponit eſt facti, & facta non præſumuntur, quia potuit eſſe de Platea, & tamen quando poſtea fuerunt creata Sedilia, Superioris authoritate, potuit non admitti. Cum igitur verba enunciatiua in antiquis (vt dixi), non inducant, ſed probent factum, quatenus ſpecificè fuit expreſſum; hic autē nō probatur fuiſſe de Sedili, niſi per vnicam enunciationem; aut ſi coniungimus aliam, quæ loquitur de Platea, non eſt concludens etiam in antiquis, per ea quæ ſupra dixi, & faciunt allegata per Aym. in d. tract. verb. ampliatur num. 27. dum ait, quod cōfeſſio appellationis, nō probat qualitates, & requiſita appellationis etiam in antiquis, vt ibi per eum. Secundo, & fortius alia conſideratione dictæ enunciationes in vim vnius tantū reduci poſſunt, quia vna loquitur in perſona Franciſci, altera in perſona Iacobi, & ſic neuter habet ſufficientem probationem ſuæ nobilitatis. Hic enim nō tractatur de probando iſtam Nobilitatem in genere, vel à genere, ſed de probando Nobilitatem in ſpecie in perſona Franciſci, vel Iacobi, ex quorum perſona veniunt Actores, quod igitur illis obſtaret, ſi viuerent, obſtat eorum ſucceſſoribus, qui non habent fundatam intentionem ex priuilegio, vel actibus cōcernentibus ipſam Nobilitatem in genere, ſed ex cōfeſſione vocis mortuæ reſultante ex dictis Priuilegijs; quod illi duo eorum anteceſſores fuiſſent Nobiles de Sedili; meritò cum confeſſiones inſtrumentorum
49 in antiquis æquiparētur teſtibus de cōmuni opinione, vt ponderat Socci. conſ. 266. col. 5. verſ. & probatur ſi vnus teſtis deponeret de Frāciſco, alius de Iacobo, certè eſſent ſingulares, & neuter eorum probaretur Nobilis; nec venientes ab eis. Tertio, dictæ enunciationes pro vnica debent haberi, quia non fuit probata filiatio Iacobi, quoniam prætendit Pars deſcendere à Franciſco, vt infra dicam, & propterea, cū ſola remaneat iſta enunciatio in perſona Iacobi, non ſufficit in antiquis loco famæ, per ea quæ ſupra dixi.

Non obſtant modo probationes in pro-

proceſſu factæ,quæ adducũtur per partem aduerſam ad coadiuuandum dictas enunciationes dictorum priuilegiorum. Primo enim,non obſtant teſtes examinati,per quos nititur probare, quod audiuerunt maiores ipſorum actorum de domo Morra, fuiſſe Nobiles Sedilis Capuanæ, quia in hoc animaduertendũ rogo; Pars.n.examinauit treſdecim teſtes, inter quos ſeptem, qui ſunt viri omni exceptione maiores, vt potè, Dñs Marinus Fricia,Dñs Alphonſus Rota,Dominus Ioannes de Ayerbo,Dominus Placitus de Sangro,Dominus Marius Galeota, Dominus Anibal Maſtroiodice, & Dominus Fabius Bucinus,nihil deponũt de auditu talis Nobilitatis, & tamen erant viri ſeniores huius Ciuitatis, & Marius Galeota,& Fabius Bucinus affines actorum,qui poterãt ſcire,& tamen hoc non deponunt, niſi Fabius Bucinus de auditu à Domina Loyſia vxore Ioannis Michaelis, & Dominus Placitus de Sangro, & Dominus Ioannes de Ayerbo habent terras contiguas terræ Magnificorum Aduerſariorum, vnde tanquam vicini poterant hoc audiuiſſe, & tamen examinati non deponunt, ſed tantum ſuper hoc deponunt N.qui eſt affinis dictorum Aduerſariorum, vt idem teſtis deponit ſuper art.2.dum ait,quod eius pater ſororem ſuam nuptui tradidit Andreæ Matthęo de Morra, qui fuit frater carnalis Michaelis de Morra;Item ſoror Chriſtina Monialis, quæ eſt ſoror carnalis actorum, & Laura de Morra affinis, & amita,vt ex eius depoſitione apparet & Thomas de Allegro, qui ſimiliter habet vxorem de domo Morrę, & Simon Ferrarius,qui dicit,audiuiſſe à Mario,& fratribus Galeotis,& tamen Marius examinatus nihil de eo dicit,ſolus Dominus Iacobus Antonius de Acquauiua eſt teſtis integer partis aduerſæ, qui tamen non deponit de auditu formiter;Non.n. deponit,à quibus nec ante,vel poſt litem motam, ſicut & alij quinque teſtes ſupradicti,qui ſimiliter non deponunt formiter de auditu; Colligo igitur in dictis teſtibus plures notabiles defectus, qui meo iudicio,omnem ipſorum fidem omninò proſternunt.Primo,quia illi ſeptem teſtes omni exceptione maiores, qui ob pueritiam,ætatem,vicinitatem, affinitatemq; poterant, & debuerant hoc ſcire, nihil de hoc dicunt,& maximè N.affinis actorum,à quo vnus ex teſtibus Partis aduerſæ,qui deponunt de auditu,videlicet, Simon Ferrarius dicit hoc audiuiſſe,ergo ſequitur, quod examinati dixerint, ſe nolle contra veritatem deponere,vt dicit Crauet. in terminis in cõſ. 134.col.7.verſ.ſecunda ſuſpitio, & verſ. quarta ſuſpitio, maximè in facto publico, & notabili, prout iſta Nobilitas debet eſſe in patria cõi,in quo facto nota-
50 bili etiam ex antiquitate temporis non præſumitur obliuio, vt ibi per Crauet. num.31.vnde ſuccedit,quod ſi illud idem quod teſtes habiles non depoſuerunt, teſtes inhabiles deponunt, vt ſunt alij quinque teſtes Partis aduerſæ affines,& perſonæ humiles, & ignotæ, tunc nullam merentur fidem, vt per Aret.conſil. 13.col.6.verſ.præterea,& conſ.82. col.3. verſ.niſi forte, vbi ait, quod ſuſpitio eſt contra eum, qui teſtes magis ſibi ami-
51 cos fecit examinare, *vbi alios* poterat habere, ꝙ intelligitur actu, *vel habitu*, vt per Butr. in cap. tertio loco de *prob.* & in conſ. 24. non obſtat depoſitio dicti Magnifici Iacobi Antonij, quia (vt dixi) non deponit formiter, & iſte eſt ſecundus defectus dictorum teſtium, qui deponunt de auditu,& non dicũt,à quibus iux. doctrinam Bar. in l. de minore §. ſi plurium ff. de quæſt. aliter enim poteſt
52 verificari eorum dictum ab ipſis Principalibus, vel à perſonis *intereſſatis*, vt deponit Fabius Bucinus, qui erat veridicus,& dicit audiuiſſe, ſed addit audiuiſſe ab vxore Ioannis Michaelis Principali,cuius filij hodie litigant in proceſſu eodem, & ſic potuerunt audire *alij ab* eiſdem Principalibus, prout eſt *veriſimile*,facit tex.in cap. licet *de teſtib.* ibi abſurdum eſſet admitti eos,quorum repellerentur authores. Tertius defectus ipſorum eſt,quia non dicunt à quo tem-
53 pore audiuerunt,& in ſpecie dictus Dominus Iacobus Antonius non exprimit ſi ante,vel poſt litem motam audiuit,ergo potuit eſſe poſt litem motam,quo caſu teſtimonium de auditu nihil prodeſt, vt per *Dec.*conſ.82.col.2.num.1.& licet deponerent de tempore,quo ipſi recordari poſſent; Tamẽ quia notor*ium eſt*, quod iſti Domini de Morra non fuerunt gauiſi Sedilis honoribus infra centum annos, vt Pars ipſa videtur fateri, non poſſunt iſti teſtes concludere de auditu aliorum, qui viderint eorum *tempore*, proinde nihil concludunt, argum. tex.in d.cap. licet ex quadam de teſt. ſupra

ale-

Digitized by Google

allegato. Vltimus defectus dictorum
teſtium eſt, quia tres ſunt affines noto-
riè, vnus habens vxorem de familia Mor
ra, videlicet, Thomas de Allegro, quod
Hieronymus de Morra ſemper habita-
uit extra Neap. cuius contrarium depo
nit Alphonſus Rota teſtis eiuſdem Par-
tis, dum ait, *che detto Geronimo habitò in
Napoli molto tempo*, alius teſtis videlicet,
54 Simon, deponit de auditu à Mario, qui
nihil dicit, quaſi diſcordans à Principa-
li, vt dicit Innoc. in cap. cum contingit
de offic. deleg. Meritò cum perſonæ pa-
tiātur defectum, ſaltim reſpectu aliorū
teſtium, qui de hoc nihil dicunt; ſuccedit
concluſio, de qua per Raph. Cuman. in
cōſ. 38. viſis col. 2. verſ. ad quartum, quod
55 in hac materia teſtimonij de auditu, q̃a
fundatur iure ſpeciali, facilè ipſorum
fides proſternitur, ſi teſtes in aliquo de-
ficiant, quod dictum per not. ſequitur
Curt. Iun. conſ. 17. in princ. vbi idem dicit
in probatione famæ, allegat in argum.
tex. in l. eius militis § militia miſſus ff. de
teſt. mil. vbi ius ſpeciale facilius tolli-
tur, addo Anch. in conſ. 194. in cauſa col.
2. verſ. non eſt etiam, & cōfirmatur, quia
vnum ex requiſitis teſtimonij de auditu,
56 in d. cap. licet ex quadā, eſt, quod ſit om-
ni exceptione maior, tradit Dec. in con-
ſil. 322. num. 11. Facilè enim, vt inquit An-
charan. in d. conſil. teſtes inueniuntur,
57 qui dicant ſic, & ſic audiuiſſe, vndè vide-
tur ſentire, quod teſtimonium de audi-
tu, non ſolum eſt debile, ſed etiam valdè
ſuſpectum, maximè in caſu noſtro, vbi
videtur ferè impoſſibile poſt tantum
tempus, & ſi aliqui ipſorum aliquam
fidem mererentur, qui non poſſent redu-
ci, niſi ad vnum tantum, videlicet, Iaco-
bum Antonium, tunc ipſe patitur conſi
ctum, quia pro Sedili fuerunt examinati
alij duo teſtes, videlicet, Loyſius Accia-
paccia, & Ioannes Berardinus delle Ca-
ſtelle, qui dicunt, nunquam hoc audiuiſ-
ſe, & tamen iſti erant vires Nobiles, Se-
niores, & practici in Ciuitate Neap. &
in Sedili Capuanæ, quorum qualitas val-
dè præpōderat ſaltim qualitati aliorum
58 teſtium Partis aduerſæ, vndè potior iſto
rum depoſitio debet eſſe, vel ſaltim con-
fligere dictum aduerſariorum, vt per
Bal. in l. optimam C. de qualit. ſtip. qui in
terminis noſtris loquitur in ſpecie, & p̃
fecto Sedile multos alios ſimiles teſtes
habuiſſet, niſi res communes eſſent pro
derelicto; Nec dicatur, quod in antiquis,
59 etiam teſtes domeſtici admittuntur, vt
per Bal. in c. 1. §. vaſallus circa fin. ſi de
feu. fuer. contr. quia illud intelligitur in
re, quæ ſui natura ab alijs ſciri non po-
teſt, prout in his, quæ fiunt in domo, ſe-
cus in re tam publica, vt per Crauet. in
d. tract. in verb. viſo de fama verſ. iſtud
autem num. 18. Nec dicatur etiam,
60 quod omnes ſupradicti teſtes deponunt
de credulitate, quo caſu probant in an-
tiquis, quia credulitas debet eſſe fun-
data, vt per tex. in cap. quotiens de teſt.
in verb. accepiſſe à maioribus ſuis, & cre
dere aliter non probant, quod non eſt in
iſtis teſtibus, qui nullam credulitatis
cauſam neceſſariam allegant, prout de-
bet eſſe omnis probatio in genere ſuo,
argum. tex. in cap. in præſentia de prob.
Similiter non obſtat alia præſumptio,
quæ adducitur ad coadiuuandum dictas
enunciationes priuilegiorum per par-
tem aduerſam, nempè quod iſti Domini
de Familia Morræ habuerunt domum
in pertinentijs Sedilis Capuanæ, quia
non probatur per inſtrumentum pręſen-
tatum ad hoc, eſt copia copiæ, quæ ſi di-
61 catur, quod probat in antiquis, eſt ve-
rum quando ipſa copia eſt antiqua de
ſcriptura antiqua; non autem ſufficit,
quod ſit recens copia de antiquo origi-
nali, vt per Aret. conſ. 42. viſo in fi. colu.
penul. verſ. nec arbitror, ſimiliter nō ob-
ſtat alia præſumptio per eoſdem addu-
cta, quod matrimonia cōtrahebant cum
Nobilibus Capuanæ. Hoc enim vide-
mus etiam hodie per ipſos fieri, & ta-
men non ſunt de Sedili; Præſumptiones
62 enim, & indicia, ſic debent eſſe con-
cludentes in genere ſuo, prout ſunt pro-
bationes, vt per Bal. in conſil. 259. verba
lib. 1. & conſ. 402. quæritur in fi. lib. 5. ma
ximè quia (ſi rectè inſpiciatur) matri-
monia non ſunt tanti ponderis. Primum
enim matrimonium, quod ponderatur
factum cum Marino Caracciolo Sene-
ſcallo, fuit anno 1378. & ſic per ætatem
ante prætenſas enunciationes; aliud
matrimonium Agneſæ de Morra, cum
Nicolao Caracciolo, licet ſit eodem
tempore, vt parum conferat, tamen non
probatur eſſe de linea iſta. Tertium ma-
trimonium, Hieronymæ Vrſinæ, animad-
uertatur in inſtrumento, quod appella-
tur Magnifica, & dixit ſibi fuiſſe legatos
duc. 4000. à Sereniſſ. Gabriele de Bautio



Digitized by Google

de Vrſinis,quos exigi vult à Sereniſſima Maria eius ſorore. Quartum matrimonium, cum Hipolyta Galeota; animaduertatur, quod ſit cum interuentu Patris Silueſtri Galeotæ aſcendentis Marij Galeotæ affinis Actorum ex hac cauſa, & ſic benè ponderatis omnibus non obſtant, nec coadiuuant enunciationes dictorum inſtrumentorum, etiam quod duarum vim,ac efficaciam potuiſſet habere; nam vt ait Butr.in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.in vlt.not.ſufficit ad excludendam intentionem actoris, probationem adminiculatam contrarijs præſumptionibus eneruare.

Ex aduerſo tamen,in facto pro Sedili Capuanæ multæ ponderantur præſumptiones magni momenti, quæ dictas enunciationes proſternunt omninò. Prima præſumptio eſt,quod Nobiles iſti de domo Morra, nullam habeant ſcripturam,nec publicam,nec priuatam de aliquo actu poſſeſſiuo bonorum, aut onerum dicti Sedilis, nec antiquas, nec modernas, prout aliæ familiæ, quæ litigauerunt cum dicto Sedili habuerunt, vt enim ſubſequens poſſeſſio probat titulum præcedentem, l.quædam de reiuen. ſic è conuerſo,nulla poſſeſſio,nullum titulum arguere videur, facit tex. in l.ad probationem C.de lib. cauſ. vbi propter contrariam poſſeſſionem non probatur libertas per nominationem. Secunda præſumptio eſt, quod nec etiam habent teſtes,vt ſupra ponderaui, de dicta poſſeſſione, quam veriſimiliter debuiſſent habere, vt dixi, & infra dicam. Tertia præſumptio eſt, quod per tantum tempus,quo dicti Nobiles pro maiori parte ipſorum matrimonia contraxerunt in Ciuitate Neap.vt ipſimet dicunt,& frequentauerunt in eadem Ciuitate, non curauerunt honores Sedilis,vel ſaltim ad Plateam accedere pro dando voto,vt omnes Nobiles faciunt; Nec dicatur, quod propter bella fuerunt abſentes, vt nix ſunt probare, quia per inſtrumenti matrimoniorum Neapoli contractorum contrarium apparet, & per Sororem Chriſtinam ipſorum teſtem probatur, quod filij Hipolytæ,& Iacobi de Morra, quæ nupſit anno 1488. vnde non multo poſt tempus dictarum enunciationum nati ſunt Neap. & ipſe Hieronymus qui mouit litem nupſit Neap. & ibidem habitauit ferè ſemper, vt per quintum teſtem eiuſdem Partis,quod Hieronymum & fratres pueros in Schola cognouit. Quarta præſumptio eſt,quod iſtimet Nobiles de domo Morra in alijs ciuitatibus non contempſerunt ſimiles honores;nam Salerni gaudent Sedilis honoribus,& vt audio,alibi etiam multo magis,igitur non contempſiſſent Neapoli, imò veriſimile eſt propter vicinitatem, quod Salerni Sedilia non curaſſent, ſi hæc habuiſſent. Quinta præſumptio eſt, contrarius ſtylus Cancellariæ, de quo non conſueuit in priuilegijs talis nominatio fieri, quod aliquis ſit Nobilis de Sedili; vndè videtur error,& probatur ex multis priuilegijs in eodem proceſſu eorumdem Regum,& earumdem perſonarum,& eiuſdem temporis, vbi non appellantur Nobiles de Sedili; obſtat ipſis igitur à communiter accidentibus ma-
63 gna inueriſimilitudo, quam Bal. appellat falſitatis imaginem,& Abb.in conſ.18. col.4.verſ.3.lib.5.ab eo,quod frequenter fit, arguit contra probationem, & Bal. conſ.390.tàm profundè col.1.in fi.lib.2.
64 dicit, quod locus à communiter accidentibus præſumptiuè concludit, idem Bal. in conſ.351. Io. col.2. lib.5. Meritò ſtantibus tot contrarijs coniecturis contra id,quod alij Nobiles optant,& deſiderant,ſuccedit,quod dicunt DD.etiam
65 in antiquis,quod validior probatio requiritur, ex aduerſo quando inuicem contrarijs præſumptionibus eneruatur, vt per gloſ.ſing. in l. cum de indebito ff. de prob. faciunt dicta per Aret. conſ.13. col.pen.verſ.præterea iſta,non enim in antiquis ſufficit omnis quantumcumque
66 leuis probatio,vt dicit Corne. conſ.22. col.3.verſ.& maximè,qui hoc tenet etiã in antiquis,facit conſil.Socci.194. col.fi. verſ.confirmatur,vbi hoc tenet in terminis etiam in antiquis, allegat Innoc. & DD.communiter in cap.cum cauſam de prob.facit quod ſupra dixi,quod cum
67 iſta probatio in antiquis ſit præſumptiua,& ſpecialis,quando obſtant aliæ præſumptiones inuicem,excluditur,l.Diuus ff.de reſt.in integr. l.eius §. militia ff.de mil.teſtam. cum ſimil. maximè quia hic non ſumus in materia difficilis probationis ſaltim habitu,ſi nõ actu,licet antiqua,vt ſupra fundaui,meritò non ita leues probationes, & ſic eliſæ per tot

præ-

Digitized by Google

præſumptiones admitti debent; cum multa concurrant, propter quę mens Iu
68 dicis debet moueri ad ſic credendum, l.3.§. eiuſdem ibi, te extimare oportet, quid, aut eredas, aut parum probatum opineris ff.de teſtib. & ita in antiquis refert Curt.conſ.333. colum. 4. num. 5. vol.1.

Quintò principaliter videndum eſt, an ſit probata filiatio, ſeu linea actorū, vel aſcendentium ipſorum; nam ſi non probatur, non poſſunt iuuari dictis enūciationibus, & profectò vſque ad Iacobum, de quo ſit vltima enunciatio, quod ſit Nobilis Capuanæ, nihil mihi occurrit, ſed quod Iacobus ipſe fuerit filius Franciſci; hoc non video plenè probatū; nam non adeſt pro hoc, niſi vnica aſſertio inſtrumenti præſentati, vbi Notarius approbat Iacobum filium Franciſci, vt dixi, quæ aſſertio: Primo nō probat, quia
69 non dicit, cuius Franciſci, & in actore idempteitatis probatio eſt de ſubſtantia, quia nō præſumitur, vt per Alex.in indiuiduo conſ.151.col.2.verſ.hoc præmiſſo ibi, dubia autem lib. 5. nec antiquitas prodeſt, quia (vt ſupra fundaui) antiquitas probat, non addit qualitatem probationi. Secundo non probat, quia eſt incidenter facta, & propter aliud, & inter alias perſonas; adeo quod etiam in antiquis ſola nō probat (vt ſupra fundaui) & in terminis tenet Alex. conſ.90. vol.6.
70 vbi plura inſtrumenta requirit ad probandam filiationem. Nec dicatur, quod adeſt aliud inſtrumentum, vbi ſit ei confirmatio Caſtri S. Seuerini, quia ibi non appellatur filius Franciſci, ſed eſt confirmatio in forma communi, quæ potius nocet, quia ſi fuiſſet filius Franciſci, per eius mortem petiſſet inueſtituram tanquam filius, non confirmationem tanquam extraneus, & ſic non prodeſt ei hæc confirmatio, etiam per viam tractatus, quia actus nō conuenit filio, vt filio; Nec dicatur, quod ſaltim iſta nomina-
71 tio conſtituit Iacobum in poſſeſſione filiationis, quia hoc non videtur verum, cum fuerit facta ab ipſo Iacobo, qui ſic potuiſſet dicere, ſe eſſe filium Regis, & ſi
72 dicta verba prodeſſent ſuis hæredibus, eſſet contra tex.in l.rōnes, & in l.exēplo C.de prob. Præterea nō ſufficeret dicta poſſeſſio vbi ex ea infertur ad dominiū iuris alicuius, vt per Dec.conſ.322.colu. penul. qui licet ſibi fuerit contrarius in conſ.54. Tamen hæc eſt magis communis opinio, quod non ſufficiat, præter
73 quam in probanda affinitate principaliter, vt per Crauet. in d.tract. in 1.par. verb.viſo de fama num.5. in fin. Meritò cum non ſit probatum, quod Franciſcus erat pater Iacobi; enunciatio facta de Franciſco nihil prodeſt actoribus, & remanet ſola enunciatio facta de Iacobo, quæ non ſufficit, vt ſupra dixi.

Vltimò eſt videndum, an obſtet præſcriptio? & prima facie videbatur, quod in his, quæ ſunt meræ facultatis non daretur præſcriptio, ſed cōtrarium teneo, nā aut actores volunt vti enunciantionibus priuilegiorū in vim diſpoſitionis, & tunc cum habeant hoc ius ex priuilegio, & conceſſione Regis per decēnium non vtendo, videntur priuilegium dictæ
74 Nobilitatis amiſiſſe, per tex.in l.1.C.de nund. aut volunt vti eiſdem enunciationibus in vim probationis, quaſi p prius fuiſſent Nobiles Capuanæ, & tunc aut non adepti fuerant poſſeſſionem dicti Sedilis, prout non apparet; nec prēſumitur & ius, quod habebāt ad talem poſſeſſionem, & admiſſionem, fuit præſcri-
75 ptum, tanto tempore, ſicut præſcribitur ius adeundi, quamuis conſiſtat in facultate, l.licet cum glo.C.de iur.delib.& per Aret.in cōſ.55. Guglielmus verſ.hic autem, aut fuerāt adepti, & tunc ſaltim eſt præſcripta actio cōfeſſoria, vel quaſi ipſis competens ad cogendum Nobiles de Sedile, quod ipſos admitterent, prout hodie petunt, licet enim ipſis iuribus, quæ ſunt in mera facultate non poſſit præſcribi; tamen actioni adhærenti benè
76 præſcribitur, cum omnes actiones tollantur ſpatio temporis 30.vel 40.ann. vt per Crauet.in terminis in d.tract. 4.par. in verb.circa præmiſſa num.35.cum ſeq.
77 & quod actioni præſcribatur, quādo eſt in poteſtate Partis illam oriri facere, tenet Paul.Caſt.conſ.294. & Balb.in tract. præſcriptio. in quinta par. principali in princ.verſ.tertio quęro col.68.quod maximè in iſtis locum habere debet, qui p tantum tempus fuerunt, & habitauerunt Neap. & nunquam gauiſi ſunt iſtis honoribus, quo caſu iſte non vſus videtur implicare factum negatiuum de neceſſita-
78 te, ſaltim reſpectu actionis intentandæ, quia non eſt veriſimile tamdiù abſtinuiſſe, ſi non fuiſſent ſaltim ſuſpicati ſe potuiſſe repelli, argum. tex.in l.clam §.

Q 2 qui

Digitized by Google

qui ad nundinas cum l.ſeq. ff. de acquir. poſſ.& quia à communiter accidentibus in dubiis præſumptiuè concluditur, Bal. conſ.351.Ioannes col.2.lib.5. Abb. conſ. 18.col.4.verſ.tertio dixi lib.5. Imò pars videtur hoc fateri, dum producit quartum teſtimonium dicentem in artic. 44. che Hipolyta mater Hieronymi, qui mouit litem, dum filios per Neap. ſecum duceret, fuit obuiam Domino Ianuario, & Michaeli Caracciolo, qui dixerunt ei. *Non laſſate perdere la voce di Capuana a queſſi figliuoli perche ſon del Seggio, & le ſcritture ſono al Teſoro.* & 12.teſt. teſtatur à tempore pueritiæ in Schola, Hieronymus, & fratres Neap. hoc ſciuiſſe; item alij teſtes, qui præſupponunt Neap. ab eis, & ab alijs idem audiuiſſe, tamen per eo-
79 rum productionem, aduerſarij dicta ipſorum cēſentur fateri, iux.not.per Rom. in conſ.104.in fi. meritò ſi à pueritia Hieronymus hoc ſciuit, vel ſcire potuit, quo caſu ſcire, vel ſcire debere æquiparantur (vt infra dicam) & habitauit Neap. per multum tempus, vt 5.teſt. eiuſdem partis. Certè per tantum tempus, quo potuit, & debuit intentare actionem iſtam; nemo dicet non fuiſſe præſcriptam, ex hoc etiam tollitur reſtitutio in integrum, quæ poſſet fortè prætendi ex capite ignorantiæ, nam ignorantia ad
80 hoc debet eſſe probabilis, & iuſta, non ſupina, ſecundum Imol. in repet.cap.fin. colu.31.verſ.ſed hic eſt aduertendum de præſcrip.& dicit Aret.conſ.15.in fi.quod quando quis fundat actionem in iuribus antiquis, & inſtrumentis, quæ habuit penès ſe, non excuſatur allegando ignorantiam, vt in caſu noſtro, vbi præſupponitur tàm in articulis, quàm in probationibus ipſius partis, quod ſemper dicti Nobiles ſe reputauerunt Nobiles de Platea Capuanæ, ſed propter abſentiam, & ſeorſum habitationem, non curauerunt, vel non potuerunt gaudere, quod licet ſit inueriſimile quoad omnes, reſpectu vicinitatis Terræ ipſorum; adeo quod Salernum pro Neapoli, non commutaſſent; tum quia frenquenter Neapoli matrimonia contraxerunt, & conuerſati ſemper ibidem fuerunt; tum reſpectu Hieronymi Morræ patris actorum, qui natus eſt Neapoli, & ibidem nupſit, & habitauit, vt ſupra dixi, eſt inexcuſabile; nam vt dixit Bal. in repet.l.fi.col.13.verſ. ſed iuxtà C. de præſcript. long. temp. ſi ſcio aliquid ad me pertinere, licet ne-
81 ſciam per alium prohiberi, iſta ignorantia non excuſat; ſum enim in negligentia, non eundo in poſſeſſionem natura-
82 lem, & ſi iſto longo tempore amitto ciuilem, ſi habebam, l.ſi de eo §.ſi fortè, vbi notatur ff.de acquir.poſſ. igitur non obſtante iſto errore facti, præſcriptio procederet, ſecundum Bal. nec daretur reſtitutio, vt ſentio in caſu noſtro per ſupradicta. Saluo in hoc, & in omnibus ſemper ſaniori iudicio.

Io. Baptiſta Piſcicellus.

83 *Fuit iudicatum pro illis de Morra.*

## ADDITIO.

De hac eadem deciſione teſtatur Præſ. de Franch. dec.357. quam regiſtraui in meo Compend. verb. nobilitas, ad quod addo Conſiliar. Annam conſil. 110.num.42.& quid in alijs caſibus an, & quādo verba enunciatiua probent, erit videndum apud Genuam in tract. de verbis enunciatiuis lib.2.per tot. & an præter modum probandi per verba enunciatiua Nobilitas probari debeat per veras probationes, latius proſequitur Maur.Iun.alleg.75. vbi optima additio, ſed operæ pretio non erit omictēdum adornatum deciſionis, quod aut ij qui prætendunt aggregari ad Sedilia vti Nobiles Sedilium, fortè, quia anteceſſores fuerunt de eodem Sedili, aut reintegrari ad illa, ex quo alibi ſunt, & tunc licet Nobiles qui ſunt de Sedilibus vbicumque naſcentur gaudent ciuilitate Neapolitana, teſtatur Reg.Roui.conſ.83. num.4. tom.1. & eo caſu, quia ex genere nobilium orti proceſſerunt, tunc quod quis nobilis declaretur eſſet res modici præiudicij tàm reſpectu ordinis, quàm totius Ciuitatis, prout idemmet dixit in conſ.32.num.8. tom.2. itaut facilius ad nobilitatis prærogatiuas admicti debeat, conſtito per veras probationes de actinentia, agnatione, deſcen-

den-

dentia,& ſimilibus probationibus,etenim nobilis non eſt aliquis ex eo, quod ſit deſcriptus inter Nobiles,niſi alia adſit coniectura,Anna ſingul.358.ex quo nobilis poteſt eſſe,& ignobilis in vna domo,& ſic non concludit, eſt de tali domo, ergo in Sedili,niſi probetur Nobilitas Familiæ aliundè; Idem ſingul.359. ſin autem tractetur de alijs Nobilibus forenſibus deſiderantibus aggregari ad Sedilia, prout ſæpèſepius nonnulli Nobiles exteri; imo Nobiliſſimi Romani,Galli,& Hiſpani procurauerunt cooptari inter Nobiles Neapolitanos in eorum Sedilibus,vt notoria monumenta teſtantur;& cum nedum alias per reſcripta Regalia conſequuti ſunt aggregationes ad Sedilia, prout per exempla oſtendit Maur.Iun. alleg.7. num.11, ſed pariter per ipſoſmet Nobiles; vt latius apud Viualdum in ſuo reſponſ. vnico de nobilit.nu.19.27.& 51.cum ſeq. hoc eſt per maiorem partem ipſorum,iuxta deciſ.Franch.2.qui ab hinc certo tempore elapſo fuerunt ex Regali mandato prohibiti conſimiles allectiones facere, vt ibid. Maur.Iun. teſtificatur,poſt Annam alleg.130.ex rationibus ibi diſcuſſis, latiſſimè Ioa. Franc.de Leonar.in tract.de varijs iuris deciſ.cap.11.quare & ſi à Rege mandetur,vt aliquis ad Sedilia admittatur,hoc fieri nō poteſt ſine eorum conſenſu; etenim Nobilibus Sedilis de iure competit facultas, ne quis admittatur abſque eorum conſenſu, Reg.de Ponte conſ.70.nu.21. vol.2. intereſt Nobilium aggregare Nobiles ad Sedilia, Vinal. vbi ſupra num. 40.ſed cur plures Nobiles exteri aggregari appetunt ad Sedilia? eo quod dum Nobiles ſint, non indigent aliorum nobilitate corroborari,& pariter quia nobilis in vno loco,pariter eſt in omnibus locis nobilis. Reſpondet Viuald.eod.loc.num.79.hanc aggregationem ad Sedile, nil aliud eſſe quam in habitu,& potentia, eum qui cooptatur conſtituere,vt munerum,& honorum ciuitatis, qui nobilibus tātum deferuntur,compos eſſe poſſit,nulla commodi, vel lucri ſpe; ſed ob id dūmtaxat nè perpetuò propria ciuitate, velut in aliena hoſpes viuat, & ſubdit num.87.non tantum ob honores,& munera aſcribi properāt, quam vt inter Nobiles cenſeantur, cum nemo pati debeat ſe contemni, quo fit vt Nobiles exteri notorij,per communem reputationem,& inconcuſſam famam, atque opinionem immemorabilem,etiam vbi, & apud quos aliqui actus diſtinctiui,poſitiui non exiſtunt, ſunt pronunciandi Nobiles;& ita in Hiſpania ſeruari teſtatur Guttierez lib.3.pract.quæſt.in q.14.num.96.& 97. ita in hac Ciuitate attendendum erit,vt frui poſſint honoribus Sedilīū, nam & ſi Nobilitas vnica ſit, & ſi multis,diuerſiſq. quæratur modis, vt dixit Franc.de Amicis in repet.cap.j. de ijs qui feu.dar.poſſ. §.ſupereſt nu. 5 fol.107.adhuc tamen vnus eſt magis nobilis,quam alius,& diuerſi ſunt gradus nobilitatis,vt congerit Caſſa. in Cathal.glor.mund. par.8. conſid. 50. prout per exempla oſtendit Cæſ. vt Graſſ. deciſ.Rom.172.quo fit,vt ſi inſtituatur Neapolitanorū Nobilitas, ad quam omnes appetunt admitti, non ita ſimpliciter nobiles eſſe oſtenduntur; ſed verius per omne nobilitatis genus eandem conſequutos eſſe, non ſolum inſpecta eorum nobilitatis antiquitate, de qua teſtatur Gregorius Magnus in cap.Petrus 29.diſt. dum ſcribit, Nobilibus ciuibus Neapolitanis, de quo ſatis apud Hiſtoriographos antiquos, & modernos prolixius enunciatur, ſed verius ob perſonarum, ac loci conditiones, ipſi namque nobilitatis prærogatiuam conſequuti ſunt præter antiquam eorum originem, ob condigna ipſorum merita,& virtutes, omneſque



Digitized by Google

enim dignitates obtinuerunt, & obtinent, vt notum eſt, appellantur etiam communiter Equites, hoc eſt, Patritij equeſtres, vt tradit Elegantiſſimus Doctor Franciſcus de Petris feſtiu. lect. cap. 7. ſub num. 3. ſic vulgò nuncupati (*Caualieri*) prout ita in Gallia dicuntur, Tiraq. de nobilit. cap. 8. nu. 13. à qua ipſorum nomen ſcriptum eſt; adeo quod nobiles nequeunt nuncupari Equites, ex hac nobilitate ſola cenſuit Conſiliar. Theodor. alleg. 72. num. 12. ſed ſolum Neapolitani, quorum laudes vti notorias omicto, & ſimiliter, quia in hac fulgentiſſima Ciuitate Neap. præſunt, quæ vti Regni caput ſic à Ferdinando Rege nuncupata in pragmat. 1. de immun. Neap. & teſtatur Præſ. de Franch. dec. 360. num. 4. ad quod Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in quæſtione præcedentiæ fol. 460. num. 38. ſubnectit, quod Ciuitas Neapolitana eſt caput totius Regni Siciliæ, ac mater omnium ciuitatum Regni dicitur, & ipſius exemplo reguntur, non mirum ſi cæteras ſubiectas Ciuitates præcedit, ex ijs pariter infertur ad quotidianam altercationem diù, & ſæpeſepius in hac Vrbe excitatam in munere Electi Popularis, ac Gubernio ſacri Templi Diuæ Mariæ Annunciatæ, dum aliquando Nobiles Electi, licet exteri effugiunt onus ſubire prætextu nobilitatis eorum nulli præiudicium inferatur, quo circa cum maxima proteſtatione aliquãdo exercent, citra præiudicium eorum nobilitatis, quod ſiquidem abſonum videri exiſtimant DD. eo quod ſi per ſtatutum nobiles fierent populares, non tamen perderent nobilitatem generis; ſed accreſcit popularitatis beneficium, ita notabiliter cenſuit Alex. conſ. 32. num. 6. volu. 2. quem ſequutus eſt Tiraq. de nobilit. cap. 6. num. 53. ad quod Seraphi. deciſ. 207. num. 10. eundem Alexa. ſequendo ſubdit num. 11. deciſum fuiſſe, quod ſi quis ſederit inter ciues, & inter eos fuerit Senator, non per hoc amitteret nobilitatem militarem, etenim poteſt quis in parte eſſe nobilis, & in parte plebeus, Seſſe deciſ. Aragon. 10. num. 30. vltra quod ipſi Neapolitani Ciues in tam præclariſſima Ciuitate maxima, ac Regni caput perexiſtentes præferri videatur alijs ciuibus, quamuis nobilibus alterius Ciuitatis mediocris, ſeu infimæ, vt iure fundatum eſt apud Bart. in l. 1. C. de Alexan. Primi. lib. 12. quem ſequuti ſunt Tiraq. d. tract. c. 12 in princ. Natt. inter conſil. feu. diuerſ. 12. nu. 106. Caſſ. in eod. Cathal. p. 9. conſid. 14. Capobl. ſing. 46. *idẽ* Natt. conſ. 637. n. 48. Reg. *Lanar. coal.* 88. n. 16. Fulc. ſing. 68. lit. C. vbi ad propoſitũ ſubdit, de hoc dicto nimis gloriari Neapolitanos, ſed procedit in ipſa ſuprema Ciuitate tantum, non autem in Ciuitate ipſius mediocris, quia tunc ſecus, iuxta limitationem Frecc. de ſubfeu. lib. 1. fol. 19. num. 16 & de hoc cum fuiſſet ſupplicatum S. M. reſponſum fuit, videlicet, S. E. in occurrentibus caſibus prouidebit, ſe conformem meritis huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quam immenſa dilectione proſequitur, vt habetur inter priuilegia huius Ciuitatis Neap. anni 1583. §. Item ſi ſupplica f. 173. à ter. de quo memor eſt Iul. Ferrett. in tract. de milit. iuſt. &c. nu. 134. vbi dixit, Ciues Neapolitanos ex hoc nõ ſuſpendi furca, ſed plures vidiſſe decapitatos pro delictis, licet enormibus, qua ſiquidem prærogatiua prælationis exiſtente, eo fortius nobiles ipſius Ciuitatis præferri deberent, cum nobilior quiſquam ſit, quanto nobilius habet ſubiectum, Capic. dec. 27. nu. 23. & hæc ſufficiunt pro ornatu præſentis deciſionis.

Thoro.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Primogenita quæ renunciauit, an excludatur à ſecundagenita in capillo.*
2 *Tex.in l.fi.& l.1.& 2.C. de edict.Diu.Adr. toll.qualiter procedat.*
3 *Dec.conſ.424. 467. & 588. quonam caſu loquantur.*
4 *Tex.in c.1. ſi de feu.fuer.contr.& cap.inter filiam, qualiter procedant.*
5 *Deciſio Collater.Conſil.affertur ſuper admiſſione filiæ primogenitæ renunciantis, excluſa primogenita in capillo.*

VOTVM D. REGENTIS Salernitani.

1 CVM eueniſſet in facto occurſo inter Laudoniã Como, & Lucretiam eius ſororem, ſi primogenita, quæ renũciauerat, excluderet ſecundogenitam in feudalibus, & pro ea optimè de iure reſpondit Iacob. Gall. conſ. 64. ne eiuſdem repetatur iuris allegatio, placuit tantum deciſionem afferre, quę ibi non traditur, ſed ex ſequenti voto oſtenditur.

2 PRo reſolutione cenſeo, l.fin.C. de edict.Diu.Adr. toll. procedere quando ſcriptus hæres ex lectura teſtamenti fundatam habet intentionem, nec aliquid extrinſecùs deducere, vel allegare tenetur, quod altiorẽ requirat indaginem.

Tex.in l.j.C.de edict.Diui præfert inſtitutum ſubſtituto, ibi inſtitutus nihil allegare tenebatur.

Tex.in l,2.ſcriptus hæres nihil allegabat, contra verò filius allegat ſe præteritum, teſtamentum inofficioſũ, vel alio vitio ſubiectum.

3 Tex.in d.l.fin. idem præſupponit, Dec.conſ.424. expreſsè dicit, filiam immittendam in poſſeſſionem, ex eo, quia habet fundatam intentionem, Dec.conſ.462. idem & in conſ. 588.

4 Tex.in cap. 1.in princ.ſi de feud. fuer. controu. contendentibus agnatis, & domino, ſi antiquum, prout agnati, vel nouum, vt dominus, agnati immittuntur, quia dico, nihil extrinſecùs probare tenebantur.

In cap. inter filiam ſi de feu. filia contendens allodium immittitur, dico, ꝙ ius pro ea præſumitur, & licet DD. extendant etiam ad bona, quæ patri in feudum conceſſa extitiſſent, tamen ipſa nec aliquid extrinſecùs allegare tenetur, nec illi in poſſeſſione erant, vt per Andr. & Bartholom. de Scaramp.inter conſil. feud. diuerſ. conſ.108.nu.11.

Tex. in cap.defuncto, contentio inter dominum, & filiam prætendentem allodium, idem dicit Afflict. in d.cap.inter filiam, ideo quia filia habet præſumptionem pro ſe.

Ratione probatur ex multis regulis iuris, iudicium claudicare non debet. Non debet licere vni ex litigantibus, ꝙ alteri non licet, ꝙ diſpoſitum eſt in propoſito, idem in oppoſito; Contrariorum eadem eſt diſciplina, correlatiuorum eadem eſt ratio, in contentione inter petentem, & contradicentem; ſi contradicens allegat rationem ſufficientem; ſi tamen requirit altiorem indaginem, non impeditur miſſio, ergo pari ratione, ſi petens habet neceſsè vltra teſtamentum allegare aliam qualitatem requirentem altiorem indaginem, impediri debet miſſio.

Hæc filia, quæ producit teſtamentum eſt ſecundogenita, hoc eſſet vitium parens ſine dubio, ideo neceſsè habet allegare, & docere renunciationem primogenitæ, iſta requirunt altiorem indaginem in facto, & in iure, ergo non poteſt immitti, ſed partes audiri.

Quod dicit Affl. in deciſ. 119. de fra-

fratribus ſecundogenitis inſtitutis, nihil ad caſum, quia primogenitus ibi non erat in poſſeſſione, prout hic.

Secundo, tex. in d. l. ſi. dicit, modo ſi legitimo titulo bona ab alio non detineantur, hæc Laudonia legitimo titulo tenet, & contra renunciationem vult audiri, ergo &c.

5 *Die* 27. *Nouembris* 1580. *per Sacrum* Conſilium *facta relatione in* Collaterali Conſilio, *fuit iudicatum in fauorem primogenitæ.*

Iudices *fuerunt* Domini Cadena, *&* Olzignanus *Regij* Conſiliarij, Dominus *Regens* Salazar, *& Ego.*

Et ſi dicatur, quod ſecundogenita eſt de compręhenſis in inueſtitura, dicas quod procedit reſpectu Domini, & non Agnatorum ſuccedentium, Socci. Iun. omnino videndus in conſ. 72. nu. 17. & 38.

## ADDITIO.

### SVMMARIVM.

1 *Primogenita dotata à patre præfertur in feudis paternis deuolutis ob mortem fratris ſorori in capillo, & ſic deciſum bis per Sacr. Conſ.*

2 *Deciſiones eiuſdem Sacri Conſilij referuntur, vt primogenita inſimul cum ſecundogenita ſuccedant, collatis dotibus.*

3 *Primogenita quæ renunciauit excluditur à Sorore in capillo in burgenſaticis, & ita deciſum, nu. 4.*

5 *Agnati ſuccedunt in medietate bonorum antiquorum, excluſo Monaſterio ex parte Monialis renunciantis, & ſic deciſum.*

6 *Renunciationes fiunt per filias vt plurimum, quando maritantur.*

7 *Renunciationes cenſentur facta in fauorem fratrum vtrinque coniunctorum, quando fiunt patri.*

8 *Renunciationes in beneficium fratris, vel fratrum, pro deſcendentibus facta videntur.*

9 *Renunciationes ſemper facta cenſentur in beneficium maſculorum.*

11 *Renunciatio facta patri, non excludit renunciantem, quod limitatur nu. 12.*

13 *Renuncians admictitur, ceſſantibus fratribus quibus fuit renunciatum, & ita deciſum.*

14 *Renunciatio licet generaliſſima, an excludat filiam à burgenſaticis, non tamen à feudalibus.*

15 *Renuncians ſemper fiſco, & extraneis præfertur.*

16 *Filia renuncians, non obſtante renunciatione reali cum pacto expreſſo de non ſuccedendo ſemotis extraneis agnatis ſuccedere volentibus, ab inteſtato ſuccedit, prout ita deciſum affirmatur.*

17 *Caſus de nouo occurſus enunciatur, ſtante ampliſſima renunciatione facta per filiam, an excludatur à filijs ſororis defuncti in feudalibus.*

18 *Clericus effectus efficitur incapax in feudalibus.*

19 *Refutatio alio vocabulo renunciatio dicitur.*

20 *Refutare idem eſt, quod renunciare.*

21 *Renunciatio realis dicitur facta ex verbis, quacumque cauſa de præſenti, & futuro, per Aquilianam ſtipulationem, & deciſum, nu.* 23.

22 *Iura futura remictuntur per Aquilianam ſtipulationem.*

24 *Refutatio facta per verbum (omnino) quid cōtineat, & nu.* 47.

25 *Renunciatio præſumitur realis ex mente renunciantis.*

26 *Renūciatio realis, vel perſonalis ex verbis inſtrumenti percipitur.*

27 *Renunciatio realis facit renunciantem haberi pro mortuo.*

28 *Filia quæ renunciauit habetur pro mortua, nec connumeratur inter filias, maximè ſtante acceptatione.*

29 *Regreſſus non datur de priuatione ad habitum.*

30 *Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*

31 *Renunciatio facta per filiam in beneficium patris, operatur effectum extinctiuum, non trāſlatiuum.*

32 *Ius ſemel extinctum, amplius reuiuiſci non poteſt.*

33 *Renunciatio extintiua, quænam dicatur.*

34 *Nemo in vita habet hæredes.*

35 *Renunciatio hæreditatis delatæ, & aditæ, dicitur tranſlatiua.*

36 *Repudiatio dicitur, quando hæreditas eſſet delata, non tamen adita.*

37 *Hæreditas deferenda renunciari non poteſt.*

38 *Renunciatio hæreditatis per pactum fieri non poteſt.*

39 *Hæreditas viuentis fingitur caſu ſucceſſionis adita, & donata.*

40 *Retrotractio admictitur tam in renunciatione abdicatiua, quām tranſlatiua.*

41 *Tem-*

Digitized by Google

41 *Tempus renunciationis, nõ aliter delationis hæreditatis inſpicitur.*
42 *Filia minor ſi renunciauerit ſtante dotis ſolutione, & intra tempus dixerit de læſione, an reſtituatur, & quid in filia maiori.*
43 *Refutationis effectus qualis ſit.*
44 *Fœmina refutans ſuperueniente iure ſuccedẽdi admittitur.*
45 *Refutãs feuda ſuccedit mortuo refutatario, vel eius filijs, vt in patre, & filio.*
46 *Feudum refutatum diuerſo iure ad patrem redit, hoc eſt, reuerſionis, quàm in filia refutante, hoc eſt iure ſucceſſionis.*
48 *Mens partium non eſt admitti fiſcum in ſucceſſione, niſi linea finita, & ſic deciſum.*
49 *Verba, renuncians omni iure, quod habet, & habere ſperat, & poterit, an realem, vel perſonalem refutationem operetur.*
50 *Filia à ſucceſſione bonorum patris, per agnatos excludi, contra naturã eſt, nec fieri hoc debet.*
51 *Pater quare excludat fratres refutatarij.*
52 *Pater eſt agnatus filio, & è contra.*
53 *Refutatio ratione proximitatis, & ſanguinis fit.*
54 *Refutatio fit proximiori ad inuicem.*
55 *Aſſenſus nedum requiritur in refutatione facta agnato vlteriori, ſed cõſenſus agnati citerioris.*
56 *Proximior ſuccedit feudatario.*
57 *Fœmina quæ deficiẽte maſculo vocatur, eo mortuo, qui prius eam excluſit, admittitur, nam lex feudalis ſanguinem directam reſpicit.*
58 *Refutans decedente feudatario, ſine filijs, ſuccedit non obſtante clauſula, cedendo omne ius, &c.*
59 *Refutatio omnino in Regno non datur ex lege particulari.*
60 *Feudum refutatum in omnem cauſam cederet domino.*
61 *Renunciationes ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ.*
62 *Renunciatio tranſlatiua, vel extinctiua, aut abdicatiua, an dicatur tollens ſe de medio.*
63 *Refutatio extintiuè facta dicitur quando hæreditas eſſet delata, & adita, aut nulla perſona contemplata.*
64 *Renunciatio abdicatiua dicitur tollens ſe de medio.*
65 *Renunciatio iuris de futuro præſumitur conditionalis.*
66 *Renũciatio hæreditatis incipit habere effectum delata hæreditate, licet conditio retrotrahatur.*
67 *Actus perficitur à die conditionis.*
68 *Actus in feudis non conſideratur tempore quo fit, ſed quo proficitur.*
69 *Refutatio conditionalis non valet.*
70 *Tempus mortis erit conſiderandum ſuper validitate refutationis, ſimiliter tempus reuerſionis, & ſucceſſionis.*
71 *Tempus ſucceſſionis attenditur, vt quis habilis ſit ad ſuccedendum.*
72 *Fœmina de iure communi à ſucceſſione feudi ſunt excluſa, ſecus tamen de iure Regni, nu. 73.*
74 *Fœminæ ceſſantibus maſculis admittuntur.*
75 *Succeſſio fœminarum eſt ſuſpenſa, donec maſculi ſuperſint.*
76 *Fœmina ſemel excluſa, an ſemper ſit excluſa.*
77 *Excluſio conditionalis non eſt perpetua.*
78 *Refutans refutãdo nil agit, niſi iura ſua reſtringere, & de medio ſe tollere.*
79 *Fœmina cum per maſculos ſtatuto, vel lege repellitur, veluti ſubſtituta, maſculus vero inſtitutus intelligitur.*
80 *Fœmina ſubrogatur in locum primogeniti eo deficiente.*
81 *Fœmina impropriè efficitur primogenita ſuccedendo maſculo mortuo.*
82 *Fœmina venit vti vocata poſt maſculos.*
83 *Feuda ad primogenitum pertinẽt de iure Francorum.*
84 *Renunciari an poſſit iuri primogenituræ.*
85 *Renunciatio reuocatur mutatione ſtatus.*
86 *Renunciatio præſumitur facta re in eodem ſtatu permanente.*
87 *Mutatione perſonæ mutatur conditio rei.*
88 *Mutatio ſtatus inducit aliam perſonam.*
89 *Promittens dare ſcaccum mattum cum pedona, an obtineat ſi daret cum Pedona effecta Regina.*
90 *Clauſula, rebus in eodem ſtatu permanentibus, quando locum habeat.*
91 *Cauſa refutationis eſt cõiunctio, & vnitas ſanguinis.*
92 *Coniunctio ſanguinis in feudis conſideratur.*
93 *Coniunctio ſanguinis ſubſtantia appellatur, ſine qua refutatio non ſubſiſtit.*
94 *Proximitas validitatem refutationis cauſat.*
95 *Refutatio fit agnato proxime ſucceſſuro.*
96 *Renunciatio trahitur ad cauſam.*
97 *Renunciatio extinguitur extincta cauſa.*
98 *Refutatio ob cauſam facta, ſi cauſa annulletur ipſa reuocaretur.*
99 *Lex fœminas vocat in defectum maſculorum.*
100 *Renunciatio facta contra expreſſam legem nõ valet.*
101 *Renunciatio non nocet, ſi contra opinionem caſus eueniret.*
102 *Intentio, & finis renunciantis inſpicitur, non acceptantis.*

103 *Contractus præſumitur factus ſecũdum ſui naturam, & diſpoſitionem.*

104 *Contrahentes præſumuntur ſe conformes eſſe legi, ſtatutis, & conſuetudini.*

105 *Renunciatio licet ampliſſima accedente ſtipulatione per Aquilianam, non extenditur ad bona quæſita ex noua cauſa.*

106 *Fictio tranſlatiua requirit extrema habilia.*

107 *Fictio tranſlatiua extremum à quo peculiariter exigit, alias non locum haberet.*

108 *Retrotractio locum non habet quãdo extrema non eſſent habilia, præſertim in renunciatione iuris deferendi.*

109 *Ceſſio operatur abſtentionem, non autem tranſlationem in filia cedente, quãdo ius eſſetineſperatum.*

110 *Renunciatio vim habet tempore delatæ ſucceſſionis, & tacitam conditionem ſi deferatur.*

111 *Tempus renunciationis quando erit attendẽdum, præſertim in renunciatione hæreditatis deferendæ.*

112 *Refutatio dicitur ficta alienatio.*

113 *Retrotractio non fit ſine tranſlatiua fictione.*

114 *Duæ fictiones circa idem concurrere non poſſunt.*

115 *Iura feudalia veritatem, & non fictionem conſiderant.*

116 *Retrotractio tunc admittitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, ſecus mutato ſtatu.*

117 *Fœminæ non deſinunt eſſe ſine actu, vel ſaltem potentia.*

118 *Ius renunciantis conualeſcit ceſſantibus perſonis, quarum contemplatione fit renunciatio.*

119 *Refutatio omnium feudorum regulariter præſumitur fraudulenta.*

120 *Renunciatio facta per filiam non ſibi præiudicat ſi fuerit læſa enormiſſimè, & poterit contrauenire etiam non petita abſolutione.*

121 *Clauſula inſolita in inſtrumentis cõtractuum & aliorum actuum arguunt fraudem, & dolum.*

QVamuis alias deciſum appareat
per Sacrum Conſil. in fauorem
1 filiæ primogenitæ dotatæ à pa-
tre, vt præferatur ſorori in capillo in feu
dis paternis deuolutis ob mortem fra-
tris eidem ſorori in capillo, teſte Præſ.
de Franch. dec. 328. quem ſequuti ſunt
Franc. Amic. & Molf. quos probaui in
1. par. noſtri Compend. verb. ſoror, & ite-
rum in alia cauſa innctis Aulis determi-
nata, atque relata per Præſ. Mormil. in
annot. ad Conſt. vt de ſucceſſionibus qu.
22. quem citaui in eod. Comp. verb. pri-
mogenita, & per Reg. de Pont. conſ. 10.
vol. 1. adhuc tamen tàm priſcis, quàm
modernis temporibus in quampluribus
cauſis deciſum refertur; ambas ſucce-
2 dere, collatis tamen dotibus, vt in caſi-
bus relatis à Iacobo Gallo d. conſil. 64.
num. 9. quos etiam alios adducens me-
minit Reg. Roui. conſ. 23. ſub nu. 12. vol. 1.
Molf. in Conſuet. Neap. tit. de renunc. q. 3
num. 23. ſed quoties primogenita renun-
ciauerit patri, vel fratri, aut fratribus
pro ſe, & hæredibus, illis mortuis abſq.
filijs, certum eſt, quod ſoror in capillo
3 ſuccederet, & renunciantem excluderet
vt cenſuit Afft. in dec. 161. in 2. dub. quem
ſequutus eſt Camill. de Med. conſ. 20. n. 6.
ſed benè procederet in burgenſaticis,
4 prout deciſum teſtatur Reg. Roui. conſ.
44. in fi. vol. 1. additis ad eandem mate-
riam alijs conſil. 42. & 43. hoc eſt, in be-
5 neficium agnatorum pronunciatum
fuiſſe, excluſo Monaſterio prætendente
ſuccedere ex perſona Monialis renun-
ciantis, alias ſi Monialis nõ fuiſſet, vtiq;
renuncians ſuccederet ſaltem in medie-
tate bonorum antiquorum, non obſtante
renunciatione, vt latè proſequitur Mol-
feſ. conſ. 48. & ita deciſum teſtificatur in
commen. ad Conſuetud. Neap. par. 4. tit.
de renunc. q. 2. num. 3. & 17. ſed in feuda-
libus aliter procedere videtur, prout col-
ligitur ex rationibus congeſtis per eun-
dem Iacob. Gall. d. conſ. 64. & præter eas
6 certum eſt, quod renunciationes fiunt per
filias, vt plurimum quando maritantur,
Franch. dec. 624. num. 6. & ſiue fiant in fa-
7 uorem patris, adhuc intelligerentur fa-
ctæ in fauorem fratrum vtrinque coniũ-
ctorum, & conſanguineorum tantum,
probat Ann. ſing. 440. ſiue fierent in bene-
ficium fratris, vel fratrum pariter pro
8 deſcendentibus factæ viderentur, Reg. de
Pont. conſ. 39. num. 1. & 2. & conſ. 40. nu. 4.
& 7. vol. 1. ſemper enim tales renuncia-
9 tiones factæ cenſerentur in beneficium
maſculorum, & non aliter, latius Reg. Ro
uitus d. conſ. 23. num. 21. & Reg. de Ponte
conſ. 17. num. 17. volu. 2. Molf. d. conſ. 48.
10 num. 5. 8. & 19. ſicq. ipſis ceſſantibus
vtique renunciatio admitteretur ad ſuc
ceſſionem, tàm ſi renunciatio facta fuiſ-
11 ſet patri, cum ipſa non excluderet ſo-
rorem renunciantem, quæ ſola ſupereſ-
ſet patri, Reg. Roui. d. conſ. 44. num. 1. vbi
12 num. 6 hoc limitat, niſi tempore mortis
ſuperuiuerent fratres, quibus deceden-
tibus, procul dubio renũcians admittere-
tur

Digitized by Google

tur, Ann. alleg. 21. num. 20. quam etiam ſi
fuiſſet facta fratribus, pariterq; etiam
23 ipſis deficientibus admitteretur, Reg.
de Pont. conſ. 39. nu. 1. & 2. Molf. vbi ſupra
& deciſum etiam refert conſil. 49. num.
27. & 28. & in add. ad Conſuetud. Neap.
tom. 2. par. 3. quęſt. 9. num. 1. & 2. excluſa
etiam ſorore in capillo, vt dictum eſt, quod
etiam ſequutus eſt idem Reg. Roui. dicto
conſ. 44. num. 5. & optimè ex profeſſo in
contingentia facti ſuper ſucceſſione feu-
di memorati, de quo agebatur, in iure
iure fundauit Camil. de Med. conſ. 61. ita,
& taliter quod renunciatio exiſtentibus
maſculis eorum contemplatione facta
cenſeri debeat, quibus deficiẽtibus pro
non facta habetur, quamuis generaliſſi-
24 ma, poſtquam talis generaliſſima, & am-
pliſſima renunciatio licet excludat fi-
liam in burgenſaticis, non tamen in feu-
dalibus, Iacob. Gall. d. conſ. 64. nu. 21. latè
Molf. d. titul. de renunc. quæſt. 3. num. 23.
25 & par. 4. quæſt. 21. & conſequenter ſem-
per renuncians fiſco, & extraneis præfer-
tur, Reg. de Pon. conſ. 50. num. 8. & copio-
sè Molf. dicta quæſt. 3. num. 21. probat
26 ſtante renunciatione reali facta per fi-
liam in beneficium fratrum, & filiorum
cum pacto expreſſo de non ſuccedendo,
vt eo non obſtante ſuccedat filia renun-
cians, ſemotis etiam extraneis agnatis
ſuccedere volentibus ab inteſtato, ſtan-
te obitu fratrum, eorumq; filiorum, &
ita ter iudicatum per Sacrum Conſi-
lium ex Franch. dec. 67. notauit num. 72.
27 Hinc ex ijs infertur ad caſum magis
dubitabilem differere, an ſtãte renuncia-
tione ampliſſima filiæ facta in beneficiũ
patris, ac fratris, eorumque ſucceſſori-
bus, defuncto patre ab inteſtato, & per
incapacitatem filij eius, & fratris renũ-
ciãtis ob clericatũ fortè admitti debeat
ad ſucceſſionẽ filiorũ, excluſis alijs agna
tis remotioribus, ex eo, quia facta renũ-
ciatione per eã in ampliſſima forma in
beneficium eius patris, ſuiſq; hæredibus,
& ſucceſſoribus, per hæc verba inter cę-
tera generaliter, & ſpecialiter pro om-
nibus bonis feudalibus, burgenſaticis,
emphyteoticis, & ſimilibus, adeo vt nil
prætendi poſſit per mortem donatario-
rum abſque deſcendentibus, & ſint expi-
ratæ donationes, & renunciationes factę
contemplatione familiæ, & agnationis,
ſed ſemper effectum habeant in omnem
caſum, vti reales, nec habere regreſſum
in totum, vel in partem, ex quouis capi-
te, & cauſa etiam non cogitata, & no-
uiter ſuperueniente, ac ex cuiuſuis mor-
te, rebus mutatis, & aliter, quæ nunc ſe
habentibus etiam prætextu læſionis, in-
gratitudinis, incompetẽtiæ dotis, ſuper-
uenientiæ filiorum, metus reuerentialis,
ac doli, tàm re ipſa, quàm ex propoſito,
& ex quacũq. alia cauſa tàm præſenti,
quàm futura, tacita, & expreſſa, etiam in
corpore iuris clauſæ, etiam ſi de ea ex-
preſſa mentio facienda eſſet, &c. ſucceſ-
ſio ad præſens obitu patris relicto for-
tè filio maſculo clerico tempore renun-
ciationis in minoribus tantum; quinimò
poterat ſe laicare, ſed poſtmodum tota-
18 liter effecto, & ſic incapace reddito, ob
quod ſuccedere non poterat in feudali-
bus, iux. conſil. Medic. 20. an filius ſoro-
ris vtrinque coniunctæ patris excludere
ipſam renunciantem prætextu talis am-
pliſſimæ renunciationis realis, & ſucceſ-
ſiuè admitti ad ſucceſſionem feudalium
eiuſdem patris, & licet pro parte ipſius
ſuccedere volentis multa dici, & conſi-
derari poſſint in iure pro fundamento
ſuæ intentionis, & proindè dici poterat,
quod cum ſimus in ſucceſſione feudali ſi
exiſtente tali ampliſſima renunciatione
reali, ſic expreſsè facta videbatur filia
ipſa omninò excludi à ſucceſſione præ-
